URKUNDENBUCH DER STADT LÜBECK HERAUSGEGEBEN VON DEM VEREINE FÜR LÜBECKISCHE...

Digitized by Google

72. E. 96.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

72.E.96

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICUS LUBECENSIS.

Lübeckisches Urkundenbuch.

1ste Abtheilung.

Urkundenbuch der Stadt Lübeck.

Dritter Theil.

Lübeck,
Ferdinand Grautoff.
1871.

Digitized by Google

Digitized by Google

URKUNDEN-BUCH

der

Stadt Lübeck.

Herausgegeben

von

dem Vereine für Lübeckische Geschichte und Alterthumskunde.

Dritter Theil.

Lübeck,

Ferdinand Grautoff.

1871.

Digitized by Google

Druck von H. G. Rahtgens in Lübeck.

Digitized by Google

I.

Gerhard II., Erzbischof von Bremen, beurkundet den Verkauf der Dörfer Tesdorf, Kükelühn und Klein-Rolübbe Seitens des Grafen Adolf IV. von Holstein an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck. 1230. Mai 14.[1]

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Gerhardus Dei gratia sanctae Bremensis ecclesiae archiepiscopus. Omnibus in perpetuum. Officij nostri sollicitudo exigit, ut vineam domini Sabaoth excolentes fideles dispensatores invenire satagamus solerter invigilantes, ut divini cultus religio in secula futura propagetur et servorum Dei necessitatibus in fine mundi consulatur. Hujus rei gratia ad notitiam sacrosanctae matris ecclesiae tam posterae quam presentis aetatis fidelium pervenire volumus, quod fidelis noster Adolfus comes Holsatiae cum consensu uxoris suae Heilwigis comitissae et haeredum suorum ecclesiae beatae Dei genetricis et virginis Mariae et sancti Johannis apostoli et ewangelistae in Lubeka, consensu et assensu ducis Alberti, de quo terram tenuit, accedente, tres villas in provincia Aldenborch, videlicet Teszlavestorp, Coculune, Rodelube, ducentis et quinque marcis examinati argenti vendidit cum omni juris integritate et utilitate, agris et silvis, cultis et incultis, rivis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, pratis et pascuis, juditio capitis et manus, ita etiam, ut coloni praedictarum villarum ab omni exactione, petitione, expeditione, borgwere, brugwere, praeter solam defensionem terrae, quae vulgo lantwere dicitur, sint exempti. Praenotato autem vendito adjectum est nemus, inter praefatas villas et Cusersstorp adjacens, a terminis villae Teszlavestorp ad orientem valle, palude, unde[2] congerie lapidum, inde paludibus ad terminos villae Karzov, in septentrione vero a terminis villae Rodelube rivis et paludibus ad collem Hertesberge, inde rivo, inde colle Krizelberge, inde ad novale, quod Watterdessore dicitur, profunda valle distinctis, cum rivis, pratis et pascuis. Et quicquid fratres praedicti caenobii

1) Urk.-B. II, 10. 11.
2) l. inde.

Digitized by Google

seu homines ecclesiae attinentes in praenotato nemore laboribus suis excoluerunt[1] et expensis, eodem jure, quo praedictae villae cum omni utilitate, libertate, integritate et cum omnibus servitiis inde provenientibus eis libere cedere permisit. Et sic juri suo sponte renuncians, dominum Johannem abbatem ejusdem loci tertium cum fratribus suis in possessionem misit, humiliter nobis supplicans, ut praefatae ecclesiae beneficio confirmationis ad perpetuae robur firmitatis subveniamus. Quia vero generatio perversa est et infideles filij, volentes his, quorum natura prona est ad malum ab adolescentia sua, obviare, ne, impune hereditatem crucifixi sibi vendicantes, cum blasphemis filium Dei conculcent, auctoritate omnipotentis Dei et apostolorum Petri et Pauli praedictas possessiones ea integritate et libertate, quae intercessit, praenotato coenobio confirmamus, ut, si quis infregerit vel alienaverit, maledictus a Deo et a nobis anathematizatus et excommunicatus cum eis, quorum Deus non est memor amplius, nisi resipuerit, sententiam aeternae damnationis incurrat. Testes vero, qui huic nostrae confirmationi interfuerunt, hii sunt: Yso Verdensis episcopus, Johannes Lubecensis electus ibidem confirmatus; Burchardus major praepositus, Hermannus decanus, Heinricus scholasticus, Daniel de Bliderstorp, magister Wilbrandus, canonici majoris ecclesiae Bremensis; Alexander scholasticus sancti Willehadi, Stephanus ejusdem ecclesiae canonicus; Magister Teodericus sancti Anscharij canonicus, Teodericus praepositus de Kevena, Thegenhardus praepositus de Lyppia; Hyldewardus praepositus major Verdensis, Herrandus decanus, Hermannus scholasticus, Hartmannus cellerarius, Fridericus custos, Johannes Marcus canonicus ibidem Verdensis et major praepositus in Hyldensem, Luderus de Borch, Ludolfus de Luchow, canonici Verdenses; Amalungus praepositus in Saleraria ecclesia, Cono canonicus ibidem, Gervasius praepositus in Ebbekestorp; de laicis vero Sygebodo marscalcus, Ericus camerarius, Heinricus de Borch, Iwanus de Bliderstorp, Bremenses; Hyldemarus Scakke, Sygebodo de Huginge Verdenses, et alii quamplures. Data per manum Lutberti capellani nostri, pridie Idus Maji, in villa Achem. Acta fuerunt haec anno gratiae MCCXXX indictione tertia, pontificatus nostri anno undecimo.

Nach einer im Archive zu Kopenhagen bewahrten Abschrift Ulrich Petersen's aus dem Anfange des vorigen Jahrhunderts. Das Original wird mit andern Cismarischen Klosterurkunden sich im Gottorfer Archive befunden haben; unter den zu Kopenhagen noch erhaltenen Urkunden des Klosters ist es nicht.

1) l. excoluerint.

Digitized by Google

II.

Der Rath von Soest bevollmächtigt mehrere Lübecker Bürger, die Ansprüche von Soester Kaufleuten wegen erlittener Beschädigungen auf der See endgültig zu erledigen. 1241.[1]

Aduocatus, sculthetus, consules ceterique burgenses Susaciensis ciuitatis Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, in perhenne. Tam futuris quam presentibus declarandum duximus, quod nos dilectis amicis nostris domino Wilhelmo Albo, Jordano Benedicte et Euerhardo dicto Brake, burgensibus de Lubeke, vicem nostram commisimus, ita videlicet, ut, quicumque de dampno burgensibus nostris in puppe illato cum ipsis concordauerint vel satisfactionem exhibuerint, nos id factum ratum et stabile obseruemus, et si eosdem, qui satisfecerint, alicubi ad nostros burgenses venire contigerit, pace firma et stabili perfruantur et de causa huius dampni ab omni inpetitione in posterum liberi maneant et securi. Ceterum decreuimus, ut. quibuscumque consules Lubicenses super tali compositione et concordia suas apertas litteras donauerint, adeo firmum sit et stabile, ac si ciuitatis nostre essent priuilegio roborati.

Acta sunt hec anno gratie MCCXLI.

Nach einer von Dr. Jaffé mitgetheilten Abschrift des Originales der Gutterer'schen Sammlung in Luzern, an welchem noch einige Siegelreste hängen.

III.

Protokolle über Gerichtsverhandlungen

1) *unter dem Vorsitze des Vogts Hermann Riquard und der Rathmänner Hermann von Morum und Gerhard von Heriugen wegen mehrerer vorgekommenen Beraubungen. 1243;*
2) *unter dem Vorsitze des Vogts Heinrich Hildeswiden und der Rathmänner Heinrich von Boizenburg und Johann Goldoge wegen Todtschlag. O. J.;*
3) *unter dem Vorsitze des Vogts Reineke Pomule und der Rathmänner Heinrich von Boizenburg und Heinrich von Mölla wegen Beraubungen. O. J.*[2]

1) Urk.-B. I, 65. 74. 92. 93.

2) Auf dem ersten der oben abgedruckten Pergamente A. ist von anderer Hand der 8. 6 näher bezeichnete Absatz eingetragen, vielleicht weil das Actenstück später (1255) bei einer Gesammtklage gegen die von Buchwald benutzt ward (Urk.-B I, 216) Obwohl nun der betreffende Absatz einer spätern Zeit, als 1243, angehört, schien es doch nicht rathsam, ihn von der Stelle, wo er verzeichnet steht, wegzunehmen; vielmehr glaubten die Herausgeber auch noch die ähnlichen Verhandlungen unter B. gleich anschliessen zu müssen, zumal sich aus den angeführten Persönlichkeiten nicht mit Gewissheit bestimmen lässt, welche von beiderlei Gerichts-

Digitized by Google

A.

Anno gracie MCCXLIII proscripti sunt | pro violento spolio Lvbicensibus illato Thetleuus de Bochwolde et frater suus et sororius | ipsorum, dominus Henricus de Terente miles et frater suus Elerus caluus, filius domini Godescalci de Reuetla, Johannes de Derzowe et frater suus Nicolaus, Sone filius Wichmanni de Walle, Hermannus de Lesten, Nicolaus de Hamborg et socius suus Ricolfus, Hence Steding seruus Wichmanni de Walle, Henricus cruse Brasche, jvuenis Reimarus Scalipe, Lantwardus, Hasso, Henricus de Viszowe, Riquardus de Segeberge et eorum iniusti complices, quorum multi sunt, et in sequentibus scribentur, cum eorum investigare possumus nomina.

In ipsorum proscriptione presedit judicio ex parte domini imperatoris Hermannus Riquardus aduocatus et ex parte ciuitatis Hermannus de Morum et Gerhardus de Heringe. Presentes erant Albertus de Clingeberch, Conradus ropere, Gerhardus Bule, Johannes domini Alradi, Roseko, Reinoldus Zisic et Eckehardus, Godefridus de Brema et

Hec sunt bona, que Thetleuus et sui iniusti | complices ciuibus Lubicensibus violenta predacione primo sabbato abstulerunt: Domino Aspelano et domino Jordani pellusium merderinum et duas pluuiales vestes et pelles. Johanni Hasart IIII equos cum attinentibus, scilicet selen, et vnam lanceam. Marquardo molendinario I equum et IIII selen. Henrico de Brema gladium, duas secures et frenum. Johanni de Todeslo I equum. Brunoni fabro II equos, duas secures, cucullum et vnum acterselen. Hermanno clerico III equos et selen et uestem et pell(es). Marquardo de Segeberge III equos, II secures et lanceam, et famulum sunm uulneruauerunt. Thegenardo II secures et bipennim et pilleos seruorum. Marquardus wagenman I equum, sellam et frenum. Johannes filius Wisceli vnum acterselen et frenum. Hermanno wagenman de Brema IIII solidos et securim et bipennim carpentarij.

In sancto die Epiphanie abstulit filius aduocati Wichmanni et filius domini Altmanni de Gnensmolen et fa-

sitzungen früher Statt fanden. Im Allgemeinen muss das Jahr 1255 als chronologischer Anhalt für 2. und 3. aufgestellt werden. In beiden Verhandlungen erscheinen zum Theil dieselben Zeugen, von welchen Hermann von Gadebusch, Thomas von der Hölle, Jordan der Bötteher, Dethard Ludekens Bruder, Johann von Paderborn, Conrad der Rothe und die Vorspraken Dietrich Rance, Friedrich, Burchard und Ekkehard in der Bürgermatrikel von 1259 (Urk.-B. II., 31) genannt werden. Ein Vogt Heinrich kommt 1258 vor (Urk.-B. I., 243), wohl derselbe mit dem Vogte H. (Urk.-B. II., 126). Der Rathmann Heinrich von Boizenburg wird von 1238—69, Johann Goldoge 1253—94, Heinrich von Mölln, genannt Runese, 1253—69, Marsilius von Hagen 1256—61, Wilhelm von Stade 1242—63, Conrad Vorrade 1256—74 erwähnt. Weder Timmo von Buchwald, noch Hildelev von Brokdorf verhelfen zu einer genauern Zeitbestimmung, da jener Name das ganze 13. Jahrhundert hindurch erscheint, ein Hildelev von Brokdorf aber sowohl 1220—21 (Hamb. Urk.-B. I., 441. 443), als 1302—7 (Lüb. Urk.-B. II.) urkundlich genannt wird.

Digitized by Google

frater suus, Fridericus de Wittenborg, Hermannus clericus, Heidenricus Striceke, Bertoldus filius B'. coggenworhtere, Goldeko ropere, ConradusBrasche, Thomas in platea molendinorum, Aspelanus, Marquardus in platea Holtsatorum et alij quam plures.

Feria VI^a^ post Epiphanie octauam.

Item proscripti sunt pro spolio Johannis famuli domini Johannis.....[1] pro XV solidis et cingulo suo Nicolaus frater Johannis de Derzowe, Henricus cocus. Hence pape et adhuc vnus, quem ignoramus, coram domino H(ermanno) aduocato, domino G(erhardo) de Heringe, domino H(ermanno) de Morum. Presentes erant Eilardus crispus, Hermannus Episcopus, Lodewicus pellifex, Alexander pellifex, Tidericus paruus, Nicolaus wantsnidere, Hermannus Ropenacke, Henricus, Hillebrandus, Tithmarus Wadut, Henricus de Brema, Henricus de Oldenborg prolocutor et Johannes prolocutor et alij quam plures.

Ante Natiuitatem.

Proscripti sunt pro spolio pro tribus equis Alberti ceci et pro lineo panno Conradi valens IIII marcas denariorum Henricus de Tralowe et Tithmarus Brasche coram domino H(ermanno) aduocato, domino G(erhardo) de Heringe, domino H(ermanno) de mulus Johannis de Derzowe et eorum complices famulis domini Conradi de Caldinge et domini Petri de Calingeborch carnes et cutes et vestimenta et III equos et cetera clenodia in cista, in valore XXVII marcarum denariorum, in villa Mummendorpe.

Post Epiphaniam.

Feria V^a^ spoliauit Marquardus et Tymmo filius domini Dosen de Dodeken et Hasso filius domini Herderi de Bistekesse et Hence de Tralowe Hugen de Etseho I marcam denariorum et II denarios et preterea vestibus et gladio XX solidos in valore.

Feria V^a^ abstulerunt complices Tetleui Hvgoldo IIII marcas denariorum et tunicam et gladium et alia vnam marcam denariorum valencia. Feria VI^a^ Johannem in alia parte notatum.

Sabbato post meridiem spoliauerunt predicti complices Th(etleui) Wluuekinum in anglicis denariis, vestibus lineis, glad(io) et aliis, VIIII marcas engels in valore.

In vigilia Epiphanie.

Post hec feria III^a^ spoliauerunt prenominati Bernolfum de Todeslo tribus solidis et VI marcis denariorum et duobus gladiis, cucullo et cuffio et fibula argentea. Nicolaum et Johannem Kouolt XXXVI pullis et vehiculo et lancea et cerotecis et tribus sexagenis

1) Lücke für den Zunamen gelassen.

Digitized by Google

Morum. Presentes erant Mummardus, Johannes Honbanc, Rodolfus pellifex dictus de monte, Tithmarus et Hartmannus clippearius, Herderus, Lutbertus de Kopmannehauene, Tethardus et Winricus, Johannes niger, Tidericus prolocutor et alij plures. [1])

[2]Feria secunda post Epyphaniam spoliauerunt predicti Thetleuus et sui iniusti complices prope Ibendorpe. Nicolao abstulerunt IIII last allecis: quartam last rehabuit, et illa peiorata fuit ad dimidiam marcam argenti et constitit insuper III solidos sine vectura, et seruo suo I solidum, et valens I solidum de cista in crumena et aliis, et pulninar et cussinum et lanceam. Wichboldo parnam mesam allecis. Richardo XVI pernas et VIII flick'. et vestem stripaticam et lynonicum sper et norwagicam bipennim et cultellum.

ouorum. Johannem witgerwere equo, sella et freno et IIII marcis denariorum et IIII solidis et tribus obolis, fibula argentea, veste ruffa et pellibus, pilleo, cingulo et duobus cultellis, et bursa de bracis incisa, cum duabus claubus, glad(io) et veste serui et VIII denariis serui. Famulo domini Werneri slauici equum valentem VI marcas denariorum et duas marcas denariorum in bursa et manticam, scilicet malen, cum lineis vestibus et II lintheaminibus et freno. Marsilio ceco et Gerhardo in speciebus et crauwant XXXIIIł marcas denariorum in valore. Ipso die accepit Olricus caluus vaccam Werneri generi domini Hoyeri de Bardewic et seruo suo, qui vaccam pepulit, III solidos.

Struz eciam fuit in spolio Trauenemunde.

[3]Feria IIII[a] post Michahelis proscripti sunt a Nychola Tymmo de Boc-

1) Die beiden letzten Absätze sind durchstrichen, was sich indess nur auf ihre Erledigung beziehen wird.
2) Rückseite.
3) Von andrer Hand. Vgl 8. 3 Anm. 2.

Digitized by Google

Gerhardo longo carnes VIII pecorum, scilicet rindere, et XI salsas cutes et navale talentum sepi, scilicet talges, et tria lyuonica talenta vngenti porcini et VI dechades clipping et plus quam centenam watmales et vnum talglef et IIII clipping valentes IIII solidos, et VI solidos engels, et VI solidos lvbicensium et rvianorum denariorum, vestem, gladium et fibulam argenteam XIX marcas denariorum in valore. Winando VII pernas et II mesas talges et duorum bouin carnes et cutes, XXXIII vlnas watmales, duas tunicas, II vestes et pelles et duo paria linearum vestium, duo lintheamina et balneamen, cistam, tinam et hvdevat cum omnibus, que intus erant, et I ollam eream: ista omnia valuerunt XVI marcas denariorum. Johanni abstulerunt I puluinar, III cussinos, katowam et zalun et duo lintheamina, lineas vestes, caligas, strinales cum matta, que ista continebat, valens marcam et amplius.

wolde et . . . . .[1] pro homicidio, quod commiserunt in Busener ante ciuitatem. Testes sunt Johannes de Paderborne, Johannes filius Berleui, Johannes Wrhake, Johannes filius Coz, Henricus de Cymiz, Hermannus de Godebuz, Thidericus Holtzatus, Conradus rufus pistor, Gerlagus de Cymiz, Fridericus filius domini Henrici de Boyceneborg, Johannes de Brema gener Sweimen, Bertoldus magister, Thethardus frater Lvdiconis, Fridericus rethor, Thidericus Rance, Henricus de Oldenborg et Borchardus et Ekehardus rethores. Henricus domine Hildeswidis fuit aduocatus. Dominus Henricus de Boyceneborg et dominus Johannes Goldouge erant assessores advocati.

Hij sunt, qui bona sua iuramento obtinuerunt, que dominus Th(etleuus) de Bokewolde et sui amici et famuli ipsorum ciuitati abstulerunt: Johannes Hasart optinuit XII marcas denariorum (de hiis III marcas recepit).[2] Marquardus molendinarius V marcas denariorum (XX solidos recepit). Bruno faber V marcas denariorum (XX solidos recepit). Marquardus de Segheberg VI marcas denariorum (XXIIII solidos recepit). Marquardus Wagenman III marcas denariorum (XII solidos recepit). Bernerus de Todeslo VI marcas denariorum (XXIIII solidos). Nicolaus et Kouoldus XV solidos (IIII solidos). Johannes witgerwere VIII marcas denariorum (II marcas denariorum recepit). Wernerus

1) Der zweite Name ist ausgekratzt.
2) Das in Klammern Stehende ist im Original übergeschrieben.

Digitized by Google

slauicus VIII marcas denariorum (II marcas denariorum). Hermannus clèricus IX marcas denariorum (IIII solidos et III marcas denariorum recepit). Marsilius cecus XXVI marcas denariorum (VI marcas denariorum recepit). Wiscelus de Santwell(is) I marcam denariorum (IIII solidos). Gerhardus longus XVII marcas denariorum (IIII solidos et IIII marcas). Winandus XIIII marcas denariorum (IIII marcas denariorum recepit). Richardus et socius suus VIII marcas denariorum (II marcas denariorum). Nicolaus et Wiscelus socius suus XII marcas denariorum pro allece (III marcas denariorum receperunt). Johannes albus, qui est in Lyuonia, I marcam denariorum (IIII solidos recepit). Johannes de Todeslo III marcas denariorum (XII solidos recepit).

B.

Feria IIII^a^ post Purificacionem ‖ proscripti sunt pro preda Hildel(e)uus ‖ de Brocdorp, niger Helmericus, Zast, ‖ Hildelenus Wetecamp, Sist monoculus et frater suus, sculthetus de Brocdorp, Hermannus Stinevel, Gruder, Nycolaus Wopos, Stormarius et sui serui, Wichmannus sculthetus et Henzo et eorum iniusti complices.

Testes huius prosripcionis sunt dominus Marsilius de Indagine, Bertrammus de Wischele, Nycolaus remenmakere, Everhardus gener Godescalci de Verda, Thomas de inferno. Johannes de Wirichusen, Alardus in fossa ducis, Henricus filius Magermanni, Jordanus dolifex, Henricus Borewini. Hermannus lore, dominus Willikinus de Sthadis, dominus Conradus Vorrat, Thidericus Rance, Henricus de Oldenborg, Borchardus, Ekehardus prolocutores.

Isti erant consules assessores advocati: dominus Henricus de Boycene-

Misereris omnium proscripti sunt a Brunone piscatore pro preda Everhardus Dunkel et sui complices. Testes sunt Hermannus de Godebuz, Olricus Wltur, Wichmannus de Zarnicowe, Henricus de Cymiz, Johannes filius Berleui, Ropico Poppetz, Fridericus prolocutor, Thidericus Rance, Borchardus, Ekehardus, Henricus de Oldenborg prolocutores. Isti erant assessores aduocati: dominus Henricus de Boyceneborg et dominus Henricus de Molne. Dominus Reinico Pomule fuit advocatus.

Digitized by Google

borg et dominus Henricus de Molne. Dominus Reinico Pomule fuit advocatus.

Nach den Originalen auf der Trese. A. ist ein auf beiden Seiten beschriebener langer Pergamentstreifen, welcher vordem aufgerollt gewesen zu sein scheint, denn es befinden sich am untern Ende noch zwei Reste von eingeknöpften Pergamentbändchen. B. ist ein unregelmässiges Stück Pergament, von dessen zweiter Spalte, was unbeschrieben war, weggeschnitten ist.

IV.

Birger, Herzog von Schweden, dankt dem Rathe zu Lübeck für die Sendung des Alvinus und lobt des Letzteren umsichtiges Verfahren. O. J. (1250—51.) [1]

B(irgerus) Dei gracia dux Sweorum. Aduocato, consilio et ciuibus Lybicensibus salutem et sincere dilectionis affectum. Pro eo quod nobis discretum virum dominum Aluinum in agendis nestris transmisistis, nobis intime regraciamur, attestantes ipsum in omnibus tam in negociis nostris quam in uestris prudenter et honeste processisse. Ipsum ergo, quem nobis ueraciter fidelem esse cognouimus, uniuersitati uestre recommendamus, rogantes, ut ipsum fauorabiliter et lete suscipiatis.

Nach dem Originale auf der Trese, von welchem das Siegel abgeschnitten ist

V.

Johann I., Herr von Meklenburg, urkundet über die auf Bitte des Rittern Gottfried von Bülow geschehene Ueberlassung des Dorfes Küssow mit der Mühle an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck. 1253. Oct. 8. [2]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes Dei gracia dominus Magnopolensis. Omnibus presens scriptum visuris uel audituris prosperis semper gaudere successibus cum salute perhenni. Quoniam labilis est memoria hominum et labitur simul cum tempore labente, necesse est ut scripture testimonio commendetur, quod perpetuis temporibus conseruari debet inviolatum. Nouerit igitur presens etas fidelium et discat felix successio futurorum, quod nos ad instanciam et peticionem dilecti et fidelis nostri Godefridi de Bulowe et ob dilectionem ciuitatis Lubicensis contulimus abbatisse et monialibus Cysterciensis ordinis in Lubeke villam Kuzowe cum omnibus suis attinenciis, terminis, pratis pascuis silvis, cultis et incultis, aquis, molendino et judicio, cum omni

1) Urk.-B. I, 170.
2) Als Regeste angeführt Urk.-B. II, 24.

Digitized by Google

jure et libertate, sicut ad nos pertinebat, perpetuis temporibus libere et quiete possideudam, excepto iudicio colli et manus, de quibus due partes nobis cedent et tercia pars ipsius judicij cedere debet sepedicte abbatisse et monialibus Cisterciensis ordinis in Lubeke, insuper de quatuor mansis tantum nobis seruicia conservantes. Vt autem predicta donacio a nobis et nostris successoribus rata et inconuulsa permaneat et robur perpetue firmitatis obtineat, nos presentem paginam hinc inde conscriptam cum testium annotacione et sigilli nostri appensione in sufficiens testimonium duximus communire. Huius rei testes sunt venerabilis dominus Thetwardus episcopus Zambie, dominus Nicolaus de Reinenelde quondam abbas in Dargun; Bernardus de Walie, Almericus de Proceka, Godescalcus Preen, Theodericus Clawe et Olricus frater suus, Benedictus de Rodenborch et alij quam plures milites et fideles nostri. Datum in Mekeleuborch, anno Dominice incarnacionis MCC quinquagesimo tercio, octauo Ydus Octobris.

Nach einer Abschrift im älteren auf der Registratur bewahrten Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 67b. sq.

VI.

Papst Innocenz IV. beauftragt den Prior der Dominikaner in Lübeck mit der Entscheidung über die zeitweilige Dispensation von einem Gelübde. 1254. März 7.

Innocentius ep. s. s. D. Dilecto filio priori ordiuis fratrum predicatorum Lubicen. sal. et a. b.

Ex parte Gerardi civis Lubicensis ac G. uxoris sue fuit propositum coram nobis, quod, eadem G. olim infirmitate gravata, idem civis ad militiam clericalem, dicta vero G. ad religionem aliquam se transferre ex tunc ad bienuium iam preteritum in manus confessoris eorum secreto et verbo simplici promiserunt. Quare humiliter petebant a nobis, ut, cum ipsi quinque parvulos habeant et unum eorum lacteutem, qui vix possint absque discrimine eorum relinqui, sibi dispensatione, quod usque ad quinquenuium simul manere valeant, concedere misericorditer curaremus. Quia vero tu de facto et facti circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem, nos de tua circumspectione confisi mandamus, quatenus super premissis auctoritate nostra sibi provideas, prout secundum Deum animarum snarum saluti videris expedire.

D. Lateran., Nonis Martii, pont. nostri a. undecimo.

Nach dem ex Arch. Ord. lib. A. f. 762 entnommenen Abdrucke in Bremond Bullarium Predicatorum Vol. I. p. 241.

Digitized by Google

VII.

Albert, Erzbischof von Liefland und Preussen, verkündet den Grafen von Holstein und der Gemeine von Lübeck den wider Abt und Mönche zu Cismar ausgesprochenen Bann. 1254.

A(lbertus) miseracione diuina archiepiscopus Lyuonie et Prucie, apostolice sedis legatus et in causa monasterii sancti Johannis in Lubeke delegatus. Nobilibus ‖ viris Jo(hanni) et G(erhardo) comitibus Holtsacie, consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis vniuersis salutem et bonum a Domino. Quia per litteras domini ‖ pape manifeste constat nos iustam auctore Deo tulisse sentenciam pro abbatissa et monialibus sancti Johannis in Lubeke contra abbatem et monachos de Cycemer et fautores ipsorum et diffinitiuam ac excommunicacionis sentenciam a nobis latam a sede apostolica confirmatam, et per hoc iuridictio nostra robur firmitatis accepit, ne quis amplius per ignoranciam se ualeat excusare, auctoritate nobis delegata denunciamus abbatem Johannem de Cycemer cum suis complicibus atque fautoribus uinculo excommunicacionis astrictos, et ne quis ipsum in facto uel uerbo promoueat uel ei communicet uel hospicio presumat suscipere, auctoritate qua fungimur prohibemus, ita quod, quicunque hoc fecerit, ab ingressu ecclesie et a corpore sit suspensus. Qui uero intelligantur fautores ipsius, et qui propter hoc irregularitem inciderint,[1] in audiencia superioris iudicis dante Domino proponemus, ubi similiter declarabitur, que sit pena illorum, qui ryte latas sentencias non obseruant. Datum anno Domini millesimo CCLIIII.

Nach dem Originale in der Lubecensiensammlung des verstorbenen Professor Deecke auf der Stadtbibliothek. Das Siegel ist vom Siegelbande abgeschnitten.

VIII.

Johann I., Herr von Meklenburg, giebt seine landesherrliche Einwilligung zum Verkaufe von 7½ Hufen in Timmendorf auf Pöl abseiten des Conrad Berkhane an das St. Johannis-Kloster in Lübeck. 1257. Jun. 1.[2]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Johannes Dei gracia dominus Magnopolensis. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris eternam in domino Jesu Christo salutem. Vt ea, que geruntur in tempore,

1) Urk.-B. I, 214.
2) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 35.

Digitized by Google

lapsu temporis oblivionis senium non incurrant, congruum est et vtile tam scriptis quam testibus perhennare, quod nec modernos nec posteros volumus ignorare. Nouerit itaque presens etas fidelium et discat felix successio futurorum, quod de consensu ac bona voluntate nostra et heredum nostrorum C(lemencia) abbatissa et collegium sanctimonialium beati Johannis ewangeliste in Lubeke emit rite ac legitime a Conrado dicto Berkhane in villa Tymmendorpe terre Polensis septem mansos et dimidium cum omni jure, libertate et prouentu, quo idem C(onradus) illos a nobis habuit et quiete possedit. Nos eciam ad honorem Dei omnipotentis et beate virginis Marie sanctique Johannis ewangeliste conferimus in perpetuum ipsi collegio proprietatem nostram, quam hactenus in eisdem bonis habuimus, ipsos eciam mansos ab omni grauamine atque seruicijs deinceps exemptos presentibus protestamur. Emit eciam sepedictum collegium ab eodem Conrado Berkhane memorate ville Tymmendorpe omne judicium, quod habebat in predictis mansis septem et dimidio, et preterea in decem et septem mansis et dimidio, sicut tam ipse quam sui progenitores hactenus de gracia nostra tenuerunt. Et licet hominibus et vasallis nostris non recognoscimus, quod ad eos spectet judicium duodecim solidorum, tamen minus judicium, quod usque ad duodecim solidos et infra currit, memorato collegio in predictis bonis conferimus propter Deum. Maioris vero judicij terciam partem tantum sine impedimento ipsum collegium temporibus perpetuis habere et plene percipere tenebitur. Huius rei testes sunt Theodericus Clawe, Johannes Molteke, Fredericus Molteke, Otto de Sninga, Enerhardus de Cassowe, Conradus Berkhane, dilecti nostri milites et fideles vasalli nostri; consules vero et ciues Lubicenses: Henricus Vorrad, Sifridus de Ponte, Henricus de Boycenborch, Heinricus de Wittenborch, Willekinus de Staden, Rodolfus Wrot et alij quam plures viri fidedigni. Vt autem hec rata et inuiolata a nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus permaneant, presentem paginam super premissa empcione confectam sigilli nostri munimine in sufficiens testimonium duximus roborandam. Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis MCC quinquagesimo septimo, Kalendis Junij. [1]

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 56 b. sq.

1) Unmittelbar nach der obigen Copie steht mit Roth, gleich den Ueberschriften der einzelnen Urkunden, geschrieben: Originales littere sunt in thesauraria consulatus Lubicensis et sunt omnes duplicate, welchen Worten eine spätere Hand des 15ᵗ Jahrhunderts, dieselbe, wie es scheint, welche durch den ganzen Copiarius am Rande den Hauptinhalt der einzelnen Urkunden-Abschnitte angegeben hat, beifügt: et sequuntur earum tenores. Die nächstfolgenden Urkunden beziehen sich gleichfalls auf Timmendorp.

Digitized by Google

IX.

Johann I., Herr von Meklenburg, verleiht dem St. Johannis-Kloster zu Lübeck das Eigenthum der Landmühle zu Gadebusch, welche das Kloster von dem Bürger Gerhard von Hagen gekauft hat. 1265. März 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes Dei gracia dominus Magnopolensis. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria per successiua temporum labatur spacia, humana sollercia sibi consueuit adhibere remedia scripturarum. Nouerint igitur uniuersi presentis temporis et futuri, quod Gerhardus de Indagine, ciuis et burgensis in Lubeke, uendidit abbatisse et conuentui sanctimonalium beati Johannis in Lubeke pro trecentis minus quindecim marcis denariorum molendinum in terminis Godebuz, lantmolen uulgariter appellatum, cum omni libertate et temporali utilitate, quo idem Gerhardus hactenus possidebat: nos uero, peticioni et uoluntati eorum annuentes, proprietatem ad nos pertinentem contulimus ipsi cenobio perpetuis temporibus possidendam. Vt igitur tam uenditio predicti Gerhardi, quam nostra donatio a nostris heredibus seu etiam successoribus firma et inuiolabilis in perpetuum perseueret, nos super hoc scriptum nostrum cenobio supradicto dedimus et illud sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius facti sunt Bernardus de Walie, Alnericus de Barnecowe, Benedictus, Theodericus et Arnoldus Clawe, Johannes Molteke, Hermannus de Modentin, Otto de Suinga. Vredhebernus Huscummer, Hinricus Lupus, Otto de Reuetlo, Thimmo Holtsatus, Gerhardus et Hardmuicus Metceke, Theodericus de Ordessen, Ludolfus de Vrimannestorp, Hinricus de Tramme, Bertoldus Pren, Hinricus Pren, Godeke de Plote, milites nostri, et alii quam plures. Datum in Wissemaria, anno Domini MCC sexagesimo tercio, in die sanctarum Perpetue et Felicitatis, per manum notarii nostri Heinrici, plebani de Gneuuesmolen.

Nach dem in Lisch Urk. Gesch. d. Geschl. v. Oertzen Bd. II. B. S. 3 flg. aufgenommenen Abdrucke des im Geheimen und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originales. Das Siegel, welches an einer Schnur von rother und gelber Seide hing, ist verloren gegangen.

Digitized by Google

X.

Dietrich, Abt zu St. Marien bei Stade, und Johann, Decan der Hamburgischen Kirche, als subdelegirte Richter in dem Streite des Bischofs Ulrich von Ratzeburg mit der Stadt Lübeck wegen Zerstörung eines Wehrs, Erbauung einer Brücke über die Stöpenitz und anderer Beschwerden, fordern den Rath von Lübeck auf, am nächsten 26. April entweder in Person oder durch Bevollmächtigte in der St. Marien Kirche in Hamburg zu erscheinen 1266. Febr. 25.

Th(eodericus) miseracione diuina abbas ecclesie sancte Marie extra muros in Stadhen ordinis sancti Benedicti, iudex sublegatus a venerabili viro abbati ‖ de Riddageshusen ordinis Cisterscjensis, sedis apostolice delegato, et Jo(hannes) decanus Hammenborgensis, iudex sublegatus a venerabili patre episcopo Havelbergensi, ‖ sedis apostolice delegato. Advocato, consulibus et communitati Lubicensi salutem et paratum obsequium. Noueritis, nos abbatem de Stadhen recepisse ‖ litteras abbatis de Riddageshusen, iudicis delegati, in hec verba: Reverendo in Christo patri ac domino abbati Stadhensi frater L(udolfus) dictus abbas de Riddageshusen Cisterciensis ordinis, iudex a sede apostolica delegatus, cum oracionibus deuotis sinceram in Domino caritatem. Litteras domini apostolici recepimus in hec verba: Clemens episcopus, serwus servorum Dei. Venerabili fratri episcopo Hauelbergensi et dilecto filio abbati monasterij in Riddageshusen Halberstadensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis venerabilis frater noster episcopus Raceburgensis, quod advocatus, consules et communitas Lubiscensis, quandam piscariam ipsius episcopi, que wlgariter appellatur, temere destruentes, quendam pontem super flumium Stubenic in fundo ipsius episcopi construxerunt in dicti episcopi et Raceburgensis ecclesie non modicum preiudicium et grauamen; idem quoque super decimis, terris, redditibus, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis, facientes, quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, proviso, ne in vniuersitatem Lubiscensem interdicti uel excommunicationis sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale; testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censula[1] simili appellacione (remota) cogatis veritati testimonium

1) l. censura.

Digitized by Google

perhibere. Datum Perusij, VII Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno primo. Igitur, quum propter diuersa negocia, quibus implicati sumus, tum et propter locorum distanciam et viarum discrimina huic cause non possumus aliquatenus interesse, auctoritate, qua fungimur in hac parte, discretioni vestre ex integro committimus vicem nostram, ratum habituri, quicquid super premissis secundum formam auctentici statuendum duxeritis inris ordinę non omisso. Datum Riddageshusen, anno Domini MCCLXVI, dominica prima post Circumcisionem Domini. Et nos Jo(hannem) decanum Hammemburgensem noveritis venerabilis patris Hauelbergensis episcopi recepisse litteras in hec verba: Henricus Dei gracia Hauelbergensis ecclesie episcopus. Discreto viro decano ecclesie Hammemburgensis sinceram in Domino caritatem. Litteras domini pape recepimus in hec verba: Clemens episcopus seruus seruorum Dei etc. Verum quia eidem cause diuersis ecclesie nostre negociis impediti personaliter non possumus interesse, vobis, de cuius discretione plenam gerimus confidentiam, auctoritate, qua fungimur in hac parte, quantum ad ipsam causam intotum committimus vices nostras. Datum Sconehusen, anno Domini MCCLXVI, in crastino beati Blasij. Huius ergo auctoritate mandati, quod preterire non possumus nec audemus, peremptorie vos citamus, vt Hammenburch in ecclesia beate Marie proxima secunda feria post Marci evangeliste compareatis per vos vel per procuratorem sufficienter instructum, hiis, que venerabilis pater Raceburgensis episcopus opponit uel opponere intendit, responsuri, scientes, quod, sine veneritis siue non, in causa, quantum de iure possumus, procedemus. Datum Hammenburg, in cra(stino Matt)hie apostoli.

Nach dem Originale auf der Treve, an welchem die Einschnitte für die Siegel und der zweite Pergamentstreifen erhalten sind; beide Siegel fehlen

XI.

Clementia, Aebtissin, und ganzer Convent des St. Johannis-Klosters zu Lübeck verkaufen an Nunne Cros, Göseke und Herder Witte und die Wittwe Gertrud und deren Kinder erblich das Wentvelt auf Pöl für 20 ℔ Pf. 1266. Nov. 18.[1]

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris C(lemencia) Dei gracia dicta abbatissa totusque conuentus monasterij sancti Johannis ewangeliste in Lubeke eternam in Jesu Christo salutem. Ne, quod raciona-

1) Als unvollständige Regeste angeführt Urk.-B II., 38

biliter actum esse dinoscitur, cuiusquam obliuione uel temeritate in posterum contingat in dubium reuocari, decreuimus ea scripti testimonio perhennare, que nec modernos nec posteros volumus ignorare. Vnde nouerint vniuersi, quod quidam, videlicet Nanne cognomine Cros et Gøseke et Herder dictus Witte et quedam vidua nomine Gertrudis, a nobis rite ac legitime emerunt campum quendam in, Pole situm, qui Wenetvelt vulgariter nuncupatur, pro viginti marcis denariorum ad tempus vite sue et puerorum suorum post eos jure hereditario possidendum. De qua videlicet hereditate claustro nostro annis singulis vnum last siliginis, I last ordei et duo last auene sine contradictione et impedimento quolibet solvere tenebuntur. Huius rei testes sunt venerabilis dominus Hinricus abbas de Dargun, dominus Herbordus prepositus noster et canonicus Lubicensis, et dominus Ludolfus cognomine Vriman et dominus Vredebernus cognomine Hascummer, milites et fideles amici nostri. Vt autem hec rata permaneant et inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Datum anno Domini MCCLXVI, in octaua sancti Martini.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 67.

XII.

Einige vom Rathe zu Lübeck dem zu Kiel mitgetheilte Weisthümer. 1270. Febr. 7.[1]

Anno Domini MCCLXX tali tempore data est ista sententia in Lubeke, sexta feria ante Scolastice uirginis.

Nullus sine licentia heredum potest dispergere suam hereditatem, cui volt.

Si quis de rure intrauerit ciuitatem nostram et ibidem inimicicias habuerit et anno et amplius [in] nostra in ciuitate permanserit non culpatus, sui heredes ab omni inpeticione suam hereditatem tollent.

Si aliquis in rure uerberau(er)it uel leserit et alter illorum in nostram ciuitatem intrauerit, pro tali causa ciuis rurensem inpedire non potest.

Si aliqui se in ciuitate nostra uerberauerint uel insolenter se habuerint, sub quali pena vnus uel duo consules prohibuerint, et hoc testimonio uiris ydoneis probari potest, hoc mandatum seruabitur.

1) Abgedruckt, aber ungenau, bei Westphalen Mon. ined. III. p. 635 und daraus Hach Lüb. Recht S. 42 A. 3., so wie Lucht Kieler Stadtb. S. 64. Vgl. über diese Weisthümer Lucht S. 65 fg. und Hach a. a. O.

Digitized by Google

Si quis consulibus in aliquo loco obloqnitur et si conninci potest, cuilibet consuli uadiabit LX^a sol. et ciuitati III marcas argenti; si exceperit unum uel duos, fiet secundum aliam penam.

Si aliqne res spoliate ad nostram ciuitatem peruenerint et questio super hoc oritur, iudicium nullam partem inde recipiet.

[1]Si aliqne res de nostra ciuitate furtiue uel spoliatine perduntur, et si uir premoritur et possessor illarum rerum, et domesticam contingerit nubere alteri uiro, et ille res amisse iure requirnntur, phitricus et mater pnerorum equaliter contra illos pueros tollent.

Nach dem im Archive zu Kiel befindlichen dortigen Stadtbuche von 1264—1289, fol. 15.

XIII.

Vogt, Rath und Gemeinde der Stadt Lübeck melden dem Lübeckischen Aeltermann auf Gothland, dass sie die Bürger von Salzwedel in ihre Genossenschaft aufgenommen haben. 1275. Jun. 18.

Honorabilibus viris et dilectis, domino aldermanno ciuitatis Lubycensis constituto in Gotlandia et ceteris conciuibus suis ibidem existentibns ant venientibns ac vniuersis mercatoribus hanc litteram inspecturis, aduocatus, consilium et commune ciuitatis Lubycensis salutem in Domino Jesu Christo. Vniuersis et singulis notum esse volumus, quod, dilectioni et voluntati amicorum nostrorum de Saltwedele intendentes fideliter, ad petitionem et affectionem eornndem in sedilia et consortia nostra in ciuitate Wisbny recepimns ipsos, ipsis eam libertatem, justitiam et leges frni concedentes, qne nostrates ibidem habent et hacteus habuerunt, volentes eisdem specialibus amicis nostris tanquam nobis perpetuo obseruari. Vt autem hec donatio ipsis rata et firma permaneat, presentem paginam inde conscriptam confirmatamqne sigilli nostri munimine ipsis contulimus in testimonium et in signum. Testes vero hnius facti sunt consules Lubycenses: Heinricus Varradus,[2] Johannes de Bardewic, magistri cinium ipso anno; Hildemarus, Johannes Campsor, Fromoldus de Vifhusen, Heinricus de Yserlo, Altwinus de Domo, Altwinus Niger, Butherus;[3] Heinricus Albus et Bertrammus,[4] camerarii; Lodewicus, Heinricus Kuro, Engel-

1) Rückseite.
2) l. Vorradus.
3) l. Rutherus.
4) wohl Bertram Stalbuk. Deecke Rathslinie M 223.

Digitized by Google

bertus de Colonia, Petrus de Boizneburg,[1] Tydemannus Wirot,[2] Mako de Kaffelde,[3] Christianus de Kolco, Jacobus et consilium vniuersum. Datum anno Domini MCCLXXIII, dominica secunda post octauam Trinitatis.[4]

Nach dem aus Rudiman Palaeo-Marchica T. I. p. 61 genommenen Abdrucke in Gruber Origines Livoniae p. 202 sq.

XIV.

Der Rath von Hamburg schreibt an den Rath von Lübeck in Betreff von Verhandlungen mit dem Herzoge von Sachsen. O. J. (1274.)[5]

Prudentibus viris et honestis, consulibus in Lubeke, consules Hamburgenses promptam et obsequiosam ad omnia voluntatem. Cum | nec dominus noster comes nec vos nec nos placita in nullo fine terminata nec aliqua bona in aliqua parte nominata domino duce[6] Saxonie simpliciter vnaniniter scripseramus, videtur nobis negotium ad presens aliqua in parte fore neglectum. Si autem prefata placita medio tempore cum domino nostro comite melius discutere et ordinare volueritis, secundum quod vobis placuerit, iterato domino duce[6] vobiscum scribemus. Super hec omnia, si placet, bonum nobis videtur, vt cum comite Gunzelino diem et tempus prolongetis.

In dorso: Consulibus in Lubeke.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit den Einschnitten für das Siegelband, einem Reste des Bandes und einem anhängenden kleinen Bruchstücke des Siegels, das den Brief schloss.

XV.

Friedrich, Graf von Dannenberg, ratificirt den Vertrag seiner Getreuen mit dem Rathe von Lübeck und sichert den Lübeckern ungefährdete Verfolgung ihrer Feinde in seinen Schlössern und seinem Lande zu. O. J. (1274.)[7]

F(redericus) Dei gracia comes de Dannenberghe. Honorabilibus viris ac discretis, consulibus vniuersitatique ciuium | in Lubeke, salutem cum bone voluntatis affectu. Nouerit vestra discrecio, quod ea, que nostri fideles

1) l. Boizeneburg. 2) l. Wrot. 3) l. Kosfelde.

4) Trinitatis war 1273 am 4. Juni. Unter der obigen ungewöhnlichen Datirung ist, wie es scheint, der zweite Sonntag nach Trinitatis zu verstehen, indem der vorhergehende (sonst selbst Trinitatis-Octave genannt) als der erste nach (vollendeter) Octave bezeichnet wird. Dem Wortlante nach müsste die Urkunde vom 25. Juni datirt werden. 5) Urk.-B. I., 138. 341. 345. 357. 358. II. p. XXV. 6) l. duci.

7) Graf Friedrich von Dannenberg kommt 1271 vor. Vgl. Anm. 5 und Rudloff Mekl. Gesch. II. S. 52. 54.

Digitized by Google

ex ‖ parte nostra vobiscum placitauerunt, omnia rata seruabimus et inconwlsa, promouendo vos et vestros in omni ‖ dilectione nostra et tuendo pre omnibus, qui amore nostri quicquam facere aut dimittere voluerint; scientes, quod, siquid vobis furto uel rapina ablatum fuerit, secure poteritis per omnes municiones nostras nostramque terram inimicos vestros persequi, quam diu in plenitudine potestatis sumus a parte heredum patrui nostri, sicut modo sumus, vos tamen nichilominus, quantum in nobis est, volumus cum omni diligencia promouere.

Nach dem Originale in der Deecke'schen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek. Siegel und Siegelband sind abgerissen.

XVI.

Burchard, Cantor, und Nicolaus, Custos der Lübeckischen Kirche, ersuchen alle Erzbischöfe, Bischöfe, Archidiaconen und Plebane, den Meister Dietrich anzuhalten, dass er seine ihm rechtmässig angetraute Ehefrau Irmgard von Brabant wieder zu sich nehme. 1275. Juni 26.

Venerabilibus in Christo patribus, archiepiscopis, episcopis, archidiaconis ac plebanis et ceteris iurisdictionem ‖ habentibus B(urchardus) cantor et N(icolaus) custos Lubecenses, vicem domini N(icolai) eiusdem ecclesie prepositi ‖ gerentes, quicquid possunt obsequi et honoris. Tenore presencium protestamur, quod, sicut ‖ a Sygenando presbitero, beate Marie virginis in Lubeke perpetuo vicario, et ab alijs fidedignis percepimus, magister Theodoricus cum Ermegardi de Bra[n]bancia in facie ecclesie matrimonialiter contracsit et eidem multo tempore cohabitauit. Quapropter reuerencie uestre subplicamus humiliter et denote, ut iam dictum magistrum Th(eodoricum) compellatis, quatinus predictam Ermegardim recipiat et maritali affectione pertractet. Datum Lubeke, anno Domini MCCLXXV, in die beatorum martirum Johannis et Pauli.

Nach dem Originale auf der Trese. An den beiden Siegelbändern hängen noch Reste von Siegeln, von denen das zweite einen männlichen Kopf (wie es scheint, eines Diaconen) darstellt.

XVII.

Johannes Livo, Canonicus zu Lübeck, bittet den Propst und den Dechanten der Hamburgischen Kirche, den Meister Dietrich zu veranlassen, seine rechtmässige Ehefrau wieder zu sich zu nehmen, und dagegen seine Concubine zu entlassen. 1275. Sept. 17.

Honorabilibus viris, dominis O(ttoni) preposito et S(ifrido) decano ecclesie Hammenburgensis, Johannes dictus Livo canonicus Lubicensis, quic-

Digitized by Google

quid ‖ poterit seruicij et honoris. Cum michi et pluribus clericis ac laicis fide dignis de vero constet, quod magister Theodericus, syrurgicus et minutor, nunc apud uos manens, Ermegardim de Brab[r]ant, latricem presencium, per uerba de ‖ presenti desponsauerit, traduxerit et ei plus quam quatuor annis Lubeke fuerit legitime commoratus, discrecioni uestre proinde duxi attencius supplicandum, quatinus propter Deum utrinsque saluti salubriter consulentes, compelli procuretis dictum Thidericum dictam Ermegardim in conjugem recipere et eam maritali affectione, quia tenetur, matrimonialiter pertractare, nec non superinductam adulteram a se perpetuo remouere. Datum Lubeke, anno Domini M°C°C°LXXV°, in sancto die beati Lamberti.

Nach dem Originale auf der Trese. Das am Siegelbande befindlich gewesene Siegel fehlt.

XVIII.

Irmgard, im Beistande des Vogtes Steneko, bittet ihren Gatten Dietrich, zu ihr zurückzukehren. O. J. (1275)

Aduocatus dictus Stenecho, ceteri quam plures in Lubeke existentes.[1] Dederico in Honburg salutem. ‖ Rogamus ac districte precipimus, vt legitimam vxorem, quam in presencia nostrorum et aliorum hominum ‖ duxisti, quatenus ipsam decetero non deseras. Scias, quod, si non feceris, pericula incurres,[2] dampna uel majora. ‖ Gerarde,[3] tibi demandamus, quatinus ipsum consilio uel auxilio non sustineas, sed eum, ad suam vxorem vt redire non dimittat, inducas. Ego Irmegar tibi demando, quatinus tibi consulo, vt ad me redeas, quum omnibus diebus vite mee mea tecum diuidere non obmittam, et si in posterum tibi placuerit, tecum in Honburg redire non tardabo. H(enricus) Steneko rogatus apendit suum sigillum.[4]

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhängendem grösstentheils erhaltenen Siegel.

1) Später corrigirt aus: existentibus.
2) übergeschrieben.
3) von einer andern Hand corrigirt.
4) Der letzte Satz ist von derselben Hand, wie die Correctur Anm. 3.

Digitized by Google

XIX.

Der Guardian und die Brüder des Franziskaner-Klosters zu Salzwedel geben der auf einer Wallfahrt nach Rom begriffenen Irmgard einen Geleitsbrief. O. J. (um 1275.)

Vniuersis presentem litteram inspecturis gardianus in Saltwedele cum ceteris fratribus salutem in Domino et sanitatem. Notum sit caritati uestre Yrmengardem, presencium latricem, ire in peregrinacione Romam pro indulgencia peccatorum ‖ adipiscenda : pro qua rogamus, ut eam in locis uestris, cum ad uos venerit, protegatis et promouere in omnibus quibus potueritis fideliter studeatis, ita ut fauorem diuinum per ea et similia que feceritis acquiratis.

Valete in Domino Jesu Christo.

Nach dem auf der Treue befindlichen Originale, an dem nur noch ein völlig unkenntlicher Rest des Siegels am Bande hängt.

XX.

Die Brüder des Dominikaner-Klosters in Hildesheim geben zwei auf einer Wallfahrt befindlichen Frauen einen Geleitsbrief. O. J. (um 1275.)[1]

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, fratres ordinis predicatorum in Hildensheim oraciones in Domino. ‖ Notum sit omnibus hanc paginam inspicientibus, quod latrices presencium, que contra creatorem suum nimis excesserunt, ‖ a nobis de peccatis suis consilium postulauerunt, quas, dum penitere cognouimus, ipsas pro peccatis suis ad ‖ limina beatorum apostolorum Petri et Pauli et beati Jacobi transmisimus. Qua propter salutem anime uestre monemus et rogamus atque pro peccatis uestris uobis iniungimus, quatinus ipsas, cum ad uos uenerint, misericorditer recipiatis atque promoueatis. Omnibus uero, qui ipsis manus misericordie in elemosinis suis porrexerint, decem dies auctoritate diuina misericorditer relaxamus.

Nach dem Originale auf der Treue, mit einem undeutlichen Reste des Siegels.

1) Wird zu den vorstehenden Urkunden gehören, bei welchen auch dieses Schreiben lag.

Digitized by Google

XXI.

Waldemar, König von Schweden, ersucht den Alverich Erlingson und Othæn Æstætorn, den Godekinus mit seinen Gütern frei und ungehindert reisen zu lassen O. J. (1267—1277.)[1]

Waldemarus Dei gracia rex Sueuorum. Nobilibus viris dominis Aluerico Erlingson et Othæn Æstætorn salutem ‖ et caritatis vinculum, quod non tepuit nec tepebit. Noueritis, quod lator presentium Godikinus nobis attinet ‖ et nostre ville Malmoghæ iure hereditario bono patrimoniali. Rogamus igitur uos, quatinus, cum contra uos ‖ in nullo deliquimus, dictum latorem cum suis bonis pace tranquilla circa uos et nestros transire faciatis causa nostri.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhängendem in der Umschrift verletzten Siegel.

XXII.

Bestallung des Magister Johann von Samekow als Stadtschreiber. 1277. Dec 7.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, universi consules Lubicenses salutem in Domino. Protestamur presentibus, quod conuencionem fecimus cum Johanne de Samekowe filio Ludolfi, nostro notario, talem videlicet, ut, sicut fecit actenus,[2] serviat nobis fideliter in officio scriptoris et nuncij omnibus diebus vite sue, in omnibus quibus potest. Pro quo nos dabimus ei, quam diu vixerit, quolibet anno sedecim marcas denariorum et sex marcas ad vestitum suum, et ad hoc quicquid venerit de libro civitatis, in quo debita conscribuntur. Si vero tam male egerit vel tales fecerit excessus, quod de jure debeat ab hoc beneficio removeri, hoc tunc stabit in nobis, utrum eum licenciare velimus vel diucius retinere. Preterea, si processu temporis idem Johannes ad tantam debilitatem vel senium aut oculorum obscuritatem vel sensuum turbacionem pervenerit, ita quod hijs modis aut alijs liat ad serviendum et ad scribendum inutilis, tunc tantummodo dabimus ei, quamdiu vixerit, predictas sedecim marcas et sex marcas ad vestitum pertinentes, et tunc librum

1) K. Waldemar's Vater, Birger Jarl, starb am 1. October 1266; Waldemar nennt sich, auch nach seiner Entthronung durch seinen Bruder Magnus Ladulås, König bis 1277, seit 1278 quondam rex. Diplom. Svecan. I, 646 u. a.

2) Er wird schon 1268 genannt.

Digitized by Google

prefatum alij, cuicunque nobis placuerit, committemus. Vt autem apud nos et nostros successores premissa stabilia permaneant, presens scriptum in testimonium huic libro duximus inscribendum. Actum anno Domini MCCLXXVII, in octava sancti Andree apostoli.

Nach einer Abschrift aus dem ältesten Ober-Stadtbuche in von Melle's handschriftlicher auf der Registratur bewahrter Lubeca civilis p. 117.

XXIII.

Helmold II., Graf von Schwerin, urkundet über den mit seiner Bewilligung abseiten der Brüder Gerhard und Hinrich Rave an das St. Johannis-Kloster geschehenen Verkauf von drei Hufen in Driberg. 1281.

In nomine Domini amen. Helmoldus Dei gracia comes Zwerinensis. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum cupimus peruenire noticiam, Gerardum et Hinricum fratres dictos Rauen tres mansos in villa Driberge de nostra permissione abbatisse, priorisse totique conuentui monasterij sancti Johannis ewangeliste ciuitatis Lubicensis rite et racionabiliter vendidisse, de quibus tribus mansis nos eidem monasterio et conuentui proprietatem dedimus de libera voluntate, quod sub ecclesiastica libertate eorum eternali tempore perfruantur in omni commoditate juris et vsu fructuum, sicut viginti quatuor mansorum et dimidij de nobis emptorum in eadem villa perfruuntur, ut in priuilegio nostro et sublimis Nicolai, dilecti fratris nostri, patet in omnibus euidenter super ipsis XXIIII mansis et dimidio per nos racionabiliter eis dato.[1] Huius autem vendicionis et proprietatis donacionis et omnium premissorum testes sunt Antonius de Trebowe, Johannes de Dambeke, Gerardus de Eexen milites, et Godeke de Tribowe; consules quoque Lubicenses: Bertrammus Stalbuc, Bertrammus Morneweeh et Godeko de Cremmn. Vt autem monasterium sepe dictum in hijs plena gaudere[2] libertate et hec vendicio cum proprietatis dacione et cum omnibus premissis inviolabilia perseuerent et nec a nobis nec a nostris successoribus dictis abbatisse, priorisse et conuentui ac earum successoribus immutari valeant nel infringi, presentem paginam inde conscriptam sigillo nostro duximus muniendam. Datum anno Domini MCCLXXXI.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 70.

1) Urk.-B. I, 413. Vgl. 414. 2) l. gaudeat.

Digitized by Google

XXIV.

Der Rath von Lübeck ersucht den König von Dänemark, dreien Lübeckischen Bürgern und einem Dänischen Unterthan, denen Jons Vitte ein Schiff verfrachtet, später aber durch Bruch des Contracts grossen Schaden verursacht habe, Ersatz desselben zuzusprechen. O. J. (1259—83.) [1]

Glorioso et illustri domino . . Danorum Slauorumque regi ac inclite domine . . regine, ipsius genitrici, aduocatus, | consilium et commune ciuitatis Lvbicensis cum affectu sincero, quicquid possunt promotionis, obsequii et honoris. Venerunt ad nos concines nostri Henricus, Lambertus et Arnoldus, exhibitores presentium, et significauerunt nobis, | quod ipsi et Jons Ingwari filius, incola terre vestre, vnam apud nos conduxerint nauem a Jons Vitte de Grindoge, de portu nostro processuram et iterum illuc redituram, et hoc bonorum virorum testimonio comprobauerunt tam de nostra ciuitate quam de terra vestra. Et cum Grindoge pervenissent, rebus eorum dispositis cum ad nos redire volebant, secundum quod nauem ab ipso Jo(us) conuenerant, contra iusticiam et manu violenta dictam nauem locauit alias et eos per hoc dampnificauit ad XL marcas argenti et amplius, quia aliam nauem habere non poterant, et sic annum suum et tempus negociationis eorum perdiderunt. Eapropter excellentiam vestram, omni qua valemus precum instancia, exoramus, quatenus nostri beniuoli respectu seruicij conciuibus nostris et eciam Johanni de terra vestra de dampnis illatis condignam emendam fieri vestra nobilitas precipere dignetur, cum rei veritatem in litteris patentibus, quas habent, plenius cognoscere possitis, taliter in hac causa facientes amore nostri, vt vestre magnificencie proinde ad specialia teneamur obsequia.

In dorso: Glorioso domino . . Danorum Slauorumque regi et inclite domine . . regine.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

1) König und Königin, an welche obiges Schreiben gerichtet ist, sind wahrscheinlich Erich Glipping und dessen Mutter, Margaretha von Pommern (vgl. Urk.-B. II, 29), obwohl auch Erich Menved und Agnes von Brandenburg gemeint sein können. Erich Glipping ward durch den Tod seines Vaters, Christoph I, 1259 König. Seine Mutter Margarethe starb 1283. Beide waren übrigens zwischen 1261 und 1264 im Auslande gefangen. War der Brief an Erich Menved gesandt, so wird er in den Anfang seiner Regierung (1286—88) fallen, da später die Vormundschaft seiner Mutter Agnes aufhörte.

Digitized by Google

XXV.

Rath und Gemeinde von Rostock bekennen sich schuldig, der Stadt Lübeck bis zum nächsten Sonntage Invocavit 150 Mark Silber zu bezahlen. 1284. Jan. 17.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus nos consules ceterique burgenses ciuitatis Rozstoc ‖ notum esse uolumus et presentibus protestamur, quod nos pro parte nostra et dominus Johannes Molteco pro ‖ parte domine nostre promisimus domino Johanni Monacho et Johanni Runesen ad manus ciuitatis Lubycensis ‖ centum et quinquaginta marcas puri argenti, quod quidem argentum in dominica, qua cantatur Inuocauit, persolnetur. Si autem dictum argentum die prenotato persolutum non fuerit, dominus Johannes Molteco pro parte domine nostre et Reymbertus de Antiqua ciuitate et Conradus de Lawe, nostri socij de consilio, pro parte nostra ciuitatem Lubec dominica scilicet Inuocanit intrabunt nec abinde exibunt, nisi prius de summa prelibati argenti et dampno, si quod supercreuerit, fuerit satisfactum. In cuius rei euidentiam sigillum nostre ciuitatis presentibus duximus apponendum. Datum Rozstoc, anno Domini MCCLXXXIIII, feria secunda post octauas Epyphanie.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhängendem Siegelstreifen. Siegel abgesprungen.

XXVI.

Joon Joonson ersucht, den Lundener Bürger Hartlef und dessen Sohn ungehindert nach Norwegen reisen zu lassen. O. J. (1284.)[2]

Omnibus hoc scriptum cernentibus Joon Joon son dictus Kolæ salutem in Domino sempiternam. ‖ Pro latore presencium domino Hartlef ciue Lundensi, nobis specialiter seruienti, vel puero suo has litteras ‖ apportanti, versus Norwegiam cum bonis nostris pariterque suis velificantibus, omnes causa ‖ nostri facere volentes affectuose rogamus, quatinus ipsi aut puero suo, vbicunque locorum deuenerint, humanitatis gratiam liberaliter inpendatis honeste pertractando. Quod apud omnes hoc facientes amore nostri promereri volumus in consimili vel maiori. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro duximus roborandas.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel ist abgerissen.

1) Urk.-B. I., 453. vgl. 452. 454. II., 56. 57.
2) Urk.-B. I., 470. Johann Joonsun I., 465 S. 423.

Digitized by Google

XXVII.

Mittheilung (unter dem wismarischen Stadtsiegel) der von den zu Rostock versammelten Seestädten in Bezug auf ein Ausfuhrverbot nach Norwegen und das Verhalten zu den Bremern gefassten Beschlüsse. O. J. (1284).[1]

In Dei nomine amen. Notum sit, quod, cum consules istarum ciuitatum maritimarum comprehensarum in confederacione concepte pacis in ciuitate Rozstoc fuissent ad colloquendum pariter congregati, dicti consules inter se communiter decreuerunt, quod nulla penitus annona, fabe, pisa, bracium uel farina de terris et ciuitatibus istis quoquam duci debeant ultra mare, sed omnia bona premissa ad quaslibet ciuitates ex ista parte maris positas in confederacione predicta comprehensas licite et libere duci debent. Et si quisquam huius decreti transgressor alias duxerit aut miserit uel ducere noluerit, quam ad aliquam dictarum ciuitatum, ille vadiabit sue ciuitati X marcas argenti, bona quoque taliter educta manebunt in proscripto, et si cuiquam quicquam ablatum fuerit de bonis talibus illicite sic eductis, ablatores huiusmodi dictas ciuitates ideo non uitabunt, sed hac ablatione non obstante eas, cum noluerint, licite uisitabunt. Item, si aliqua bona, que de Norwegia quondam adduci solebant, ad aliquam istarum ciuitatum peruenerint, illa uendicione simul et empcione carebunt et illa per eandem uiam, per quam uenerunt, reuertentur. Et si quisquam burgensium istarum ciuitatum occulte forsan emerit ipsa bona Norica, ille debet huiusmodi bonis primari. Bona tamen Suecie et Dacie et omnis generis bona preter bona Norica vendicionem et empcionem libere in dictis ciuitatibus obtinebunt. Item si ciues Bremenses dictis ciuitatum statutis uoluerint adherere, eos ob dilectionem et fauorem eorum ipse ciuitates in omni beniuolencia promouebunt; sin autem, eos uitabunt in hunc modum, videlicet quod empciones et vendiciones in dictis ciuitatibus non habebunt. Et si pro hac causa cuiquam insultus aliquis uel dampnum (aliquod cue)nerit, illi prefate ciuitates communiter assistent, ut exinde debitam capiat rec(ompensationem. No)scat[2] igitur, quod ad peticionem

1) Detmar I., 159. In das Jahr 1285 muss die mit dem obigen Beschlusse zusammenhängende Urkunde (Urk.-B. I., 611) gesetzt werden. Vgl. auch I., 482.

2) Das Subject zu *noscat* fehlt, und wird *unusquisque* oder *omnis* dafür gelten müssen; für eine grössere Ergänzung, als die im Texte gegebene, bot die Lücke nicht Raum.

Digitized by Google

domicelli nostri Magnopolensis et quorundam militum suorum (hanc litteram) fecimus sigillari.

Nach dem flüchtig auf ein unregelmässig geschnittenes Stück Pergament geschriebenen Originale auf der Treve. Der Brief war durch das grosse Stadtsiegel von Wismar (Siegel des Mittelalters aus den Archiven der Stadt Lübeck. Lüb. 1856 ff. Heft 2, Taf. 7, 1) geschlossen, von dem noch erkennbare Reste übrig sind. Das in Klammern Stehende ist im Briefe ausgerissen.

XXVIII.

***Der Rath von Stralsund schreibt an den Rath von Lübeck wegen Kränkungen, die den Kaufleuten in Norwegen widerfahren seien. O. J.*[1]**

Viris honorandis nostris fidelibus amicis, dominis consulibus ciuitatis Lubek, consules ciuitatis Stralessund ‖ mutuam dilectionem cum salute. Venit ad nos nuncius mercatorum Angliam visitancium, conquerens querulose litteris et ‖ nobis declarans de magna iniuria, que eis est facta et fit eis omni die in Norweya. Eciam de eisdem causis vestras ‖ [vestras] litteras recepimus vestram voluntatem desideriumque vestrum consilio et auxilio adinplendi, in quantum valemus. Vnde scire debetis, quod, si vnquam conductum habere poterimus, ad vos in die Purificacionis beate Virginis veniemus, vestro consilio vtendo, quomodo predictis causis resistamus. Datum Sundis nostre ciuitatis sub sigillo.

In dorso: Dominis consulibus in Lubeke detur.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den Einschnitten für das Siegelband. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen

XXIX.

***Heinrich II., Herr von Meklenburg, bekennt, von dem Rathe von Lübeck die von dem Deutschordensmeister Burchard von Schwanden bei demselben deponirten 2000 m̃ Silber empfangen zu haben. 1290. Jan. 20.*[2]**

Nos Hinricus Dei gracia dominus Magnopolensis. Recognoscimus plenius protestantes, ‖ nos recepisse ab honestis viris consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis ‖ nobis dilectis duo milia marcarum argenti puri in pondere coloniensi apud ‖ eos per reuerendum virum fratrem Borchardum de Swanden, domus Theutonice summum magistrum, deposita aliquamdiu pariter et seruata. Dimittimus igitur eos et eorum concives ac eciam omnes, quorum interest

1) Gehört in die Jahre 1284—5 oder in das Jahr 1293. 2) Urk.-B. II., 67. I., 519. 538. 539. 545.

Digitized by Google

vel interesse poterit, quitos, solutos et liberos de eisdem. Cuius rei testes sunt fideles nostri Benedictus de Rodenbeke, Bernardus de Plesse, Thidericus de Indagine, Ludolfus de Trauenemunde, Reynmbernus de Barnekowe, Hartwicus Meteko milites et alij quamplures milites fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum appendi iussimus huic scripto. Datum Lubeke, anno Domini MCCLXXXX, Fabiani et Sebastiani.

Nach dem Originale auf der Trese. Von dem angehängten Siegel ist nur ein kleiner Rest erhalten.

XXX.

Aufzeichnung über Gerichtsverhandlungen, welche wegen einer dem Lübecker Hermann Witte in Segeberg geraubten und von ihm in Hamburg wieder aufgefundenen Partei Pelzwerk daselbst in Gegenwart der Abgeordneten des lübeckischen Rathes stattgefunden haben. O. J. (Um 1290.)[1]

Notandum, quod de talibus bonis, que concini nostro Hermanno dicto Albo in oppido Segheberghe ‖ nocturno tempore furtiue depredata fuernnt, idem Hermannus partem eorundem bonorum sub Nothelmo ‖ dicto de Witzth in Hambûrg reperijt manifeste. Repertis vero ibidem bonis iam dictus ‖ Hermannus hec acta consulibus de Hambûrg et aduocato intimauit, petens ab eisdem consilium et auxilium, qualiter ageret, ut iusticia ei fieret et iniuria alteri nulla faceretur. Sic a communi consilio duo consules cum aduocato missi fuernnt, vt ipsum maleficum perandirent et causam vtrorumque audiendo memorie commendarent. Interrogatus a consulibus et a Hermanno predictus maleficus, vtrum opus haberet nec ne, recongnouit se opus habere et partem eiusdem operis demonstrauit. Item interrogatus, si magis haberet operis, qui negauit nichil magis penitus se habere. Tandem aduocatus cum consulibus Hambûrgensibus assumpte sibi domine domus inquirendo, si aliquid in domo operis magis esset, que penitus negauit. Sic contigit eum ancilla. Hermannus vero petens iusticiam sibi fieri et queri in domo, quod hussokinghe dicitur, nam sciret magis de opere esse in eadem domo. Cum autem audiret predictus Nothelmus, quod hussokinghe fieri deberet, recongnouit se habere XXVI bundelen operis. Hermannus vero dixit esse XXVI tindelinghe, maleficus autem XXVI bundelen fore affirmauit. Interrogatus iam dictus Nothelmus a Hermanno,

1) Gerhard von Bremen wird zuerst als Rathmann genannt 1286, Jordan Vette zuletzt 1293 Urk.-B. I. S. 452. S. 549. Der Vogt Nicolaus von Lindow ward 1297 erschlagen. Detmar I, 171.

Digitized by Google

quomodo ei ipsa bona dicta scevenitzen daret, qui respondit, quod ei constarent ad XII solidos, que vix VII solidos valuerunt. Idem vero N(othelmus) nesciuit valorem bonorum, et primo negauerat, antequam hussokinghe fieri deberet, nulla bona magis penitus se habere. Inventum fuit eciam opus portowesc sub dictis scevenitzen, quod magis quam scevenitzen valere non estimabat. Sic consilio aduocati et consulum Hambûrgensium et auxsilio predictus N(othelmus) conuictus a Hermanno primo clamore et posthec ligatura opere manibus suis supposito et[1] perductus in compendium publice et ibidem vinculis innodatus. Ad hec acta domini consules de Lubeke quosdam de consilio cum aduocato et suis ciuibus Hambûrg destinarunt causam peraudiendo, taliter quod suo conciui plene fieret iusticie complementum et iniusticia nulla fieret deprehenso. Qui consules de Lubeke (cum aduocato) conciuibusque suis comitem Adolfum et consules Hambûrgenses roguntes, vt operam efficacem eis prestarent, ut insticia ipsis fieret et inivria nulla raptori faceretur, sic dies iudicialis eis ponebatur, vbi actor cum suo comparuit prolocutore, acquirendo sentencia iusta, quod prefatus raptor ligatus, sicut in compendium pervenerat, cum rapina deberet in iudicium presentari. Hanc sentenciam recla(ma)uit quidam, qui cum iusta sentencia suus prolocutor esse non poterat, quia ad huc predo ad iudicium perductus non fuerat nec prolocutorem roganerat nec optinuerat sentencia satis iusta. Tandem predicta reclamacio ad aures consulum Hambûrgensium peruenit, qui super nostra sentencia penitus tacuerunt. Sed consules iudicio assedentes cum aduocato et reclamatore ad raptorem miserunt peraudiendo, si fateretur in verba reclamatoris, quem non obtinuerat sibi prolocutorem rite, ut debebat. Inquisiti eciam consules Hambûrgenses a consulibus de Lubeke, si impio malefico rethorem dedissent de suo consilio, quia coram iudicio nullus ei fuerat rhetor adiudicatus, qui negauerunt. Posthec predictus reclamator raptoris recongnouit coram consulibus Hambûrgensibus, quod ipsi eum vocassent supra dormitorium canonicorum et ad hoc precibus coegissent, quod verbum predonis loqueretur. Hoc vnus de consilio non contradixit, quod prius vnaniniter neganerunt. Insuper consules ipsum liberum de ligamine iudicauerunt in domo preconum, prius quam ad iudicium duceretur. Cum autem ad iudicium duceretur sine rapina manibusque solutis, rethor Hermanni petiuit sibi iustam dari sentenciam, cum Hermannus Albus esset actor in predicta bona et in virum sepius nominatum, si opus in manus raptoris coram iudicio deberetur presentari, an non. Nam hoc protestari poterat, quod

1) l. est

Digitized by Google

nulli in iure suo obesse poterat, si opus de manibus raptoris deveniret, quoniam deberet cum opere in iudicium presen(ta)ri, sicut in compendium ductus fuit. Hermanno vero hoc adiudicato, quod opus deberet raptori in manus presentari, adductis itaque bonis in iudicium posuerunt et predoni in manus non dederunt. Iterato quesita fuit sentencia, si opus raptori in manus necne deberet presentari, nominans ad hoc totum consilium Hambûrgense in testimonivm, quod nulli in iure obesset, quod aliqua preplacitacio prefuisset. Sic secundarie adiudicatum fuit Hermanno, exquo protestari posset, quod ipsum opus raptori in manus deberet presentari. Hanc sententiam reclamator raptoris reclamauit, et ad consules Hambûrgenses missa fuit. Qui talem sententiam dederunt, ex quo tangeret honorem predonis, corpus et sanitatem, quod non sumere deberet predacionem sepe tactam. Quod autem omnia premissa taliter fuerint terminata, testes sunt domini consules Gherardus de Brema, Jordanus Pingwis, Nicolaus de Lindowe aduocatus, Bruno de Warendhorp, Hermannus Hoppe, Albertus de Bardewic, Johannes de Bardewic, Martinus frater Goswini, Johannes Caluus, Heynricus Longus.

Nach einer gleichzeitigen unbeglaubigten Aufzeichnung auf der Trese.

XXXI.

Conrad, Prior der Dominikaner, bewilligt dem Heinrich, der Ehefrau desselben Hedwig und ihrer Tochter Margarethe den Mitgenuss aller guten Werke, die durch den Orden in Deutschland geschehen. 1291.

Dilectis in Christo Henrico et uxori sue Hedewigi et filie eorum Margarete ‖ frater Conradus, fratrum ordinis predicatorum per Theutoniam prior et seruus, ‖ salutem in Domino sempiternam. Exigente vestre deuotionis affectu, quem ad nostrum habetis ordinem, vobis omnium missarum, predicationum, ieiuniorum, abstinentiarum, vigiliarum, laborum ceterorumque bonorum, que per fratres nostri ordinis in prouincia Theutonie Dominus fieri dederit, participationem concedo tenore presencium specialem. Volo insuper, ut anime vestre recommendentur in nostro prouinciali capitulo fratrum prouincie orationibus, si vestri fuerint ibidem obitus nunciati. In cuius concessionis testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Lubike, anno Domini MCCLXXXXI.

Nach dem Originale auf der Trese, mit der Spur des in dorso aufgedrückt gewesenen, jetzt gänzlich abgesprungenen Siegels von elliptischer Form.

Digitized by Google

XXXII.

Burchard, Bischof von Lübeck, ertheilt dem Aussätzigen-Hause vor den Thoren Lübecks eine neue Ordnung. 1294. Jun. 12.

Borchardus Dei gratia Lubecensis episcopus. Dilectis sibi in Christo vniuersis leprosis extra muros ciuitatis Lubecensis morantibus pacem in Domino et salutem. Cum patientie exhortacio | et salutis repromissio temporaliter afflictis afflictionem non addant sed minuant — pro certo enim immarcessibilem mercedem accipient, quod non obstante corporis imbecillitate ingo Christi confidentius se astringant | — nos in presenti vestris precibus inclinati quasdam obseruancias salutares infra scriptas, ad quas communiter vos obligastis, auctoritate presencium duximus confirmandas. Primo, quod viri habeant magistrum de sua infirmitate et femine priorissam, qui semel teneant capitulum in septimana et corrigant in spiritualibus corrigenda, quibus ceteri et cetere obediant. Et si aliquis uel aliqua noluerit obedire in correctionibus, eidem queuis prebenda subtrahatur per quindenam. Et si in rebellione sua perstit[u]erit, referatur ad eos, quibus domus prouisio est commissa, qui procedent contra tales, prout eis tunc uidebitur expedire. Item, quod aduenientes tribus mensibus examinentur et tunc habitum recipiant a sacerdote et ecclesia cum benedictione et innocatione Sancti Spiritus septiformis. Omnes autem simplici panno, scilicet griseo watmalico uel sulpharico, uestiantur. Item, si aliquis recipitur pro infirmo (et) postea sanus efficitur, a conuentu amoueatur, nisi uelit pro sano infirmis seruire, et si legitimam habet partem, ad eam redire. Item, quod sint fratres separati a sororibus nec confabulentur absque licencia nec egrediantur septa curie neque ciuitatem intrent nec aliqua dent[1] extra curiam, que sunt ciuitatis. Item, quod omnes communiter conuentum teneant in comedendo, dormiendo, orando, nisi euidens necessitas impediat. Item, quod quinque uicibus communicent: in Pascha, Pentecoste, Assumptione, Omnium Sanctorum, in Natiuitate Domini, et tociens confiteantur. Item, quod, qui nesciuerint horas legere, dicant XII pater noster et totidem ane maria pro matutinis, pro prima, tertia, sexta, nona, completorio, semper pro qualibet vice XII; pro uesperis, pro vigiliis quinquaginta. Item, quod ieiunent Aduentum Domini et Quadragesimam, et alia ieiunia obseruent, que sunt in ecclesia constituta, nec frangant (nisi) necessitate compellente. Hec autem salubria ab

1) l. adeant.

Digitized by Google

hiis, qui de communi viuunt prebenda, volumus obseruari, statuta priora a predecessoribus nostris in quibusdam difficilia vobis iniuncta reuocantes, salua nobis in posterum addendi minuendi permutandi facultate. Datum in Lubeke, anno Domini MCCLXXXXIIII, sabbato Karitas Dei.

Nach einer von Dr. Napiersky mitgetheilten Copie, welche von der Urk.-B. II. S. 1083 erwähnten Pergament-Abschrift des 14. Jahrhunderts im s. g. äussern Raths-Archive zu Riga genommen ist. Auf derselben folgt die obige Ordnung unmittelbar hinter der Ordnung für das Heilige-Geist-Haus.

XXXIII.

Der Rath von Stralsund urkundet über den Verkauf von 50 mk. Renten an das Heiligen-Geist-Hospital in Lübeck. 1297. März 3. (?)

Anno Domini MCCXC septimo, in Carnis priuio.

Nos consules de Stralessund vendidimus magistris et conuentui vtriusque sexus domus Sancti Spiritus ciuitatis Lubicensis ad vsus ipsius domus redditus quinquaginta marcarum pro quingentis marcis, quos in decimo anno in Carnis priuio reemere possumus: alias ad dictam domum dicti redditus perpetuo deuoluentur.

Nach einer von Dr. Junghans aus dem Stralsunder Stadtbuche N° 1. genommenen Abschrift.

XXXIV.

Hermann, Rector der Kirche in Osterfeld, bezeugt, dass Walburg mit dem Böttcher Dethard, auch Detmar genannt, gesetzmässig getraut sei, mit ihrem Manne in Ruden und in Lippe gewohnt und ihm drei Kinder geboren habe, von denen eins noch lebe und von der Mutter ernährt werde. 1298. Febr. 16.

Vniuersis et singulis hoc scriptum inspecturis ego Hermannus presbiter, plebanus in Osterfelde, notum facio et protestor, quod Walburgim, exhibitricem presencium, mulierem | pudicam et bone fame Dethardo doleatori, filio . . molendinarij quondam | de Weslere, in ecclesia sancti Johannis in opido Rûden in presencia plurimorum vtrinsque sexus hominum per verba de presenti matrimonialiter et legitime copulani, et quod dicti coniuges, scilicet Dethardus, qui, ut dicitur, alibi Detmarum se nominat, et Walburgis, in opido Rûden et in opido Lippensi et alibi tamquam coniuges legitimi cohabitarunt, donec dicta Walburgis ab ipso Dethardo tres genuit paruulos, quorum ad huc

Digitized by Google

unus viuit et ab ipsa Walburge usque in hodiernum diem, prout pluribus constat, in opido Rûden est nutritus. Et nos Winandus et Gerhardus sacerdotes, in opido Rûden ecclesiarum rectores, quia premissa omnia scimus esse vera, et magna populi multitudo in Rûden et confinijs ibidem ea sciunt, recolunt, dicunt et protestantur et parati sunt tactis sacrosanctis affirmare premissa, sigillum domini Jacobi, pastoris nostri, quia propria sigilla non habemus, et ut eciam premissis maior fides adhibeatur, una cum sigillo dicti plebani in Osteruelde presentibus apponi fecimus in testimonium premissorum. Datum in die dominico post Valentini, anno Domini MCC nonagesimo octauo.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem ersten Siegel, welches einen Geistlichen vor dem Altare stehend und den Kelch in die Höhe hebend zeigt; die Umschrift ist unkenntlich. Das zweite Siegel ist vom Bande abgesprungen.

XXXV.

Segeband von Wittorp schreibt an den Rath von Lübeck wegen der von diesem gewünschten Befreiung des Lübeckischen Bürgers Albert von Distorp aus der Gefangenschaft. O. J. (Gegen Ende des 13. Jahrhunderts.)[1]

Honestis viris et discretis, aduocato et consulibus ciuitatis Lubicensis, Segebandus ‖ de Withdhorpe, quicquid potest seruicij et honoris. Certi esse debetis, quod omnem operam et ‖ diligentiam adhibebo ad petitionem, quam michi scripsistis. Scire tamen debetis, quod veraciter credo, quod ‖ qualibet occatione[2] post posita Albertus de Distorpe a captiuitate liberetur. Si vero ita esset, quod G. aduocatus ipsum nollet dimittere, scire pro vero debetis, quod dominus meus dux precipiet ipsum dimitti a vinculis, si ita est, quod est ciuis Lubicensis.

In dorso: Aduocato et consulibus ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Original auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband. Vom aufgedrückt gewesenen Siegel ist fast jede Spur verschwunden.

1) Nach der Handschrift gehört das obige Schreiben dem dreizehnten Jahrhundert an. Ein Segebandus de Wittorpe kommt 1290 in einer Urkunde des Herzogs Otto von Braunschweig vor (Urk.-B. I., 544). Er war braunschweigischer Vasall, und der Herzog, von welchem in dem Schreiben die Rede ist, wird daher ein Herzog von Braunschweig sein.

2) l. occasione.

Digitized by Google

XXXVI.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, bittet den Rath von Lübeck wegen Rückzahlung des demselben schuldigen Geldes um einige Frist (Ende des 13. Jahrhunderts.)[1]

G(iselbertus), Dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus. Discretis viris, . . consulibus Lubicensibus, salutem ‖ et omne bonum. Attente vestram discrecionem rogamus, quatinus nobis inducias ‖ dare velitis de pecunia vobis debita vsque in proximam dominicam Inuocauit, ‖ sciturі, quod intendere volumus, vt vobis extunc soluamus pecuniam memoratam.

In dorso: . . Consulibus Lubicensibus.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband und einem Reste des aufgedrückten runden Siegels. Das sehr flüchtig abgefasste, fast unleserliche Schreiben scheint von der Hand des Erzbischofes selber zu sein.

XXXVII.

Der Rath von Grabow ersucht den Rath von Lübeck um seine Entscheidung in einer Rechtssache. O J. (Ende des dreizehnten, spätestens Anfang des vierzehnten Jahrhunderts.)

Honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules de Grabowe seruicij quicquid poterint et honoris. ‖ Vestre dominacioni tenore presencium supplicamus, quatinus sentencias horum duorum aduocatorum nostri seruicij in|tuitu, cum ad vos veniunt, discuciatis, nobis quoque vestrum ius litteratorie remandetis. Nam decretum est per nos, quod ista empcio, que fassa est coram probis viris, ydoneis testibus, procedat et non retrocedat. Hij vero testes vocati ad testimonium in iudicio proferendum concordabant cum verbis, sed quod fuerunt in diuersis locis, cum empcio coram eis fassa fuerit, duo namque in consilio nostro sunt, qui simul in vno loco testantur, licet ad testimonium in iudicio proferendum non vocati. Libentissime ad vos misissemus duos viros, nostri consiliatus socios, sed pre timore spoliatorum facere non poteramus.

In dorso: Honorabilibus viris, . dominis consulibus Lubicensibus, detur littera.

Nach dem Original auf der Trese. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel sind nur noch geringe Reste übrig geblieben.

1) Urk.-B. I., 661.

Digitized by Google

XXXVIII.

W., Herr von Barby, ersucht den Rath von Lübeck dringend, zweien Einwohnern von Barby das ihnen geraubte Korn zu ersetzen. O. J. (Ende des 13. Jahrhunderts.)[1]

W. dominus de Barboye. Vniversis burgensibvs in Lubeke salutem et paratum in omnibus servicivm cum bona voluntate. ‖ dilectionem et quidquid se totum. Dilectioni vestre quam plurimum intimamus, quod quedam bona hominibus sint ablata, ‖ cvidam Frederico et Eckehardo, morantes in mea ciuitate Barboye. Igitur vestram deprecor bonitatem ac pietatem, quod ‖ intuitu mee servitutis de causa ipsis predictis hominibus· meis restituatis vna mesa minus quinque lastas, scientes certissime, si se locvs et tempvs obtulerit vobis aliquod obsequium exhibendi, si nvnc petitiones meas effectui mancipaueritis, vobis eandem vicissitudinem observabo. Ego et omnes mei amici simul et semel petimus et cupimus et rogamus exaudiri, quia semper existens amicus hvius civitatis et vnanimiter ego cvm meis. Ergo petimus exaudiri ita, vt habeamus regraciari clientela.

Nach dem Originale auf der Trese, mit einem anhangenden Reste des Siegels, welches auf dem Schilde einen Adler geführt zu haben scheint. Von der Umschrift sind nur einige Buchstaben erhalten, welche (Sigillu)m W(ern)er(i de B)ar(by . ....) gelautet haben können.

XXXIX.

Kaufmännische Geschäftsbriefe. O. J. (Ende des 13. Jahrhunderts.)[2]

A.

Dilecto amico suo W(ernero) dicto Gropen Lu. de Clingheuberghe ‖ salutem. Rogo affectuose, quatenus cum meis denarijs aureis michi ematis gros[s]os thuronenses antiquos, qualitercunque emere poteritis. Si nullum cuprum ‖ adhuc emistis, tunc non ematis. Si vero emistis, tunc, prout [s]cicius

1) Nach der Handschrift. Ein Siegel Alberti de Barboi (ohne Jahr), aus der Sammlung des Pastor Kagotzky stammend, zeigt auf einem gespaltenen Schilde die vordere Seite mit einem halben Adler, dessen Flügel oben in einen Bärenkopf sich endigt, die hintere Seite achtmal quergestreift. Die 1659 ausgestorbenen chursächsischen Grafen von Barby führten zwei goldene Fische (Barben) und vier goldene Rosen im blauen Felde.

2) Dass die obigen Schreiben noch in das dreizehnte Jahrhundert fallen, geht aus der Handschrift hervor und aus den genannten Persönlichkeiten: Hold 1290 (Urk.-B. I., 554 S. 501); Bernhard von Coesfeld, zuerst als Rathmann erwähnt 1292, ermordet 1301; Rötger von Coesfeld, Gewandschneider 1282 u. ff. (II. S. 1021, vgl. S. 151); Johann von Güstrow, seit 1301 Rathmann (II., 1023) u. s. w.

Digitized by Google

poteritis, michi destinetis. Thuronenses presentes semper ematis. Scientes, quod die dominica nunc proxima propono versus (V)trecht [1] equitare.

In dorso: W(ernero) dicto Gropen detur.

B.

Discreto viro et honesto, Holde in Lubeke, Ar(noldus) de Rene de Stetin amiciciam omnis boni. Sciatis, quod emi a Hermanno Zeduare, ciui in Hamborch, LXXX marcas lubicensium denariorum, quas vobis meo nomine statim visis | litteris presentabit, et de dictis denariis debet michi reducere litteram, vt a vobis sim ab eisdem denariis liber et solutus. Datum Snudis, feria III^a^ post Corporis Christi.

In dorso: Ar(noldo) de Rene de Stetin detur.

C.

Viro prouido ac honesto, domino Ber(nardo) de Cusfelde, Jo(hannes) de Balga | salutem et esse bonum. Vestre notifico discrecioni, quod vobis | mitto per Jo(hannem) I marcam puri, quam suscepi a domino Jo(hanne) Kellen. Item sciatis, quod Jo(hannes) de Cusfelde michi monstrauit II marcas puri, quod ad predictum nisi hoc tempore I marca carere volebat.

In dorso: Domino Ber(nardo) de Cusfelde detur.

D.

Reuerentissimo domino suo, Bernhardo de Cusuelde, Gerhardus de Cusuelde, eius famulus, subditus in cuimine seruicij quantum potest ac honoris. Significo vestre dominacioni, quod uobis transmitto per Rutgerum de Cusuelde LX marcas | puri cum dimidia marca. Postea sciatis, quod transmisi uersus Flandriam LXX centenarios cupri et unum talentum cere. Illa bona | Johanni de Gustrowe misi. Cuprum predictum prouenit de bonis, que dominus meus Se(ghe)bodo de Crispin et nos in simul habuistis. De cupro prefato ego Gerhardus, vester famulus, persolui XXX marcas puri de bonis, que duco ex parte uestri. Postea sciatis, illa(s) sexaginta marcas cum dimidia, que *(quas)* uobis mitto per Rutgerum prefatum, similiter sunt de bonis uestris, que ego duco, et talentum cere, quod uersus Flandriam misi, constat X marc(is) minus quartali cum illo, quod ultra ponderabat, et similiter est de uestris bonis, que ego

1) Corrigirt. Wie es scheint, hat vorher nur Vtrecht dagestanden, bei der Correctur ist das V vergessen.

Digitized by Google

duco. Et sciatis, quod uersus Flandriam cum primis nauibus nulla plura bona mittam, quam audistis in precedentibus, et si uobis uideatur, quod cum illis bonis, que uersus Flandriam misi, persolucre non possitis, tunc mando vobis, ut tanta Flandriam transmittatis, quod ibidem persoluetis, quia spero, quod michi in breui bona debeant fieri persoluta in cupro uel in argento, et rogo, ut michi demandetis, utrum Lubeke uel Flandriam debeam transmittere. His uisis sciatis, quod cuprum prefatum per Conradum de Rekelinchusen in Elbingum misi, et nescio, in qua[m] naui[m] idem Conradus cuprum prefatum cum talento cere conducit, igitur uobis non demando, et me super hoc non cogitetis, quod argentum non est commutatum, quia in die Palmarum michi primo fiebat persolutum. Littera facta proxima sexta feria post Pascha.

Alle vier Originalschreiben befinden sich auf der Tresc. Faltung und Siegelbandeinschnitte sind erhalten, die Siegel nicht.

XL.

Bischof Burchard befiehlt den Rectoren der Kirchen in seiner Diöcese, die Franziskaner und Dominikaner in Lübeck, weil sie während des über die Stadt verhängten Interdicts Messe daselbst gelesen hatten, zum Gottesdienst in ihren Kirchen nicht zuzulassen. 1299. Apr. 8.

Bor(chardus) Dei gracia episcopus Lubicensis. Vniuersis ecclesiarum sue dyocesis rectoribus et vicarijs salutem. Cum tanta sit ordinariorum auctoritas, vt pro eorum processu semper presumi debeat, ac ipsorum sentencia, nisi probetur contrarium, inuiolabiliter obseruari, vniuersitati vestre dolentes referimus, quod, cum nos iustis exigentibus causis in ciuitatem nostram Lubeke generale tulerimus interdictum, fratres nichilominus predicatores et minores ciuitatis eiusdem nostras violando sentencias in contemptum clauium ecclesie diuina ibidem presumunt officia publice celebrare, ob quam rem iuxta veteres sanxiones non solum irregularitatis penam incurrerunt, verum eciam iuxta nouam domini Bonifacij pape octauj constitucionem ipsis ingressus ecclesie interdictus existit. Vnde, si dictos fratres ad ecclesias vestras declinare contigerit et eas contra prefatam constitucionem ingredi presumptuose voluerint, cessetis, donec exierunt, a diuinis, nisi vobis euidenter constiterit, quod de alienis sint domibus et tales nostrum non violauerint interdictum. Nam periculosum est coram interdictis huiusmodi et inobedientibus publice quemquam

Digitized by Google

sacerdotem scienter in suo officio ministrare. Datum Vthyn, anno Domini MCC nonagesimo nono. VI Idus Aprilis.

Nach einem auf der Trese bewahrten Transsumpte der Franziskaner in Lübeck vom 21. April (VIII Kal. Maij) 1299, an welchem das Siegel (Urk.-B. I. Taf. IV., 5) noch hängt. Das Transsumpt ist genommen von einem undatirten Vidisse, welches Graf Günzel von Schwerin, Propst Andreas von Land und die Ritter Johann von Crumesse, Gerhard Ketelhot, Ulrich Maltzan und Bolte Hasenkop ausgestellt und besiegelt hatten.

XLI.

Hugo von Vercelli ertheilt aus der päpstlichen literarum contradictarum audientia dem Procurator der Stadt Lübeck, Magister Angelus von Terni, Abschrift des Protestes, welchen der Procurator des Bischofs Burchard gegen die von Seiten der Stadt beantragte Zurücknahme des vom Bischofe über die Stadt verhängten Interdicts eingelegt hatte. 1299. Jul. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis Hugucio de Vercellis, canonicus Brugensis, domini pape subdiaconus et capellanus ac ipsius litterarum contradictarum ⸗ audiencie de eius speciali mandato officium gerens, salutem in Domino. Noueritis, quod, cum magister Thomas de Aquamundula produceret infrascriptas ⸗ exceptiones in judicio coram nobis, magister Angelus Interampnensis pecijt sibi fieri copiam de eisdem, quarum tenor talis est: Infra scriptas ⸗ exceptiones proponit Thomas de Aquamundula, procurator venerabilis patris domini Borchardi episcopi et capituli ecclesie Lubicensis, contra litteram, que pro parte consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis in publica audiencia domini pape impetratur contra dominum episcopum Lubicensem super reuocacione interdicti in ciuitatem predictam positi, coram vobis honorabili viro domino Hugucione de Vercellis, audiencie litterarum contradictarum auditore. In premissis excipi[pi]endo proponit procurator predictus, quod dicte littere absoluende non sunt, set detinende uel potius lacerande, ne ad bullam proueniant, pro eo, quod in ipsis litteris talis supprimitur veritas et falsitas exprimitur, qua expressa uel tacita huiusmodi littere nullatenus concederentur. Primo enim supprimitur in dictis litteris, consules dicte ciuitatis contra ecclesiasticam libertatem sua confecisse et habere statuta, per que clericos eiusdem ciuitatis et diœcesis nitauerunt et vitant et vitari faciunt et vitari fecerunt in obprobrium ordinis clericalis, non admittendo eos ad agendum, testificandum uel alios actus legitimos exercendum, cum certum sit, predictos consules huiusmodi statuta in ipsa ciuitate ordinasse et obseruasse et per alios

Digitized by Google

obseruari fecisse et facere in preiudicium ecclesiastice libertatis. Supprimitur in dictis litteris, dictos consules ac ceteros laicos dicte ciuitatis ob premissa et alia grauamina illata per eos seu eorum auctoritate ecclesijs seu ecclesiasticis personis fuisse et esse maioris excommunicacionis sentencijs innodatos. Quibus expressis certum est, huiusmodi litteras non debere concedi nec posse transire. Item falso exprimitur in dictis litteris, quod dictus episcopus nullatenus cognito de predictis exarrupto ad prolacionem interdicti huiusmodi in ciuitatem predictam processit, et quod de predictis excessibus eidem nullo modo constabat neç constare poterat, cum non essent notoria neque uera. Verum est enim, quod predictus episcopus prefatos consules pluries monuit et canonice moneri fecit eosdem, quod ab huiusmodi excessibus se retraherent et statuta predicta corrigerent et ab ipsorum obseruacione desisterent, quamquam premissa adeo essent et sint notoria in partibus predictis et in locis vicinis, quod nulla possunt tergiuersacione celari, que similiter si expressa fuissent, certum est, quod huiusmodi littere non transirent. Et super hijs petit et supplicat procurator dicti episcopi procuratorem dictorum consulum et vniuersitatis interrogari per juramentum, qui, cum sint notoria, non audebit negare. In cuius copie petite et exhibite testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Anagnie, IIII Nonas Julij, pontificatus domini Bonifacij pape VIII. anno quinto.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

XLII.

Thomas, Abt des Klosters St. Michaelis in Lüneburg, subdelegirt den Scholasticus von Güstrow (Ketelhod), unter abschriftlicher Mittheilung zweier päpstlicher Mandate, zur Fortsetzung der von ihm angefangenen Untersuchung der Streitsache zwischen dem Bischofe Burchard von Lübeck und dem Rathe der Stadt. 1300. Oct. 7.

Thomas Dei gracia abbas monasterij sancti Michaelis in Luneburch Verdensis dyocesis, judex a sede apostolica delegatus in causa, que vertitur inter venerabilem patrem dominum Borchardum Dei gracia episcopum et capitulum | ecclesie Lubicensis, necnon consules et commune ciuitatis eiusdem, honorabili viro ac domino . ., scolastico ecclesie Guztrowensis Caminensis dyocesis, salutem in Domino. Noueritis, nos litteras apostolicas non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse in hec verba: *(Folgen*

Digitized by Google

die beiden päpstlichen Mandate Urk.-B. d. Bisth. Lüb. I., 371 u. 372) Qua auctoritate partes ad nostram presenciam vna cum nostris coniudicibus fecimus euocari, vt coram nobis apud Raceborch sexta feria post Exaltacionem sancte Crucis alterutra parcium contra aliam proponeret, quidquid super premissis duceret proponendum. Quibus supradicto loco et termino comparentibus multa fuerunt hinc inde proposita et petita, super quibus ad interloquendum super eis tercia dies post festum Omnium Sanctorum fuit partibus terminus assignatus. Que omnia et singula tunc temporis non fuerunt in scriptis redacta, sed de hiis expressius nostri coniudices vos poterunt expedire. Igitur cum propter negocia seu causas arduas nobis ac ecclesie nostre imminentes predicte cause decisioni non possimus personaliter interesse, de vestra prouidencia ac sollicitudine quamplurimum confidentes, ipsam legis seu iuris auctoritate discrecioni vestre subdeleganimus et in totum committimus secundum tenorem rescripti apostolici vna cum nostris collegis fine debito terminandam, vobis michilominus in virtute sancte obediencie precipiendo mandantes, ne hoc nostrum mandatum immo verius apostolicum subeundum ac in omni parte sui perficiendum aliqualiter recusetis. Quod si legitima causa cessante id feceritis, in vos suspensionis sentenciam ab ingressu ecclesie promulgamus, quam ex nunc proferimus in hiis scriptis. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum in Luneborch, anno Domini CCC, feria sexta ante festum Dyonisij. Datum per copiam sub sigillis honorabilium virorum . . prepositi Raceburgensis et . . scolastici Nuemburgensis ecclesiarum, judicum a sede apostolica delegatorum.

In dorso: Subdelegacio abbatis Ketelhodi facta.

Nach dem Originale auf der Trese. Von den drei Siegeln, die an der Urkunde hingen, ist das mittlere, des Abtes Thomas, wohlerhalten übrig, von den beiden andern nur die Siegelbänder.

XLIII.

Aufzeichnung über mehrere vom Vogte unrechtmässiger Weise erhobene Geldstrafen und andere Unrechtfertigkeiten desselben. O. J. (Um 1300)

De viro quodam accepit aduocatus quatuor solidos, qui fuit de Stralessunt, ‖ dans ei culpam, quod deduxisset mulierem. ‖

Item de Thoma de Inferno recepit IIII sol. occulte contra insticiam de pactato precio.

Digitized by Google

Item de quibusdam Slauis recepit XII sol.

Item de quodam dolifice accepit contra iusticiam V solidos.

Item iussit precones accipere cuidam alotario IIII sol. violenter et posthac posuit ipsum in ferrum.

Item cum vellet quandam mulierem de ciuitate depellere contra iusticiam, mulier dedit ei III sol., pro qua Johannes de Oldenborch fideiussit.

Item de muliere, que fuit in ferro, recepit ipse IIII sol. et Johannes Niger, amasius mulieris, soluit pro ea V sol.

Item recepit IIII solidos de Bauzuno institore pro eo, quod percussit quendam Flamingum.

Item is, qui recipit denarios, debet recipere pignora, que accipiuntur ab hominibus, quando vadiant. Quorum pignorum multa quandoque recipit in domum suam, quod fieri non licet.

Item quidam verberauerunt se in cellario. Illi idem in eodem rancore perseuerantes se iterum verberauerunt alia vice, quod vorsate esse videtur. Pro hiis ambabus verberacionibus recepit vnum talentum, dicens et recognoscens: Ecce nos fecistis vorsate, et si mecum occulte non deposueritis, coram consilio debetis vorsate vadiare.

Bertrammus Velelant dedit I talentum denariorum pro verberibus, in quibus ante habuerant disceptacionem. Vltra quod fuit Johannes de Emelendorpe, Johannes Stephan, Hinricus de Ueuenture.

Nach einem Pergamentblatte auf der Trese, dessen Handschrift spätestens dem Anfange des vierzehnten Jahrhunderts angehört.

XLIV.

Bericht der in Veranlassung vorgekommener Beraubungen nach Nowgorod gesandten Abgeordneten der Städte. O. J. (Um 1300.)[1] März 26.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris nuncij ciuitatum in Nogardyam ad regem et ad Nogardenses destinati salutem in Domino. Postquam legacionem nostram a vestra discrecione nobis commissam expleuimus, deliberato consilio decreuimus conscribere responsa, ‖ que nobis facta fuerunt.

1) Nach Urk.-B. II. S. 566 fg. (Sartorius II. S. 159 fg.) wurden im Winter von 1300 auf 1301 (nach anderer Lesart 1301—1302) Johann Witte von Lübeck, Adam von Gothland und Hinrich Holste von Riga nach Nowgorod gesandt. Da an dem obigen Schreiben drei Siegel gehangen haben, so kann es von diesen Sendeboten abgefasst sein. Die Handschrift ist kaum später als 1300. Der in Bezug genommene Sühnbrief wäre dann der ebendaselbst S. 566 erwähnte vom J. 1298.

Digitized by Google

Sciatis ergo, quod dominus rex personaliter a nobis legacionem audire nolebat, immo dominum Andream suas vices habentem cum alijs duobus melioribus suis ad nos misit. Insuper ex parte Nogardensium misit ad nos ducem Nogardye | cum alijs duobus pocioribus. Hij sex ad nos in Gerceke venientes in curiam regis dixerunt, quod rex tam ex sua quam ex Nogardensium parte ipsos ad audiendam legacionem misisset, quos rogauimus, ut diguarentur ad dominum regem redire et ei supplicare, ut legacionem nostram curaret audire personaliter cum eis, ad quos littere fuerant destinate. Ad quod ijdem responderunt, se esse oculos, aures et os domini regis, et idcirco deberent nostram legacionem audire ac deinde domino regi et communibus Nogardensibus hanc deferre. Quibus taliter respondimus, exquo voluntas et desiderium domini regis in hoc esset, vellemus libenter legacionem nostram proponere, que a ciuitatibus nobis commissa fuerat et iniuncta. Et extunc partem negocij retulimus eisdem supplicantes, ut ad dominum regem hec deferrent et responsum super huiusmodi reportarent, et posthec plura ipsis vellemus referre. Ad quod dixerunt, quod totam legacionis nostre summam deberent audire et postea domino regi ac Nogardensibus enarrare. Tunc quoque totam legacionem nostram ipsis retulimus, rogantes, ut nichil omnium obliuiscerentur, sed domino regi ac Nogardensibus totaliter referrent et responsa talia reportarent, apud que vellent manere nec aliud quid agere, et ut ea nobis conscriberent et sigillis domini regis et Nogardensium consignarent, quod et hec possemus ciuitatibus, que nos miserant, reportare. Iidem vero nos ad hospicium nostrum iusserunt accedere, dicentes se velle referre domino regi et Nogardensibus hec, ut et ipsi deliberantes et consilijs insidentes finale nobis responsum pro loco et tempore dare possent. Tunc siquidem dominus rex cum suis principibus et Nogardensibus per XIIII dies in Gerceke vacabat consilijs, quid nobis super legacione nostra commode responderet, et nos singulis hijs XIIII diebus de Nogardya perreximus Gerceke supplicantes principibus, ut responsum nobis referrent, eo quod ad presenciam domini regis non permitteremur aliquatenus pernenire. Nec accepimus sic responsum, sed venit Symen, oldermannus Nogardensium, ferens litteram et dicens: Hec est littera pacis scripta inter magnum regem et Theutonicos et Nogardenses, ipsumque rogauimus, ut nos iuuaret, quod responsum nobis fieret. Qui dixit: Nogardenses conuenerant et vestra negocia singulariter exposuerant et videntur ipsis vestre querimonie nil valere. Nos ergo consulte deliberauimus, ut ad borchgrauium et ducem Nogardie cum quodam interprete veniremus, quibus supplicauimus ut nos iuuarent,

Digitized by Google

quod responsum finaliter haberemus. Dux respondit in hec verba: Vellem vos esse domi et regem hoc anno non venisse, et cum hoc omnibus theutonicis fratribus inclino. Cum a duce reuerteremur, quatuor ex principibus regis obuios habuimus, quorum vnus Doumundus, alter Surele, tercius Wezcele, quartus Constantin. Hos rogauimus, ut nos iuuarent, quod responsum nobis daretur super legacionibus nostris. Qui dixerunt, quod sex vicibus fuerint ex parte domini regis ad Nogardenses et pecierint, nobis dari responsum, sicut eciam personaliter rex ipsis supplicuisset, et rex multum doleret, quod nollent respondere, cum ipsi teneantur de iure super huiusmodi respondere, utpote qui bona habebant, de quibus questio vertebatur. Item habito consilio perreximus cum interprete ad principes in Gorceke, interrogantes, si aliquid nobis vellent aliud, quia parati essemus ad iter, vbi eciam erat Symen, oldermannus Nogardensium. Cui dixit vnus ex principibus Wezcele nomine: Symen, cur istos homines sine responso dimittis? Respondit Symen: Ecce littera iusticie, quam scribi fecit dominus rex inter ipsum et nos et Theutonicos, dominus rex merito respondebit. Iratus itaque Wezcelus sic ait: Quid ad regem? dominus rex bona illa non habet, vos Nogardenses bona illa habetis et ea cum smerdis vestris diuisistis, smerdi vestri sunt, et idcirco de iure tenemini respondere. Item oldermanno et pocioribus Theutonicis significauimus factum nostrum et totum facti processum simul et responsum. Qui dixerunt: Secundum huiusmodi responsum consulimus, ut recedatis, et ad hoc nos, quantum poterant, promouerunt. Quare petimus, quatinus oldermanno et suis pocioribus graciarum actiones referre curetis, quod nos fauorabiliter tractauerunt, et sciatis, quod nichil volebamus sine eorum consilio attemptare. Nobis autem de Nogardia ad octo miliaria abcedentibus misit dominus rex vnum de principibus suis cum quinque seruis et interprete, cibum et potum et alia clenodia nobis mittens. Princeps ergo ille dixit: Habeo secreta ex parte domini regis referre, que sine interprete loquar vobis. Dominus rex mandat vobis, quod sine responso de Nogardya recessistis, non est sua culpa; insuper mandat, quod Nogardenses apud illas litteras volunt manere, que inter vos et ipsos sunt conscripte, et bona omnia, que sunt perdita, sub se habent. Innocens sum in bonis illis et volo fidem seruare, super qua crucem sum osculatus, et quia sum mundus in osculacione crucis, idcirco misi post vos meum principem Cusemannum et volo esse absque peccato bonorum illorum. Item mandat rex, quod, si viri estis, ipsis reddite, quod vobis fecerunt, et vicem rependite, vt bene potestis. Nos igitur respondimus: Denn et magnum

Digitized by Google

regem rogare volumus, vt Nogardenses moneat tantam iniuriam reficere, quia dominus rex hoc de iure vindicare tenetur, et bene quidem hoc facere potest ex regia maiestate. Ad euidentem huius noticiam presentem kartam nostris sigillis duximus consignandam. Datum in Tharbato, VII Kalendas Aprilis.

Nach dem Originale in der Deecke'schen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek, an welchem drei Siegel gehangen haben.

XLV.

Aufzeichnung, das Verbot betreffend, nach Nowgorod und mit den Russen Handel zu treiben. O. J. (Um 1300.)[1]

Notum sit, quod de communi consensu et consilio ciuitatum et mercatorum Nogardiam frequentancium est statutum, quod nullus omnino, cuiuscunque condicionis vel status existat, ‖ versus Nogardiam transire[2] debeat vllo modo sub pena vite, bonorum ‖ pariter et honoris.

Quicunque autem illac per alium bona sua mittit, debet ipsa bona et honorem perdidisse. Is autem, qui ea ducit, vita priuabitur atque bonis.

Preterea bona, que iam versus Nogardiam empta sunt, quiuis in ciuitatem, in qua moratur, potest ducere, et non vltra.

Nullus eciam omnino debet cum principibus, dominis terrarum, militibus, clericis et laycis, spiritualibus vel secularibus quibuscunque cum bonis Ruthenicis quibuslibet sub pena predicta mercaturam aliquam exercere.

Si insuper aliqui Rutheni ad ciuitatem aliquam seu villam forensem venerint, illi cum bonis suis integris, sicut venerunt, reuertentur, et quicunque cum eisdem Ruthenis mercaturam aliquam intra ciuitatem vel extra exercuerint, debent vitam, bona et honorem perdidisse, contradictione qualibet non obstante.

Omnia bona per excessus pretactos perdita attribuentur in Nogardia curie sancti Petri.

1) Dafür spricht die Handschrift. Ob aber das obige Verbot gerade in diese Zeit oder in eine frühere fällt, dürfte bei der häufigen Unterbrechung des Handels mit Nowgorod schwer zu entscheiden sein. Die auf der Rückseite von ungefähr gleichzeitiger Hand verzeichneten Lübecker gehören nach dem Oberstadtbuche dem Ende des 13. und dem Anfange des 14. Jahrhunderts an. (Vgl. Urk.-B. II., 395. S. 941. 1090 & 1033. S. 1041.) Da jedoch eine ähnliche Handschrift noch in den ersten Jahrzehnten des 14. Jahrhunderts sich findet, und andererseits die Aufzeichnung eine spätere Copie sein kann, so liegen die äussersten Grenzen des obigen Verbots zwischen 1268 (Urk.-B. I., 305. 315—17) oder 1277—78 (I., 388. 391. 392) und 1323—24 (II., 456. 457).

2) *ire* ist davor ausgestrichen.

Digitized by Google

Auf der Rückseite steht verzeichnet: Albertus Brote et Johannes Holt et Rotcherus de Losingen et Conradus de Danceke fideiusserunt pro Johanne Broten.

Thece socius Johannis Holt. Hermannus Lof et Krowel.

Nach einem Pergamentblatte auf der Trese.

XLVI.

Hugo von Vercelli urkundet aus der päpstlichen literarum contradictarum audientia über eine von dem Procurator der Stadt Lübeck in der beim päpstlichen Stuhle anhängig gemachten Appellation derselben abgegebene Protestation, und theilt zwei zu Gunsten der Stadt und der Schulrectoren zu St. Marien und St. Petri wider die vom Bischofe verhängten Mandate durch den Papst am 8 und 10. April erlassene Schreiben abschriftlich mit. 1301. Apr. 19.

Omnibus presentes litteras inspecturis Hugucio de Vorcellis, canonicus Brugensis, domini pape subdiaconus et capellanus ac ipsius ‖ litterarum contradictarum audiencie de eius speciali mandato officium gerens, salutem in Domino. Noueritis, quod, (cum) magister Angelus Interampnensis, procurator . . aduocati, consulum et communis ciuitatis Lubicensis ac Nicolai et Hinrici Candelatorum, rectorum scolarum sancte ‖ Marie et sancti Petri Lubicensium ecclesiarum, clericorum, pro ipsis et alijs infrascriptis impetraret litteras apostolicas infrascriptas, in nostra presencia constitutus procuratorio nomine ipsorum et pro ipsis protestatus fuit, quod ipsi et dominis suis in ipsis litteris contentis seu alicui ipsorum ad prosequendum ipsas litteras et appellacionem seu appellaciones in ipsis contentas propter instantes vacaciones, que iam indicte erant, quamuis nesciretur de certa die, et contradictionem eciam procuratorum partis aduerse et specialiter magistri Thomasij de Aquamundula, et multa alia impedimenta, que superuenerant, tempora non currant nec ipsis preiudicium aliquod generetur, cum per ipsum et dictos dominos suos non stet, quin dicte littere transeant ad bullam, ut moris est, et alias procedatur, ut de iure procedi debet, et obtulit se procuratorio nomine quo supra paratum ipsas prosequi, ita quod in appellacione seu appellacionibus in ipsis litteris contentis suo loco et tempore procedatur, prout de iure fuerat procedendum. Tenores uero dictarum litterarum apostolicarum tales sunt: Bonifacius episcopus

Digitized by Google

et cetera. Dilectis filijs .. abbati monasterii de Lunemborch Verdensis diocesis et .. preposito Raceborgensis ac .. scolastico Merseburgensis ecclesiarum salutem et cetera. Significarunt nobis .. aduocatus, consules et commune ciuitatis Lubicensis, quod olim suggesto mendaciter venerabili fratri nostro .. episcopo Lubicensi, quod ipsi aduocatus, consules et commune quasdam curtes Lubicensis ecclesie dissiparant et alias dampna grauia intulerant sibi et ecclesie prelibate, idem episcopus exarrupto, quamuis ei de hijs aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum hec non essent notoria neque nera, aduocato, consulibus et communi predictis contra justiciam ordinaria auctoritate mandauit, ut sibi et eidem ecclesie super predictis infra certum terminum satisfacere procurarent, alioquin ex tunc in eorum singulos excommunicacionis sentenciam promulgabat, ex parte uero aduocati, consulum et communis predictorum fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum sibi de predictis, que sibi suggesta fuerant, non constaret, prout nec constare poterat, cum ea non essent notoria neque uera, ut superius est expressum, prefatus episcopus contra ipsos aduocatum, consules et commune super hijs iuri stare paratos taliter processisse de iure non poterat nec debebat. Quare ab eo postularunt humiliter, ut mandatum huiusmodi, quatenus de facto processerat, reuocaret. Et quia dictus episcopus eos super hoc audire contra iusticiam recusauit, ex parte ipsorum sencienciam ex predictis indebite se grauari, fuit infra dictum terminum et tempus legitimum ad sedem apostolicam appellatum. Quo circa discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uocatis qui fuerint euocandi et auditis hinc inde et cetera facientes et cetera. Testes autem et cetera. Quod si non omnis et cetera. Datum Laterani, VI Idus Aprilis, pontificatus nostri anno septimo. Item: Bonifacius episcopus et cetera. Dilectis filijs .. abbati monasterii in Lunemborg Verdensis diocesis et .. preposito Raceborgensis ac .. scolastico Merseburgensis ecclesiarum salutem et cetera. Significarunt nobis Nicolaus et Henricus Candelatores, rectores scolarum sancte Marie et sancti Petri Lubicensium ecclesiarum, clerici, Valmarus de Atenderen, Johannes Piscis, Johannes Albus, Hinricus Vlandernare, Hinricus et Johannes dicti Prouisores, Johannes Zernetin, Cunradus de Steudal, Gerardus gla[u]diator, Clare sutor, Johannes Herink, Welkopil, Philippus de Hamberg, Johannes de Lubeke, Matheus de Razeborg, Reinerus de Aquis, Winandus institor, Luderus corrigicida, Thidemannus de Razeborg, Johannes institor, Dhanemarus de Dizzowe, Cunradus de Wittenborg, Gise institor, Thidericus cirurgicus, Bruno Heregeld, Johannes de Limborg, Thidericus dictus Monachi niger, Wiba

Digitized by Google

Alba et Ebzaber,[1] ciues Lubicenses, quod, cum ipsi ciues ad scolas predictas ipsorum clericorum in ciuitate Lubecensi paruulos suos erudiendos in litteratura transmitterent, prout id eis de antiqua et approbata et hactenus pacifice obseruata consuetudine ciuitatis predicte licebat, venerabilis frater noster .. episcopus Lubicensis, pretendens minus ueraciter in eadem ciuitate scolas esse non posse absque ipsius et sui capituli nec non .. scolastici ecclesie Lubicensis licencia speciali, prefatos clericos et ciues auctoritate ordinaria monuit et mandauit eisdem sub pena excommunicacionis, quam ex tunc protulit in eosdem, si mandato et monicioni huiusmodi non parerent, ne ipsi ciues dictos paruulos ad alias quam ordinatas per episcopum, capitulum et scolasticum predictos scolas transmitterent, nec non ipsi clerici dictos paruulos docere quomodolibet attemptarent, propter quod ex parte dictorum clericorum et ciuium ad sedem fuit apostolicam appellatum. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uocatis qui fuerint euocandi et cetera facientes et cetera. Testes autem et cetera. Quod si non omnis et cetera. Datum Laterani, IIII Idus Aprilis, pontificatus uostri anno septimo. In cuius protestacionis testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Laterani, XIII Kalendas Maij, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno septimo.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

XLVII.

Robertus de Bursa (aus Brügge) meldet dem Rathe zu Lübeck, in welcher Weise er die Geldauszahlung an den Procurator der Stadt in Rom, Johann Felix, beschafft habe. O. J. (1299—1301.) August.

A.

Viris honestis et discretis, dilectis dominis et amicis suis, consiliarijs ciuitatis de | Lubeke. Robertus de Bursa salutem et in omnibus obsequium cum fauore. Nouerit | vestra discretio, quod argentum, quod disposueritis ad negotium magistri Johannis Felicis, | vestri procuratoris in curia Romana, nondum venit. Quare propter negotium vestrum promouendum idem argentum, cum venerit, Brugis vendidi et pecuniam inde venientem versus Romam dicto magistro Johanni, procuratori vestro, destinaui. Et dedi quamlibet mar-

1) L. Elizabet?

Digitized by Google

cam de dicto argento in Flandria ponderatam pro XLVIII solidis parnis, et magnos turonenses ad XV denarios: summa XX libre grossos. De quibus habet quidem Lombardus nomine Pippin, et est de societate dominorum Biche et Monche, de qualibet libra XII denarios paruos, quod ipse dictam pecuniam dicto magistro, vestro procuratori, presentabit. Omnissis de qualibet libra XII denarijs remanent XIX libre XII denarij grossos, quas quidam nomine Boen auenture Bartholome, in ciuitate Romana commorans, deliberabit. Et rogo vos, quatenus pecuniam, quam vobis in Jeiunio acomodaui, domino Alberto de Bardnijc deliberetis. Item dedi cuidam famulo, qui vestras litteras versus Romam duxit, XXII solidos paruos. Et in omnibus michi precipiatis. Valete. Scriptum feria quarta post Petri in introitu Agusti, et eodem tempore misimus litteras de denarijs versus Romam.

B.

Honestis viris et discretis, consulibus ciuitatis de Lubeke, Robertus de Bursa salutem et in omnibus ‖ obsequium cum salute. Noueritis me recepisse XXV marcas argenti cum dimidio fertone ‖ brugensis ponderis et de Marquardo Mildehoenet XII libras flandrenses comitis pagamenti. ‖ Et sciatis, quod denarij, quos magister Johannes Felix habere debet, adhuc non venerunt. Set propter quod michi demandastis, vt dictos denarios versus Romam expedirem, vendidi argentum et dedi quamlibet marcam pro XLVIII solidis parnis in magnis turonensibus ad XV denarios: summa XX libre grossorum turonensium. Quos denarios dedi cuidam Lombardo nomine Pippin Jakes, et est de societate domini Bitsce et Mondsce, qui dictos denarios cuidam socio suo nomine Boen auenture Bartholome in curia Romana magistro Johanni Felici, vestro procuratori, faciet presentari. Et pro hoc habent ipsi de qualibet libra XII denarios, et sic remanent XIX libre grossorum cum XII denarijs persolnende. Et littere istius expeditionis mittebantur versus Romam feria tertia post introitum Agusti. Valete. Scriptum in vigilia Assumptionis beate Marie. Et misi litteras, quas michi misistis Romam ducendas, cum noncio ville de Ardenborg versus Romam, cui dedi XXII solidos paruos pro mercede.

Nach den Originalen auf der Treve, mit den Einschnitten für das Siegelband und Resten der aufgedrückt gewesenen Siegel.

Digitized by Google

XLVIII.

Der Rath von Stralsund verkauft unter dem Vorbehalte des Wiederkaufs an seine Bürger mehrere Ländereien und Einnahmen der Stadt, um aus dem Erlöse die bei dem Rathe von Lübeck gemachten Anleihen zu bezahlen. 1301.

Acta sunt hec anno Domini MCCC primo.

Quia ciuitas Stralessundensis in ciuitate Lubeke et Rozstok granata fuerat multo et magno honere debitorum, et ne ciuitas Stralessundensis oporteret in ciuitate Lubeke perpetuos redditus erogare, decreuerunt consules de vnanimi consensu et consilio suorum discretiorum burgensium suis propriis burgensibus vendere agros ciuitatis et reditus infrascriptos, tali condicione interposita et adiecta, quod, si ciuitas eosdem agros et reditus aliquo dierum reemere voluerit et potuerit, ipsa potest reemere, prout possibile fuerit atque equum. Tunc temporis isti consilio presidebant: *(folgen die Namen der Rathmänner und ein Verzeichniss verkaufter Ländereien).*

Nach einer von Prof. Dr. Junghans aus dem Stralsunder Stadtbuche No. 1 genommenen Abschrift.

XLIX.

Der Rath von Eckernförde bezeugt dem Rathe von Lübeck, dass das Schiff, welches Eskillus der Kleine verloren und in Lübeck wiedererlangt habe, ihm selbst und keinem Andern gehöre. 1302. Mai 6.

Honestis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules et vniuersitas ciuitatis Ekernvorde honoris et obsequij, quantum possunt. Quod nauis, quam Eskillus paruus, ciuis noster, amiserat et quam in vestra ciuitate recuperauit, vere sibi pertineat, et non alij, presentibus protestamur, respectum ad nos habentes plenarium, quod, ex quo nauis eadem est ipsi presentata, vos et vestri burgenses et omnes, quorum interest aut interesse poterit, inde quiti permanebitis et liberi ac soluti. Quare pro testimonio sigillum nostrum presenti scripto duximus apponendum. Datum anno Domini MCCC secundo, Johannis ante portam Latinam.

Nach dem Originale auf der Trese, mit einem Reste des anhangenden Siegels.

Digitized by Google

L.

Rath und Bürger von Mölln ersuchen den Rath von Lübeck, die bei demselben aufbewahrten Privilegien der Stadt Mölln dem Möllner Bürger Hinrich Pren auszuliefern. 1306. Aug. 19.

Nos vniuersi consules et cines in Molne. Presencium testimonio recongnoscimus, quod, ‖ postquam domini consules Lubicenses prinilegia nostra apud eos deposita et conseruata ‖ presentauerint Hinrico Pren, ciui nostro, de eis semper quiti permanebunt et liberi ‖ ac soluti. De quo plenus ad nos debet haberi resspectus, quod presentibus protestamur. Datum Molne, anno Domini MCCCVI, feria sexta ante Bartholomei.

Nach dem Originale in der Deecke'schen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek. Das Siegel ist vom Siegelbande abgesprungen.

LI.

Heinrich II., Herr von Meklenburg und Stargard, macht dem Rathe von Lübeck Vorstellungen wegen dessen Angriffe auf das Land des Grafen Gerhard von Holstein und erbietet sich zugleich, eine Sühne mit demselben zu vermitteln, falls der Rath von Lübeck zu einer angemessenen Entschädigung bereit sei. O. J. (1306.) Dec. 28.[1]

Hinricus Dei gracia dominus Mychelburgensis et Stargardensis. Honorabilibus viris dominis consulibus in Lubeke ‖ secundum terre statum salutem. Noueritis, quod awnculorum nostrorum karissimus, dominus Gherardus Holtzacie comes, ‖ nobis cordis amaritudine conquestus est, quod ipsum manu hostili invasistis minus iuste et temere ‖ deuastando eius terram tam incendijs quam rapinis. Quod teste Deo pati non possumus, ex quo omnem causam, que vertitur inter vos et ipsum, scimus plenariter et ex toto adeo esse iustam, quod propter iniusticiam seu injuriam et violenciam, quam ei absque culpa intulistis, quod nobis satis constat et notum est, vobis inimicari nos oportet. Quod tamen inuite facimus, quia quam pluries per optime nos tractastis. Precipue

1) Das Bündniss der Stadt mit den sächsischen Herzögen und dem holsteinischen Adel gegen die Grafen von Holstein ward am 25. Nov. 1306 geschlossen (Urk.-B. II., 209). Im Anfange des nächsten Jahres ist es zu den im obigen Schreiben angedrohten Feindseligkeiten gekommen. Vgl. II., 200, welcher Brief aus Versehen 1306 datirt ist (II. Chron. Vers. p. XLIV.). In demselben Jahre 1307 aber erfolgten schon die Friedensverhandlungen unter meklenburgischer Vermittlung (II., 215—17). An das Ende des Jahres 1306 ist also auch das Schreiben Wismar's (II., 211) zu setzen.

Digitized by Google

tamen scire vos volumus, quod cum predicto comite crescere et decrescere nos oportet, quia vnanimes sumus in omnibus nostris factis. Attamen, si placeret vobis, quod aliquam emendam debitam et condignam sibi facere velletis pro injuria et violencia sibi illata, vellemus libenter toto posse ad hoc laborare, quod vos cum ipso amicabiliter vniremus. Datum Godebuz, in die Pnerorum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit einem schwachen Reste des aufgedrückt gewesenen Siegels.

LII.

Erich (Menved), König der Dänen und Slaven, fordert den Grafen Gerhard II. von Holstein auf, gegen die Lübecker in Gemässheit des durch den König vermittelten Vertrages zu verfahren, und nicht zuzugeben, dass sie bei der Durchreise durch des Grafen Land von dessen Untergebenen belästigt werden. O. J. (1307)[1]

E(ricus) Dei gracia Danorum Sclauorumque rex. Magnifico principi, genero suo karissimo, domino G(erhardo) eadem ¦ gracia comiti Holzacie illustri, sinceram in Domino dilectionem cum salute in omnium saluatore. ‖ Cum alias Ymbrie existentes inter nos et vestros fauctores et ciues Lybicenses et suos fauctores ¦ pacem firmam et concordiam stabilem duximus ordinandas, et nunc nichilominus nobis innotuit, quod homines vestri ipsos, cum per terminos dominii vestri transeunt, vbicunque poterint, impediant et infestant,[2] dilectionem vestram affectuosius rogamus. vt eosdem, quos, sicut scitis, sub nostre pacis et protectionis presidio suscepimus, per vos aut vestros non faciatis impediri, cum eisdem seruando pacis et concordie vnitatem, quia ipsorum impedimenta vel grauamina sustinere non possumus aliqualiter nec debemus. Ceterum rogauimus et nunc rogamus. vt homines aliquos versus Suuechiam per regni vestri terminos transire minime sustineretis, quamquam magnam partem hominum dictorum intelleximus iam transiuisse. Datum Nestwedis, nostro sub secreto.

In dorso: Magnifico principi, domino G(erhardo) comiti Holzacie illustri.

Nach dem Originale auf der Treve, mit einem Rest des Siegelbandes und dem aufgedrückten Secret, von welchem nur ein Stück der Umschrift erhalten ist.

1) Die erwähnten Verhandlungen in Februars fanden im Mai 1307 Statt und führten zum Vertrage vom 1. Jun. Urk.-B. II., 215—17. Erich übernahm darauf die Schutzvogtei von Lübeck am 4. Juli 1307. In diesen Monat oder bald nachher wird also die obige Urkunde fallen. Wenn in ihr Erich den Grafen seinen *genet* nennt, so muss dieser Ausdruck hier allgemein einen Verwandtschaftgrad bezeichnen, denn Gerhard II. war Erich Menved's Stiefvater, der Gemahl der Agnes von Brandenburg, Wittwe Erich Glipping's.

2) l. infestent.

Digitized by Google

LIII.

Der Rath von Lübeck ertheilt seinem Procurator Instruction über einen in den Vergleichsvorschlägen des Bischofs Burchard enthaltenen Artikel. O. J. (Vor 1308. Dec. 6.)[1]

De hostio versus ciuiterium per murum ciuitatis nostre facto, quod adnersa pars wlt obstrui post introitum infra annum, dicimus, ⌈ quod timendum est, quod vniuersitas illud obstrui minime paciatur, et quod ex eo possit pernenire nonus rancor. Insuper scitis, quod ciuitas est in illa parte desolata et ibidem possent tales latitare, qui tam eis quam nobis dampna grauia ⌈ irrogarent, si ad ipsum locum communis aditus non pateret, et propterea non debent esse in isto articulo pertinaces. Nichilominus tam in hijs quam in alijs damus vobis plenam potestatem faciendi, quod vobis videbitur expedire, quia certi sumus, quod libenter facitis melius, quam potestis. Sigillo Alexandri Hunonis vtimur in hac parte.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit einem Reste des aufgedrückten Siegels.

LIV.

Timmo Laurensson, Hauptmann des Königs von Dänemark im Lande Rostock, fragt bei dem Rathe von Lübeck an, warum dieser den wegen Zerstörung der Befestigung auf dem Priwall geschlossenen Vertrag nicht ausführe. O. J. (1307—8.)[2]

Tymmo Laurencii filius, illustris principis regis Danorum in terra Rostok capitaneus. ⌈ Aduocato ceterisque burgensibus in Lubek in omnium saluatore salutem. Nobis iam dudum ⌈ innotnit, quod placitaciones inter dominos, videlicet Magnopolensem, dominum Nicholaum de Werla ac ⌈ comitem Gerardum, placitaciones tunc inter vos diffinitiue placitatas, tenere ratas nolitis, videlicet super illo maledicto edificio, quod Priwalk dicitur, prout promissum ex parte domini mei regis et vestri placitatum fuerat inter vos et socium meum[3] atque

1) An diesem Tage ward der Vergleich mit dem Bischofe geschlossen, in welchen die obige vom Rath beanstandete Bestimmung aufgenommen ist. Urk.-B. II., 237. Urk.-B. des Bisth. II., 429.

2) Der Vertrag, auf welchen sich der Schreiber bezieht, ist der mehrgenannte vom Jahre 1307. Urk.-B. II., 217. Vgl. S. 188. In dieses Jahr oder das nächste wird also das Schreiben zu setzen sein. 1310 war dänischer Hauptmann im Lande Rostock Jacob Flæp. Schröder Papist. Meklenburg. S. 916. Schröter Beitr. zur Mekl. Geschichts-Kunde I, 1 S. 13 Anm. 42. Da dieser im November 1308 in Lübeck ist, hat er möglicher Weise schon in diesem Jahre das Amt angetreten. Vgl. Urk.-B. II., 235. 1030.

3) Dominus Kanutus. Urk.-B. II, 216.

Digitized by Google

me. Et pro quo et ob quod hoc facitis, nimium ammirantes, petimus cum instancia, vt, cur hoc destruere nolueritis et quam ob causam obmittitis et omnes placitaciones bone facte stare non poterint et cuius sit causa, nobis[1] velitis ad presens demandare, scientes pro firmissimo, quod nos ad omnia beneplacita vestra, urgente vos aliqua necessitate, ex parte domini nostri[2] regis atque propria [nos] semper promtos habebitis et paratos. Valete.

In dorso: Dominis consulibus in Lubek detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband, aber ohne Spur eines Siegels.

LV.

Aufzeichnung über eine Forderung, welche eine Anzahl Lübecker Bürger an mehrere Stralsunder und Greifswalder Bürger und Rathmänner haben. 1311. Mai 12.

Notum sit, quod honesti viri dominus Thidericus de Dorpen, Conradus Rederi, Gherewinus de Zemelow, Zlaweke de Scafroden,[3] Hynricus de rode, Johannes de Rethem, dominus[4] Johannes de Meppen, burgenses de Stralessunt; Hynricus de Ghorislaw,[5] Lambertus de Leceniz, Hynricus de Gorislaw minor,[5] Johannes de Lubeke, Johannes de Gorislaw, Bertramus de Wampen, burgenses nostri et consules,[6] et eorum veri heredes tenentur communi manu Hinrico Wrocht,[7] Hynrico de Bocholte, Michaheli de Lunden, Helmerico Papen. Radolpho de Wistraten,[8] Johanni de Wistraten,[9] Johanni Stefphani, Arnoldo Stefphani et Christiano Hudecopere et eorum veris heredibus, burgensibus in Lubeke, duo milia marcarum puri argenti signo ciuitatis Roztoc signatarum cum nongentis marcis denariorum slauicalium in festo beati Martini nunc proxime venturo[10] persoluendas. Datum anno Domini millesimo CCCXI, feria quarta ante Rogaciones. Item sancitum est, quum de predicta pecunia dominis burgensibus in Lubek medio tempore aliquid persolutum fuerit, de ea summa persolucionis predicti fidejussores manebunt liberi et soluti. Datum anno et die supradicto.[11]

Nach einem dem Greifswalder Stadtbuch (Vol. 1) entnommenen Abdrucke in Fabricius Urkunden zur Geschichte des Fürstenthums Rügen IV., 2 No. CCCCIII S. 13 fg. Ebendaselbst abgedruckt eine ähnliche Inscription (2) des Stralsunder Stadtbuches (Vol. 2) d. d. 1311, sexta feria proxima ante Ascensionem Domini (Mai 14).

1) Ist aus *michi* corrigirt. Vgl. S. 52 Anm. 3. 2) Aus *mei* corrigirt.
3) Scapruden. 2. 4) fehlt. 2. 5) Goslawe. 2. 6) fehlt. 2. 7) Wroth. 2. 8) Vistraten. 2.
9) fehlt. 2. 10) de proximo festo beati Martini ad tres annos. 2. 11) l. supradictis

Digitized by Google

LVI.

Conrad, Subprior der Predigermönche in Lübeck, und der ganze Convent machen die Seelen der zu Riga im Tumult erschlagenen Personen des Mitgenusses aller guten Werke des Convents theilhaftig. 1512. Juni 10.[1]

Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis frater Conradus subprior totusque conventus ordinis predicatorum in Lubeke salutem in omnium salvatore. Quum pium est et salubre, pro defunctis exorare, ut, si in poenis sint, Domino propitio citius absolvantur, hinc est, quod ad instanciam honorabilium virorum, consulum civitatis Lubicensis, ad preces venerabilium consulum civitatis Rigensis exortam, animas We(dekini) prepositi, H(enrici de Lubeke) canonici ecclesie Rigensis, ac quorundam honestorum famulorum, in civitate Rigensi proh dolor occisorum, ad fraternitatem nostri conventus recipimus(et) participationem eisdem omnium missarum, vigiliarum, orationum, ieiuniorum, predicationum, abstinentiarum, laborum ceterorumque bonorum, que Dominus in nostro conventu fieri dederit, concedimus tenore presentium generalem. In cuius rei testimonium sigillum nostri conventus presentibus est affixum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCXII, in vigilia Barnabe apostoli.

Nach dem in von Bunge's Liv-, Esth- und Curländ. Urk.-B. II. S. 71 No. 639 aufgenommenen Abdrucke des Originales.

LVII.

Der Rath von Rostock bekennt, von dem Rathe von Lübeck eine Anleihe von 1000 m slavischer Pfennige empfangen zu haben, und verspricht, sie am Martinitage des nächsten Jahres zurückzuzahlen. 1512. Jun. 22.[2]

Nos consules et vniuersitas burgensium ciuitatis Roztoc. Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis presencia visuris [et] audituris, amicos nostros, dominos consules Lubicenses, mille marcas denariorum slauicalium nobis taliter mutuasse, quod a proximo festo sancti Martini vltra annum eis ipsos denarios sine protractione finaliter ad eorum beneplacitum soluere debeamus. Et quoniam hec pecunia totaliter ad generales vsus et profectus nostre ciuitatis et maxime in varios sumptus magne gwerre, qua

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II, 301. — Vgl. von Bunge Liv-, Esth- und Curländ. Urk.-B. II. Reg. 712. 714. S. 18. 736. 779. 780.

2) Urk.-B. II., 303.

Digitized by Google

presenti tempore nostra grauatur ciuitas, est conuersa, recongnoscimus nos, burgenses nostros ac ciuitatem nostram ad ipsius pecunie persolucionem finaliter obligatos. Quare pro testimonio sigillum ipsius ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum Roztoc, anno Domini MCCC duodecimo, quinta feria ante festum Natiuitatis Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Treve. Das Siegel ist vom Siegelbande abgesprungen.

LVIII.

Gerhard IV., Graf von Holstein und Stormarn, verwendet sich bei dem Rathe von Lübeck dafür, dass dem Johann von Langensten jetzt, da seine Frau gestorben sei, die Erlaubniss zur Rückkehr in die Stadt gegeben werde. O. J. (Spätestens 1313.)[1]

Gherardus Dei gratia comes Holtzatie et Stormarie. Honorabilibus ac discretis viris, dominis consulibus ‖ ciuitatis Lubicensis, dilectionis et promocionis multitudinem cum salute. Ampliori studio quo ‖ sufficimus vestre discrecionis eleganciam deprecamur, cupientes nichilominus exaudiri, quatenus, cum ‖ vxor Johannis de Langhensten, prout nobis verius innotuit, viam vniuerse carnis est ingressa, Dei intuitu nostrarumque peticionum ob respectum eiusdem Johannis dignemini piissime misereri, indultis sibi omnibus excessibus, vestre gratie in facie quos dinoscitur temere perpetrasse, ipsum premissum vestram in ciuitatem gratiose et benigniter recipientes. In quo nobis ostenditis dilectionem singularem apud vos et vestros iugiter promerendam. Vestrum exauditiuum rescriptum nobis fieri petimus super isto. Datum Kyl, nostro sub secreto.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den Einschnitten für das Siegelband und einem Reste des den Brief schliessenden Secrets, welches dem an Urk.-B. II., 312, 313 und 321 hangenden ähnlich zu sein scheint.

LIX.

Johann Muggesfelde verkauft der Adelheid, Wittwe des Albert Witte, acht Mark jährlicher Einkünfte aus zwei Hufen in Breitenfelde auf Wiederkauf binnen einem Jahre. 1314. Nov. 22.

In nomine Domini amen. Nouerint tam presentes quam posteri, quod ego Johannes Mugszvelt cum consensu filij mei Dethleui et fratrum ‖ meorum vendidi

1) Die Handschrift gehört dem Anfange des Jahrhunderts an. Gerhard IV. starb 1313.

Digitized by Google

rite et rationabiliter domine Alheydi, relicte Alberti Albi bone memorie, et suis heredibus veris redditus octo marcarum | in duobus mansis jacentibus in villa Bredenuelde cum omni iure et prouentibus et seruicio, sicut hactenus possedi, ita prefate domine Alheydi et | suis successoribus perpetuis temporibus durando, cum homine meo dicto Hinrico Swager, qui ipsos mansos colit, in quo et super quem nullum ius amplius habebo et mei successores. Resigno abrenunciando eciam omni iuri potestati precepto, quod ad me spectabat, ab eo michil vlterius exigendo. Pro quo idem[1] domina Alheydis michi octoginta marcas denariorum dedit et nunc completo exsoluit. Porro, cum antedicta domina Alheydis multum honeste mecum procedat, dat michi et meis reemendi prefatos mansos pro eisdem denarijs in proximo Martini nunc venturo vltra vnum annum liberam facultatem, et tunc census illius vltimi anni ad me diuolnetur. Si vero tunc non reemero, sepedicta domina Alheydis et successores eius de herede in heredem, aut vendiderint vel commutauerint seu ad cultum Dei ampliandum dederint, temporibus perpetuis obtinebunt. Ut autem ista emptio firma permaneat, ego Johannes Mugszvelt, filius meus Dethlevus et fratres mei Tymmo et Emeko cum Heynekone Scarpenbergh et Makone de Zule promisimus coniuncta manu prememorate domine Alheydi, Alberto clerico, Marquardo Barun, Johanni Wigeschen, Heynikino Hornman, Hermanno Dusekop, Dannemanno taliter, quod, si aliqua impeticio fuerit facta in huiusmodi bonis, a quibuscunque disbrigabimus, vel si dampnum illatum fuerit ipsis nostri causa, refundemus, aut intrabimus Molne, non inde exituri, nisi de omnibus obiectis et illatis ipsis fuerit plenarie satisfactum. Quod per apposicionem nostrorum sigillorum duximus protestandum. Datum Molne, anno Domini MCCCXIV, in vigilia Clementis pape.

In dorso von einer Hand des 15. Jahrhunderts: Prima. — Desse breeff holt jnne van VIII marcken renthe in twen honen landes, belegen in deme velt marckede Bredeuelde, vnde behort to ener vicarie to Molne. — 1345.[2] — No. 15.

Nach dem Originale auf der Trese, mit fünf anhangenden Siegeln des Heineke Scharpenberg, Timmo, Johann, Emeke Muggesfelde und Marquard Zule. Mehr Siegel haben nicht angehangen

1) l. eadem 2) Verlesen aus 1314 (XLV statt XIV).

Digitized by Google

LX.

Die Ritter Heinrich und Johann Both urkunden über den Verkauf von 7½ Hufen in Kalkhorst an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck für 500 mk lübischer Pfennige unter Vorbehalt eines zehnjährigen Rückkaufsrechtes. 1314. Dec. 17.[1]

In Dei nomine amen. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hinricus et Johannes milites dicti Bôth salutem in Domino sempiternam. Acta modernorum ideirco prinilegijs roborantur, ne, ut quandoque fieri solet, a posteris maliciose valeant irritari. Notum igitur esse volumus vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos ex proprio arbitrio et nostrorum amicorum beneplacito et consensu rite vendidimus dominabus, abbatisse et conuentui sanctimonialium monasterij beati Johannis ewangeliste ciuitatis Lubicensis, ad vsus earum et ipsius monasterij septem mansos et dimidium[2] in villa Kallichorst sitos pro trecentis[3] marcis denariorum lubicensis monete cum omnibus judicijs, maximis et minimis, et plane cum omnibus redditibus et vtilitatibus inde prouenientibus, maioribus et minoribus,[4] in eisdem terminis, ut nunc iacent, et generaliter in omni jure et libertate, sicut ipsi mansi nobis competunt in presenti, et sicut vtilitati nostre competere possent temporibus successiuis. Pro quibus bonis et mansis nobis trecentas[5] marcas denariorum lubicensis monete integraliter persoluerunt. Hijs quidem omnibus sic translatis, dicte domine, abbatissa et conuentus prefati monasterij, et earum prouisores nobis plenariam contulerunt facultatem, quod infra decem annos continue subsequentes ipsos mansos reemere possimus pro trecentis[3] marcis dicte monete, et tunc reempcionis[6] pecuniam intra ciuitatem Lubicensem circa festum Michaelis persoluemus in nostris laboribus et expensis. Quam reempcionem si forsan infra dictos decem annos continue subsequentes[7] non fecerimus et ipsam sic distulerimus, quod ipsi decem anni computandi plene fuerint euoluti, extunc ipsos mansos de cetero reemere non valemus, sed tunc ipsum monasterium et eius persone successiue ipsos proprie, pront nos possederamus, libere et quiete in perpetuum in ecclesiastica libertate possidebunt. Preterea si aliquis nostrorum successorum siue propinquorum, uel qualiscunque

1) Urk.-B. II. S. 291. Anm. 1. Vgl. unten S. 58. Anm. 10.
2) quinque mansos integros. No. 61. 3) ducentis. 61. 4) minimis. 61 5) ducentas 61.
6) ipsius reempcionis. 61. 7) sequentes 61.

Digitized by Google

fuerit, ipsis memoratis sanctimonialibus beati Johannis ewangeliste in ipsis mansis, exceptis gwerris terre generalibus dominis terrarum specialiter attingentibus, aliqua impedimenta siue dampna inferret, pro quibus statim sibi cognitis Otto et Dethleuus dicti de Boewolde[1] et Dethleuus Parkentyn milites sub fide sua ciuitatem Lubeke vna nobiscum intrabunt, non exituri, antequam pro cunctis impedimentis et dampnis in maximis et minimis sepedictis sanctimonialibus[2] rite et racionabiliter cum efficacia per nos et milites suprascriptos fuerit satisfactum, (*nec eciam predictam ciuitatem Lubeke egressuri, donec liberam facultatem possidendi duos mansos cum dimidio eisdem monialibus ab honorabili domino Magnopolensi confirmatam et sigillatam, sicuti de quinque mansis prehabitis promoueramus, ad suam fidelimmque suorum presentauerimus voluntatem.*)[3] Insuper, si aliquis ex iam dictis fideiussoribus, quod absit, moreretur, alius ydoneus sui loco statim debet et sufficiens interponi. Testes sumus nos huius rei, (*videlicet Hinricus et Johannes dicti Bôth,*)[3] cum amicis nostris suprascriptis (*Ottone et Dethleuo dictis Both, nec non et Dethleuo Parkentyn militibus,*)[3] ac[4] vna nobiscum testes sunt Aluinus Grope et Hermannus Mornewech, consules Lubicenses,[5] et quamplures clerici et laici fidedigni. Vt autem hec[6] stabilia perseuerent, nos sigillis nostris presencia roboramus,[7] necnon milites sepedicti eciam suis sigillis pro testimonio presencia firmauerunt. Datum Lubeke, anno Domini MCCCXIIII, (feria tercia)[8] ante festum beati Thome apostoli, videlicet XV[9] Kalendas Decembris.[10]

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 77a.

LXI.

Die Ritter Heinrich und Johann Both urkunden über den Verkauf von 3 Hufen in Kalkhorst an das St. Johannis-Kloster in Lübeck für 500 Mark lübischer Pfennige unter Vorbehalt eines zehnjährigen Rückkaufsrechtes. 1314. Dec. 17.

(Ist bis auf die zu No. 60 angegebenen Abweichungen jener Verkaufsurkunde völlig gleichlautend.)

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 78a.

1) Otto de Boewolde. 61. 2) monialibus. 61. 3) (*fehlt in 61.*) 4) et. 61. 5) ciues in Lubeke. 61. 6) fehlt in 61. 7) fecimus roborari. 61. 8) So in 61. 9) quinto decimo. 61.
10) Die letztere Datirung scheint auf einem ähnlichen Versehen zu beruhen, wie es Urk.-B. II. S. 1084 Sp. 1 (zu I. S. 255) angeführt ist.

Digitized by Google

LXII.

Waldemar, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, erklärt sich durch die von dem Boten der Stadt Lübeck ihm überbrachten Entschuldigungen befriedigt und versichert die Stadt seiner fortdauernd freundschaftlichen Gesinnung O. J. (1315?)[1] Mai 4.

Woldemarus Dei gracia Brand(enburgensis) et Lusacie marchio. Prudentibus et famosis consulibus ciuitatis ‖ Lubicensis salutem cum omni desiderio promouendi. Etsi interdum rerum veritas ‖ nubilosas paciatur admixtiones, nichilominus tamen ipsa radice firmitatis bona veridi|corum exposicione elucessit (!). Vnde et nos, audientes relacionem lectoris, vestri nunctij, prouidi viri, cum bona excusacione, voluntatis vestre intencionem simpliciter nouimus esse veram et fidelem, neque vllam male presumpcionis indignacionem vltro contra vos feremus corde nostro, volentes eciam ammodo, sicut ante, personas ciuitatis vestre promocione nostra tueri studiosa et profectus et honores ciuitatis omniquaque ampliare. Domino lectori, nunctio vestro, eciam super voluntate nostra vestre fidelitati exponenda detis fidem. Datum Nawen, sub secreto, IIII° Nonas Maij.

In dorso: Dilectis consulibus in Lubeke et prudentibus detur littera.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

LXIII.

Die Ritter Heinrich und Johann Both urkunden über den Verkauf von fünf Vollhufen in Ramkendorf an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck, unter Vorbehalt eines zehnjährigen Rückkaufsrechtes. 1316 Mai 25.

(Gleichlautend mit Urk.-B. II., 339. Abweichungen:) S. 291 Z. 8 der Urk. quinque mansos. *Z. 8. 17.* ducentis marcis. *Z. 12.* competere possent.[2] *Z. 15.* ducentas. *Z. 18.* bonis dictis. *Z. 20.* Penthecosten[3] persoluemus[2] in

1) Vielleicht fällt das Schreiben in dieses Jahr, in welchem der Krieg zwischen König Erich von Dänemark und dem Markgrafen Waldemar ausbrach. Vgl. Detmar I. S. 204. Doch kann es auch früher, seit 1308, von welchem Jahre an die Stadt dem Markgrafen die Reichsgefälle zahlte, oder später bis zu Waldemar's Tode (1319, Aug. 14.) ausgestellt sein. Urk.-B. II., 231 u. a. 362.

2) Die im Abdrucke von II., 339 ergänzten Worte fehlen auch in der Abschrift des älteren Copiarius.

3) So muss auch II., 339 nach dem älteren Copiarius beibehalten werden. Vgl. II., 346, wo der ältere Copiarius gleichfalls Penthecosten hat.

Digitized by Google

nostris. *Z. 22 fg.* computandi plene. *S. 292 Z. 1.* dominis.[1] *Z 6 fg.* aliquis ex iam.[2] *Z. 9.* Parkentinus Holste.[1]

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 71b sq.

LXIV.

Notariatsinstrument in Sachen der Stadt Lübeck gegen Bischof und Capitel daselbst, betreffend die Versiegelung und Uebergabe sämmtlicher Acten des Processes an den Procurator der Stadt Lübeck Wilhelm von Bardewik, damit er solche Namens beider Parteien in dem Kloster der Dominikaner oder der Franziskaner in Cöln deponire. 1317. Jun. 1. u. 2.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo septimodecimo, indictione XV, die primo mensis Junij, pontificatus sanctissimi patris, domini Johannis pape XXII., anno primo. Cum causa, que dudum inter venerabilem patrem .. episcopum et capitulum ecclesie Lubicensis ex una parte, et .. aduocatum, consules, ciues et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis ex altera super diuersis articulis pertebatur, sub certa forma primo bone memorie domino Riccardo, sancti Eustachij diacono cardinali, et deinde sibi et reuerendo patri domino Berengario, episcopo Tusculanensi, sancte Romane ecclesie cardinali, ac postea solum ipsi domino episcopo Tusculanensi per sedem apostolicam commissa fuisset, et tam coram eis quam coram eorum auditoribus apud sedem ipsam diuersis temporibus quamplures processus habiti extitissent, et postmodum super ipsa causa inter partes ipsas concordia et amicabilis compositio extiterit subsecuta, demum hac die, in presencia mei Mathei de Pontecurno, publici apostolica et imperiali auctoritate notarij dictique domini cardinalis, episcopi Tusculanensis, scribe, et testium infrascriptorum, venerabilibus et discretis viris, domino Johanne Bule, canonico et thesaurario dicte ecclesie Lubicensis, procuratore et procuratorio nomine dictorum episcopi et capituli, ex una parte, et domino Willelmo de Bardewic, procuratore et procuratorio nomine aduocati, consulum, ciuium et vniuersitatis predictorum, ex altera, coram venerabili patre, domino Raymundo, abbate monasterij sancti Tiberij, auditore dicti domini cardinalis episcopi Tusculanensis, constitutis, et ostensis ibidem quibusdam actis, registris et ali-

1) So auch II., 339 im älteren Copiarius.

2) Die im Abdrucke von II., 339 durch Klammern ausgeschiedenen Worte fehlen im älteren Copiarius und sind vom Abschreiber, der den jüngeren anfertigte, aus einem an den Rand geschriebenen Summarium missverständlich in den Text genommen.

Digitized by Google

quibus attestationibus et rubricis ac scripturis cause predicte in diuersis uoluminibus contentis ac pluribus cedulis ad causam pertinentibus prelibatam et uno publico instrumento et quadam littera quodam sigillo pendenti sigillata et cedulis alijs et duobus liberculis seu memorialibus, de quibus omnibus distinctio et designatio particulariter, prout apparebit, inferius et iuxta modum subscriptum subsequetur, que quidem fuerant et erant apud me notarium prelibatum: dicti procuratores, quilibet eorum uidelicet pro sua parte, sponte et uoluntarie concordauerunt, consenserunt et uoluerunt, quod predicta omnia includerentur in quodam sacculo de simplici tela sub sigillo dicti domini cardinalis episcopi Tusculanensis, ipseque sacculus taliter sigillatus immitteretur et includeretur in quodam alio sacculo seu bursa de pelle seu corio nigro ibidem existenti, ipsaque bursa seu sacculus de corio eciam clauderetur et sigillaretur exterius cum eodem sigillo, dictaque omnia, postquam taliter inclusa et sigillata essent, traderentur et assignarentur eidem domino Guillelmo de Bardewic, procuratori predicto, per eum deferenda ad ciuitatem Coloniensem et ibidem deponenda in loco fratrum predicatorum aut in loco fratrum minorum Coloniensium, ita uidelicet, quod predicta taliter inclusa non aperirentur nec frangerentur dicta sigilla nec de illo ipsorum locorum, in quo deposita fuerint, remouerentur sine uoluntate utriusque partium earundem. Hoc tamen actum extitit inter procuratores predictos, quod, si, postquam ibi, ut premissum est, deposita fuerint, de utriusque partium predictarum uoluntate processerit, quod ad locum alium deferantur, possint predicta ad huiusmodi locum alium deferri, prout de utriusque ipsarum partium fuerit uoluntate. Acta uero, registra, uolumina, scripture, attestationes, rubrice et liberculi seu memorialia et instrumentum publicum et littera inferius designantur.[1]

In primis: quoddam uolumen actorum contentum in trecentis et triginta tribus folijs seu pecijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo primo, indictione XIIII. die Veneris XVII Nouembris, pontificatus sanctissimi patris, domini Bonifacij diuina prouidencia pape VIII., anno septimo, Rome apud sanctum Basilium, presentibus magistro Cristoforo, canonico Panormitano, et ser Caccia de Zacharijs de Imola, capellanis infrascripti domini cardinalis, reuerendus pater et dominus, dominus Ricciardus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, mandauit

1) Die bei jedem Actenstücke gemachten Absätze, welche zur Uebersichtlichkeit des Documents beitragen werden, finden sich im Originale nicht.

Digitized by Google

michi Gerardo de Rastellis de Imola, notario suo infrascripto, quod scriberem et in actis redigerem, quod hodie in consistorio publico sanctissimus pater et dominus, dominus Bonifacius diuina prouidencia papa VIII., commisit sibi oraculo uine uocis, ut causam seu causas, que uertuntur inter venerabilem patrem .. episcopum et capitulum Lubicense ex una parte, et consules ac ciues Lubicenses etc. Et finit: et pluribus alijs testibus.

Item aliud uolumen actorum contentum in decem folijs seu pecijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo secundo, indictione XV^a., die Veneris duodecimo Januarij, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno octauo, Rome, comparentibus in judicio coram reuerendo patre et domino, domino Ricciardo sancti Eustachii diacono cardinali etc. Et finit: vt causam appellationis huiusmodi audiret.

Item aliud uolumen actorum contentum in duodecim folijs seu pecijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo CCCXII, indictione X, die octaua mensis Marcij, pontificatus sanctissimi patris, domini Clementis pape V^ti, anno octauo, reuerendus vir etc. Et finit: esse non possunt.

Item aliud uolumen scripturarum pertinencium ad dictam causam contentum in quatuor folijs seu pecijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: Gherardus Dei gracia etc. Et finit in penultima pecia: Datum Lubeke, anno Domini millesimo CCCVIII, in crastino beati Nicolai confessoris atque pontificis. In ultima uero pecia ipsius uoluminis sunt quedam linee scripture non pertinentis ad dictam causam, que incipiunt Die Martis. Et finiunt: Albiensis.

Item aliud uolumen actorum contentum in octuaginta duabus pecijs seu folijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione X^a, die sextodecimo mensis Septembris, pontificatus domini Clementis pape V^ti. anno septimo, reuerendi patres domini Berengarius, Dei gracia episcopus Tusculanensis, et Riccardus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, mandauerunt michi Matheo de Pontecuruo etc. Et finit: quod dictis interrogationibus debeat responderi.

Item unum uolumen attestacionum contentum in triginta duabus pecijs seu folijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: Die Martis vicesimo Martij Syffridus etc. Et finit: testem producenti.

Digitized by Google

Item aliud uolumen attestacionum contentum in viginti quatuor pecijs seu folijs de papiro, quod incipit: quod de hijs, que dixit etc. Et finit: supradictis.

Item aliud uolumen attestacionum contentum in centum et duabus pecijs seu folijs papiri scriptis et non scriptis, quod incipit: In nomine Domini amen. Macuardus etc. Et finit: facta fuerunt.

Item unum uolumen rubricarum contentum in quinquaginta octo folijs seu pecijs de papiro scriptis et non scriptis, quod incipit: Rubrice none, super quibus est concordatum in causa Lubicensi. In nomine Domine amen. XIII articulis etc. Et finit: ciuitate et diocesi.

Item unus liberculus seu memoriale cohopertus quodam cohopertorio de simplici pargameno, qui incipit in primo folio: Memoriale Gerardi etc. In terno uero folio incipit: millesimo CCCII etc. Et finit: peremptorie asserit.

Item aliud memoriale seu liberculus cohopertus quodam copertorio rubro, qui incipit in primo folio: Deus, in nomine tuo saluum me fac. In secundo uero folio in margine scriptum erat: Memoriale Donati, et post in testu (!) sequitur: In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinto. Et finit in ultimo folio: Item habuit idem episcopus I pecus.

Item quoddam instrumentum publicum, quod incipit: In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCLXXXXVIIII, indictione XII[a], mensis Aprilis die XVIII. Et finit: meoque consueto signo signaui.

Item quedam littera patens quodam sigillo pendenti sigillata, que incipit: Gherardus Dei gracia abbas de Doberan etc. Et finit: sub anno Domini millesimo CCCVIII.

Item erant ibi quamplures cedule seu pecie et frust[r]a de papiro, quorum aliqua erant fracta et aliqua sana, in quibus alique scripture continebantur, prout ex ipsarum inspectione apparebat.

Acta fuerunt hec Aninione, in camera supradicti abbatis monasterii sancti Tiberij, presentibus fratre Ermengando de Monte Arbedone, monacho ipsius monasterii, et Guillelmo Riccardi, familiari ipsius domini abbatis, ac Johanne Nicolai de Pontecuruo, clerico, testibus ad hoc uocatis et rogatis.

[1]Item anno natiuitatis Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, indictione XV, die secundo predicti mensis Junij, pontificatus dicti domini

1) Absatz im Originale.

Digitized by Google

Johannis pape XXII. anno primo, prelibatus reuerendus pater dominus Berengarius, episcopus Tusculanensis, mandauit venerabili patri domino fratri Petro, episcopo Ciuitatis Noue, sigillifero suo, quod acta, registra et alia predicta inclusa sigillaret sigillo ipsius domini Tusculanensis iuxta modum predictum, ac mandauit michi predicto Matheo de Pontecuruo, notario suo, quod illa traderem prefato domino Willelmo de Bardewic, per eum iuxta modum predictum defereuda et eciam deponenda. Actum Auinione, in camera ipsius domini cardinalis episcopi Tusculanensis, presentibus venerabili patre domino Raymundo, abbate monasterij sancti Tiberij Agathensis diocesis, et venerabilibus et discretis viris dominis Guillelmo Reuelli, preposito Albiensi, et Johanne de sancto Guillelmo, auditore, et magistro Michaele Sanctij, capellano ipsius domini cardinalis, testibus ad hoc uocatis et rogatis.

Et ego Matheus de Pontecuruo, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et nunc dicti domini cardinalis episcopi Tusculanensis scriba, omnibus predictis, prout superius scripta sunt, interfui eaque scripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto signaui rogatus.

Nach dem mit dem Notariatszeichen versehenen Originaldocument auf der Trese.

LXV.

Heinrich II., Herr von Meklenburg und Stargard, urkundet über den mit seiner landesherrlichen Einwilligung geschehenen Verkauf und die Auflassung von 11 Hufen sammt der Precarie in denselben in Timmendorf auf Pöl abseiten der Ritter Helmold von Plesse, Gottschalk und Berthold Gebrüder Pren, Vicko von Strahlendorf und Heineke, Sohnes des weiland Ritters Heino von Strahlendorf, an die Lübeckischen Bürger Hermann, Conrad und Johann Clendenst. 1520. März 30.

(Gleichlautend mit Urk.-B. II. No. 587, doch mit den durch die der obigen entsprechende Urkunde Ebd. No. 588 gebotenen Abänderungen und einigen unwesentlicheren Abweichungen, wie folgt:) S. 536 Z. 1 d. Urk. et Stargardensis. *Z. 10 fg.* pro quadringentis et quinquaginta marcis den. lub. *Z. 15.* vndecim mansos, quorum quilibet, solnit *u. s. w. bis* pullum, *wie in No. 538.*[1] *Dann heisst es weiter*: Preterea veudiderunt eisdem emptoribus. *Z. 5 fg. v. u.* pro ducentis et sexaginta quatuor marcis.[2] *S. 537 Z. 5.* quia sic.[3] *Z. 7.* an(n)uales.[3] *Z. 16 fg.* nostros heredes ac successores. *Z. 22* fiet generalis.[4]

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 59b. sqq.

1) Cop. hat in der obigen Urkunde und in No. 388 S. 338 Z. 2. v. u.: pisarum.
2) So muss auch in No. 388 geändert werden. 3) hat Cop. auch in No. 387. 4) Cop. hat in No. 387: fieret.

Digitized by Google

LXVI.

Der Rath von Gadebusch ersucht den Rath von Lübeck um sicheres Geleit auf vierzehn Tage für Henneke Stover. O. J. (1320.) Mai 9.[1]

Honorabilibus et prudentibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, consules | in Godebutz obsequiosam in omnibus voluntatem. Honorandam vestram discrecionem | petimus prece multiformi, quod amore nostri seruicij Hennekino Stouer, quondam nostri | burgensis filio, conductum securitatis condonetis, ita quod, cum intrauerit vestram ciuitatem, [quod] protunc fruatur libero ducatu ad quindenam. Quod volumus vtique remereri. Datum in crastino Ascensionis Domini, nostro sub secreto.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen

LXVII.

Marquard Wulf schreibt an den Rath von Lübeck wegen der in Beziehung auf ein von ihm gekauftes Streitross von Söldnern der Stadt geübten Gewaltthätigkeit. O. J (Anfang des 14. Jahrhunderts.)[2]

Discretis et honorabilibus viris, consulibus ciuitatis Lubicensis, Marquardus dictus Wulf, quantum | potest seruicij et honoris. Noueritis, quod quidam famuli, dicti Luderus de Berghe et | Ribeke, spoliant vestros burgenses sub occasione vnius dextrarij, quem pater meus | et ego accepimus in domo vestri ciuis dicti Rovere. Molestum est michi et rogo, quatinus ipsis supradictis famulis singnificare voluerit, quod ille dextrarius, quando voluerit, debet a me reduci in domum, vbi accepimus, et ipsi secundum iurisdictionem vestre ciuitatis optineant et acquirant, vel ego et pater meus, si noluerint, nos volumus secundum formam vestri iuris acquirere et discuttere, et si voluerint spolium committere et si consweti sunt, non occasione huius hoc facere debent, quia, quicquid est iuris secundum quod dixeritis, hoc faciam. Rogo ergo instanter, quatinus Conradum, vestrum aduocatum, non habeatis suspectum de hac causa et famulo meo Clempowe, vsque dum pater meus domi venerit, inducias erogetis, quod hoc tenear specialiter desernire.

In dorso: Honorabilibus viris, consulibus ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Originale auf der Trese mit Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels, welches den Brief schloss.

---

1) Nach einer Bestimmung des Archivraths Dr. Lisch in Schwerin.
2) Urk.-B. II., 401.

Digitized by Google

LXVIII.

Robert I. (Bruce), König von Schottland, verheisst den Lübeckischen und den übrigen Deutschen Kaufleuten Freiheit und Sicherheit des Verkehrs in seinem Reiche. 1321. Apr. 22.[1]

Robertus Dei gracia rex Scottorum. Consulibus et burgimagistris ciuitatis Lubicensis, amicis nostris karissimis, salutem. Ad nostram noticiam iam peruenit, quod mercatores ciuitatis vestre et mercatores ciuitatum Almannie aliunde cum mercimonijs suis regnum nostrum cupiunt frequentare, dummodo per nos et incolas regni nostri pacifice et curialiter admittantur. Quocirca tam vobis quam aliarum mercatoribus ciuitatum Almannie tenore presencium volumus esse notum, quod omnibus et singulis mercatoribus supradictis regnum nostrum frequentare volentibus per nos et nostros exhiberi volumus graciam et fauorem et omnes consuetudines ac libertates, quibus mercatores Almannie vsi sunt temporibus predecessorum nostrorum, regum Scocie, gratanter eis volumus obseruari. Datum apud Berewicum super Twedam, XXII die Aprilis, anno regni nostri sextodecimo.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhängendem zur gröseren Hälfte erhaltenen Siegel.

LXIX.

Die Ritter Johann von Kiel und Marquard von Godendorp verkaufen dem Lübecker Bürger Eberhard Campsor die Hälfte des Dorfes Krumbek, mit Vorbehalt des Rückkaufsrechts innerhalb vier Jahre. 1321. Jun. 16.[2]

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes de Kylone et Marquardus de Godendorpe, milites, salutem in Domino. Ad universorum noticiam presentibus volumus pervenire, quod nos cum consensu heredum et proximorum nostrorum ac omnium, quorum consensu debuimus, vendidimus rite et racionabiliter honesto viro Everhardo Campsori, burgensi Lubicensi, et suis veris heredibus pro centum et duabus marcis lubicensium denariorum nobis omnimode persolutis medietatem ville Crumbeke, que ad me Johannem de Kylone, prevocatum militem, pertinebat. cum pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarum-

1) Der Aussteller kann nach Handschrift und Form des Siegels nur Robert Bruce sein.
2) Als Regeste angeführt Urk.-B. II, 418, 1. Vgl. Ebd. S. 1088 Sp. 1.

Digitized by Google

que decursibus, lignis, rubetis et omnibus attinentiis et terminorum distinctionibus, ut nunc jacent et nobis hactenus pertinuerunt, cum omni jure, judicio majori et minori, cum omnibus fructibus inde derivantibus, et plane cum omni libertate et commoditate et conditionibus singulis, sicut hiis hactenus usi sumus, sic libere perfruentur nec inde debent alicui ad servicia vel ad exactiones violentas aliquas obligari. Preterea si, quod absit, inter dominum nostrum, dominum Gerhardum comitem Holtzacie, seu quoscunque alios sublimes vel humiles ex una parte, et civitatem et burgenses Lubicenses vel quoscunque alios ex altera gwerra vel dissensio fuerit exorta, vel si inhibitio facta fuerit, ne annona seu res alie qualescunque educantur, hiis et quibuscunque exceptionibus aliis non obstantibus, hiis bonis uti debent libere et pacifice, et quicquid eis inde derivav(er)it, duci facient, ubi eis videbitur oportunum. Est autem nobis data auctoritas, quod ipsa bona a festo Pasche proxime preterito infra quatuor annos immediatos reemere valeamus, quandocunque in dicto festo voluerimus, pro centum et duabus marcis denariorum Lubicensium, ipsis nunc[1] civitatem Lubeke persolvendis. Quod si non fecerimus, nobis nulla postea reemptionis patebit facultas, sed ad ipsum Everhardum et suos heredes dicta bona pertinebunt cum omni proprietate, sic quod ea in personas ecclesiasticas vel seculares donatione, venditione, vel quacunque alienatione voluerint, transferre valeant, ubi et quando eis fuerit oportunum. Supra premissis firmiter servandis una nobiscum data fide promiserunt Dhetlews de Bocwolde, Marquardus de Westense, Dhetlews de Wensinen, Benedictus de Alvelde, Parkentyn Holtzatus milites, et Marquardus de Priscendorpe famulus, ut, si dictus Everhardus aut sui heredes aliquod in hiis obstaculum aut impedimentum habuerint, respondere et satisfacere debeamus, vel Lubeke infra quindenam, postquam requiremur, intrare tenebimur ad jacendum, non exituri, nisi eis sit in omnibus satisfactum. Si eciam aliquem ex compromissoribus nostris mori contingat, infra quindenam loco ejus statuemus virum alium eque dignum, vel ibidem intrabimus ad jacendum, non exituri, nisi loco ejus alius sit statutus. Ut autem premissa inviolabiliter observentur, presens scriptum nostris et compromissorum nostrorum sigillis duximus muniendum. Datum anno Domini MCCCXX primo, in crastino Viti et Modesti martirum beatorum.

Nach einer Abschrift in Dreyer's Diplomatarium Lubecense, auf der Registratur.

1) l. intra

Digitized by Google

LXX.

Gerhard III., Graf von Holstein, bestätigt den Verkauf des halben Dorfes Krumbek. 1321. Jun. 16.[1]

Gerhardus Dei gratia comes Holtzacie et Stormarie ac in Scowenborgh. Omnibus presencia visuris salutem in Domino. Protestamur presentibus, nostros vasallos, Johannem de Kylone et Marquardum de Godendorpe milites, de nostro et fidelium nostrorum beneplacito et consensu vendidisse racionabiliter honesto viro, Everhardo campsori burgensi Lubicensi, et suis heredibus veris pro centum et duabus marcis lubecensium denariorum ipsis nostris vasallis omnimode persolutis medietatem ville Crumbeke, que ad ipsum Johannem de Kylone, militem prevocatum, pertinebat, cum mansis et omnibus aliis attinenciis suis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, lignis, rubetis, terminorum distinctionibus, ut nunc jacent ipsa bona. Quibus utentur cum omni jure, judicio majori et minori, cum omnibus fructibus inde derivantibus, et plane cum omni libertate et commoditate et conditionibus singulis, prout antedictis nostris vasallis hactenus pertinebant, nec tamen inde nobis ipse Everhardus et sui heredes sequaces debent ad servicia vel ad quascunque exactiones obligari. Resignaverunt autem ipsi nostri vasalli coram nobis ipsa bona cum omnibus, ad quos resignatio spectabat, et renunciaverunt penitus juri suo, quod eis in hiis competebat, et nos ea ipsi Everhardo et suis heredibus contulimus pleno jure, ut eis utantur pacifice et quiete. Nec gwerras nec sentencias qualescunque nec eciam inhibitiones obstare volumus eisdem, quin ipsis bonis libere sic uti debeant et ducere suos proventus, ubi eis fuerit oportunum. Data est tamen ipsis nostris vasallis plena facultas, quod ipsa bona a festo Pasche proxime preterito infra quatuor annos immediatos reemere valeant, quotiescunque in dicto festo voluerint, pro centum et duabus marcis denariorum lubecensium in ipsa civitate Lubeke persolvendis. Quod si non fecerint, eis et eorum heredibus facultas reemptionis competere non valebit, sed sepedictis Everhardo et suis heredibus cum omni jure et proprietate perpetuo pertinebunt, sic quod, quemcunque[2] decreverint, ea transferre possint in personas ecclesiasticas aut seculares, qualicunque alienatione voluerint, in quo per ne-

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 418, 2. Vgl. Ebd. S. 1088 Sp. 2.
2) l. quotiescunque.

Digitized by Google

minem debent impediri. Ut autem premissa rata et stabilita permaneant, presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum Anno Domini MCCC vicesimo primo, in crastino Viti et Modesti martiris.

Nach einer Abschrift in Dreyer's Diplomatarium Lubecense, auf der Registratur.

LXXI.

Johann III., Graf von Holstein, giebt seine Einwilligung zum Verkaufe des halben Dorfes Krumbek. 1321. Jun. 16.[1]

Johannes Dei gratia domicellus comes Holtzacie et Stormarie. Omnibus presencia visuris salutem in Domino. Protestamur presentibus, Johannem de Kylone et Marquardum de Godendorpe milites vendidisse rite et racionabiliter honesto viro, Everhardo campsori burgensi Lubicensi, et suis heredibus veris pro centum marcis et duabus lubecensium denariorum ipsis omnimode persolutis medietatem ville Crumbeke, que ad ipsum Johannem de Kylone, militem prevocatum, pertinebat, cum mansis et omnibus aliis attinenciis suis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, lignis, rubetis terminorumque distinctionibus, ut nunc jacent ipsa bona. Quibus utentur cum omni jure, judicio majori et minori, cum omnibus fructibus inde derivantibus, et plane cum omni libertate et commoditate et conditionibus singulis, prout ipsis hactenus pertinebant, nec tamen inde ipse Everhardus vel sui heredes sequaces debent alicui ad servicia vel ad quascunque exactiones obligari. Resignaverunt autem ipsa bona cum omnibus, ad quos resignatio spectabat, et renunciaverunt penitus juri suo, quod eis in hiis competebat, et ipsi Everhardo et suis heredibus per Gerhardum comitem Holtzacie et Scowenborgh, nostrum patruum, collata sunt pleno jure bona prevocata, ut eis utantur pacifice et quiete. Nec gwerre nec sentencie qualescunque nec etiam inhibitiones obstare debent eisdem, quin ipsis bonis libere sic uti debeant et ducere suos proventus, ubi eis fuerit oportunum. Data est tamen ipsis Johanni et Marquardo ac ipsorum heredibus plena facultas, quod ipsa bona a festo Pasche proxime preterito infra quatuor annos immediatos reemere valeant, quotiescunque in dicto festo voluerint, pro centum et duabus marcis denario-

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 418, 3. Vgl. Ebd. S. 1088 Sp. 1.

Digitized by Google

rum lubecensium in ipsa civitate Lubecensi persolvendis. Quod si non fecerint, eis et eorum heredibus postea reemptionis facultas competere non valebit, sed sepedictis Everhardo et suis heredibus cum omni jure et proprietate perpetuo pertinebunt, sic quod, quotiescunque decreverint, et[1] transferre possint in personas ecclesiasticas aut seculares, qualicunque alienatione voluerint, in quo per neminem debent impediri. Ut autem premissa rata et stabilita permaneant, presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum Anno Domini MCCCXX primo, in crastino Viti.

Nach einer Abschrift in Dreyer's Diplomatarium Lubecense, auf der Registratur.

LXXII.

Vogt, Rath und Gemeinde von Lübeck bevollmächtigen den Magister Ditmar Schulop zur nunciatio novi operis gegen den Bischof Marquard von Ratzeburg wegen der bei Schönberg vorgenommenen Befestigungen. 1324. Sept. 27.[2]

Vniversis presencia visuris aduocatus, consules Bruno de Warendorpe, Hinricus de Plezcowe, Hermannus Mornewech, Conradus [de Atendorn, Albertus de Warendorpe, Aluinus Grope, Thidericus de Alen, Johannes de Guztrowe, Hinricus Vundengod, Hermannus de Warendorpe, Hinricus de Bocholte, Luderus Stripederok, Volmarus de Atendorn, Johannes de Hattorpe, Arnoldus Wlome, Gherardus Nydinch, Emelricus Pape, [Alexander Huno, Jordanis de Tribeses, Hermannus Clendenst, Gherardus Campsor, Hinricus de Alen, Johannes de Scepenstede, Seghebodo Pape, Gotscalcus de Warendorpe et commune ciuitatis Lubicensis salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod nos more solito, vocatis omnibus vocandis et presentibus, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt interesse, vnaniniter fecimus, constituimus et ordinauimus magistrum Ditmarum dictum Sculop nostrum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem ad nunciandum nouum opus in curia Sconenberch et suis attinenciis venerabili patri domino Mar(quardo), episcopo ecclesie Raceburgensis, et ad prestandum iuramentum de calumpnia in animas nostras, appellandum, appellacionem prosequendum, apostolos petendum et omnia et singula faciendum, que in premissis et quolibet premissorum necessaria fuerint vel oportuna, promittentes, nos gratum et ratum habituros, quicquid per dictum procuratorem nostrum actum fuerit

1) l. ea. 2) Urk.-B. II., 489 fg. 495. 497. 502. 514.

Digitized by Google

circa premissa aut aliquod premissorum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum et actum Lubeke in nostro consistorio, anno Domini MCCC vicesimo quarto, in die beatorum Cosme et Damiani martirum.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

LXXIII.

Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, Pfalzgraf am Rhein und Herzog von Baiern, sendet seine beiden Diener Funkelin und Wenzeslaus wegen seiner Hochzeit an den Rath von Lübeck. O. J. (1324.)[1] Dec. 18.

Lod(ewicus) Dei gracia Brand(enburgensis) et Lus(acie) marchio, comes Palatinus Reni et dux Bawarie, ‖ sacri imperij archicamerarius. Prudentibus viris,.. consulibus in Lubeke, sincere voluntatis affectum. Vestre fidelitati Funkelinum et Wenzezlaum, nostros seruitores ‖ cottidianos, mittimus de nostrarum celebritate nupciarum, affectantes, ipsos hilares dimitti in signum noui vobis exinde gaudij conquisiti. Datum apud Worthingeborch, sub nostro secreto, XV Kal. Januar.

In dorso: Prudentibus viris,.. consulibus in Lubeke, detur littera.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband und einer schwachen Spur des aufgedrückt gewesenen Secrets, eines kleineren, als das im J. 1340 (II, 705) gebrauchte.

LXXIV.

Bruchstück einer Instruction für die zur Erneuerung der Lübeckischen Handelsfreiheiten in Holland an den dortigen Grafen Abgesandten. O. J. (1327.)[2]

Comitis Hollandie.

Omnia premissa stabilia persenerent pro nobis et nostris successoribus et heredibus, quousque renocacio per nos et nostros heredes litteris nostris apertis facta fuerit super istis. Si vero per istos huiusmodi libertates et gracias perpetue poterimus obtinere, pro eo summe laboretis.

1) Die Vermählung Ludwigs mit Margaretha von Dänemark fand Ende Novembers 1324 zu Wordingborg Statt. Vgl. auch Urk.-B. II., 455.

2) Urk.-B. II., 485.

Digitized by Google

[1]De tunna operis XII grossos; si fieri poterit, petimus minorari.

De frusto cere IIII^{or} sterlingos, de fardello pellium dicto kyp pellium yrcorum IIII^{or} denarios sterlingorum.

Item de qualibet tunna butiri vel cepi vnum denarium sterlingorum.

De qualibet tyra pannorum de viginti pannis XI solidos.

Laborantibus de bonis naufragis saluatis detur precium racionabile et condignum.

De quibuscunque bonis, de quibus theoloneum semel est solutum, si de Flandria vel de alijs partibus reducantur, commutatis ipsis secundario theoloneum non exsoluet(ur).

Si vero aliquis morietur partibus extraneis, bona eius in custodia detineantur, quousque proximi repetant suo iure. Procuratores eius de hijs se intromittant, vel quibus per eum sit commissum.

Nach einem Pergamentstücke auf der Trese.

LXXV.

Der Rath von Wismar ersucht den Rath von Lübeck, dem holsteinischen der Stadt Wismar feindlich gesinnten Adel den Durchgang durch Lübeck und den Uebergang über die Trave nicht zu gestatten. O. J. (1328?)[2] Juni 29.

Commendabilibus et virtuosis viris, dominis consulibus in Lybeke, consules Wysmarienses cum ⸗ bona voluntate eorum fidelis obsequij continuum incrementum. Nouerit vestra honestas per presentes, multos emulos et persecutores de Holtzacia nos habere. Quare dilectionem vestram nobis ⸗ semper fidelem exhibitam humi(l)imis precibus decreuimus flagitandus (*dam*), quatinus intuitu nostri proni seruicii illos vestram ciuitatem et Trauenam transire non permittatis, vbicunque hoc (poteritis) impedire. Cum eorum congregaciones intellexeritis, petimus nobis antea demandare. Datum Wysmer, in die Petri et Pauli beatorum apostolorum, nostro sub secreto.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis consulibus in Lybeke, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel ist abgesprungen.

1) Das Folgende ist durch einen horizontalen Strich vom Vorhergehenden getrennt.
2) Vgl. Rudloff, Mecklenb. Gesch. II. S. 264.

Digitized by Google

LXXVI.

Heinrich II., Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, ersucht den Rath von Lübeck, den Kleriker Johann und den Thomas Morkerke anzuweisen, dass sie den Johann Sterneberg bei ihm, dem Herrn von Meklenburg, und nicht bei dem Thesaurarius der Hamburger Kirche, verklagen. O. J. (Vor 1329)[1]

Hinricus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus. Prouidis viris, consulibus ‖ ciuitatis Lubicensis, sincerum affectum. Intelleximus, vestros ciues, Johannem clericum et ‖ Thomam Morkerken, nostrum ciuem, Johannem Sterneberge, ad presenciam thesaurarij Hamburgensis ecclesie citasse, suis licet, ut percepimus, meritis minime exigentibus; vestram discrecionem petentes, ut vestros conciues predictos expeditos habeatis, quod ipsum coram nobis incusatum habeant, cum ipsis et omnibus alijs iuris exigenciam faciemus, et eisdem ea, que iuris fuerint, coram nobis cicius, quam apud alios impetrare poterint (!), faciemus, dictum super hoc ciuem nostrum non permittentes aggrauari.

In dorso: Viris prudentibus, consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

LXXVII.

Der Ritter Gottschalk Storm, Vogt von Gadebusch und Grevismühlen, schreibt an den Rath von Lübeck wegen Auslösung der beiden gefangenen Brüder Eberhard und Hermann Holthaze O. J. (1330.) Juli 7.[2]

Viris multum prouidis et honestis ac omni laude dignis, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, ‖ Gotscalcus Storm miles, aduocatus terrarum et ciuitatum Godebusse et Grewismolen, obsequij et amoris, ‖ quantum potest. Noverit vestra honestas multum prouida, quod duo fratres Euerhardus et Hermannus ‖ Holthaze de Rodûghelstorpe sunt captiuati et detaliati pro tredecim marcis cum quatuor solidis, que taliacio est promissa vestro conciui Hinrico Sciphorst, moranti in der Molenstraten, per Albertum Rodughel, vestrum ciuem, cerdonem, eorum fratrem. Quare vestre honestati supplico studiose, quatinus

1) Fürst Heinrich starb 1329, 21. Januar.
2) Nach einer Bestimmung des Archivraths Dr Lisch.

Digitized by Google

predictam pecuniam apud Hinricum Sciphorst dignemini arrestare apud predictum Albertum, nec ipsum pro pecunia eadem permittatis aggrauare seu molestare mei obsequii ob respectum, donec vobis loquar propria in persona. Valete, precipite michi vestro tamquam amico fideli. Scriptum Godebusse, sabbato proximo post octauam Petri et Pauli apostolorum beatorum, meo sub sigillo.

In dorso: Viris prouidis et honestis, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.

LXXVIII.

Kaiser Ludwig IV. quittirt dem Rathe zu Lübeck die von demselben an Graf Berthold von Henneberg gezahlte Reichssteuer von 600 Pfund lübeckischer Pfennige. 1331. Sept. 15.

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex *(sic)* semper augustus. Prudentibus viris,.. consulibus et vniuersis ciuibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Quia, prout nostris litteris vobis commisimus, spectabili viro, Bertholdo comiti de Hennenberch, secretario nostro dilecto, in summa sexcentarum librarum denariorum lubicensium datinorum annui census, nobis ac imperio per vos annis singulis in festo Natiuitatis beate Marie virginis soluendarum, in eodem festo anno proxime preterito nostro nomine satisfecistis et ipsas eidem pro anno presenti integraliter persoluistis: idcirco, vestre sinceritatis obedienciam commendantes vestrisque indempnitatibus saluberiter prouidere cupientes, de eisdem sexcentis libris annui census quo ad hunc annum vos quittos dicimus et solutos presencium testimonio litterarum appensione nostri sigilli regii firmatarum. In cujus rei testimonium presentes conscribi fecimus et nostri sigilli munimine iussimus communiri. Datum in Nürenberch, in crastino Exaltacionis sancte Crucis, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, regni septimo decimo nostri anno.

Nach dem in Brückner's Hennebergisches Urkundenbuch IV. 9 aufgenommenen Abdrucke des im Hennebergischen Gesammtarchive bewahrten Originales, an dem das Siegel fehlt und nur der Einschnitt vorhanden ist.

Digitized by Google

LXXIX.

Heinrich, Graf von Schwerin, dankt dem Rathe von Lübeck für den ihm gesandten Wein und meldet zugleich, dass er wegen der thätlichen Misshandlung seines Dieners durch den Schlachter Gluns nächstens seinen Notar nach Lübeck senden werde. O. J. (1326—1332.)[1]

Hinricus Dei gracia comes Zwerinensis. Honorabilibus dominis, consulibus sibi dilectis, salutem | et successus ad vota felices. Vobis pro vino nuper misso [vobis] grates damus ‖ multas. Sed ut nobis litteratorie demandastis, verum quidem est, nostrum seruum nobis ‖ pluries querulose retulisse, se a Hermanno dicto Glûns, carnifice, percussum suis meritis non exigentibus fuisse. De quo amore vestri amice volumus nostrum seruum sustinuisse, quia noster notarius, rector ecclesie in Boyceneborg, vos breuiter visitans intimius informabit. Scriptum nostro sub secreto.

In dorso: Honorabilibus dominis, consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Spuren des aufgedrückt gewesenen runden, 3¾ Centimeter grossen Siegels.

LXXX.

Der Rath von Elburg zeigt dem Rathe von Lübeck an, dass er allen seinen Bürgern auf den Wunsch des Rathes von Lübeck den Verkehr mit den Bürgern von Staveren untersagt habe. O. J. (1332.)[2]

Viris honorabilibus et omni laude dignis, dominis .. consulibus totique vniuersitati ciuitatis Lubicensis, .. scabini totaque vniuersitas de | Elborgh se et sua ad quenis eorum obsequia beninolos et paratos. Noscat vestra honestas, quod tenore litterarum nobis per vos directarum ‖ intellecto condolnimus et condolemus de discordia, que vertitur inter vos et Staurienses. Vnde ob instanciam precum vestrarum burgensibus ‖ nostris nunc temporis presentibus verbotenus iniunximus, ne se et sua rebus, personis et nauibus Stauriensium commisceant quoquo modo, absentibus vero ad Schonen et ad alia loca, in

1) Da der Schreiber des Grafen Pfarrherr zu Boizenburg ist, muss man auf Heinrich III. als Aussteller schliessen, der in den angegebenen Jahren zu Boizenburg regierte. Uebrigens fehlt es für diese durch die erste Erwähnung eines den Grafen von Schwerin gesandten Weines wichtige Urkunde an weiterem Anhalt. 2) Urk.-B. II., 541—549.

Digitized by Google

quibus ipsos fore percepimus, idipsum studebimus demandare. Valete nobis precipiendo. Vtimur secreto nostro, cuius titulus est secretum de Dorenspijt; nam olim ciuitas nostra predicta tali nomine dicebatur.

Nach dem Originale auf der Tresc, mit Resten des aufgedrückten Siegels, von welchem ein Theil der Umschrift noch erkennbar ist.

LXXXI.

Marquard von Hagen verkauft dem St. Johannis-Kloster zu Lübeck alle höheren und niederen Dienste, welche ihm bisher von den Inhabern von vier Hufen im Dorfe Küssow zustanden. 1332. Nov. 30.[1]

Ego Marquardus de Indagine dictus. Recognosco tenore presencium publice protestando, me deliberato animo meorumque amicorum, heredum ac proximorum maturo consilio et consensu rite ac racionabiliter vendidisse coram domino nostro, domino Alberto Magnopolensi, et coram domino Johanne milite, de Plesse dicto, publice resignando abbatisse ac conuentui monialium in Lubeke et discretis viris antiquo Jacobo, Jacobo sartori, Gerardo apud valuam et Johanni Egghardi, villanis, in villa Kusowe omnia seruicia, tam minora quam maiora, michi ac meis proximis et heredibus in quatuor mansis in dicta villa Kusowe sitis, quos prenominati villani colunt, pertinencia siue nobis in eis competencia, pro XX marcis denariorum lubicensium michi integraliter persolutis, ita quod nulla genera seruiciorum michi aut meis proximis et heredibus reseruo mansis in eisdem. Dicti tamen emptores michi et meis veris heredibus plenam dederunt et liberam facultatem, quod dicta seruicia de festo Nicolao[2] nunc proximo ultra ad decem annos immediate ac continue subsequentes, et in nullo alio ante uel post tempore, in vltimo anno predicti termini, quod est in decimo anno, pro XX marcis eiusdem monete prompte persoluendis ab abbatisse[3] et conuentui[4] et eorum heredibus reemere possumus libere et quiete. Si vero in eodem tempore dicta seruicia reempta non fuerint, extunc dicta seruicia dictis villanis, sicut ea a domino Magnopolensi habui, justo empcionis tytulo pertinebunt. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo aunculi mei Helmoldi de Plesse presentibus est appensum. Datum in opido Wismer, anno Domini MCCCXXXII, in die beati Andree apostoli.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 68a.

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 556. 2) l. Nicolai. 3) l. abbatissa. 4) l. conuentu.

Digitized by Google

LXXXII.

Albrecht, Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, giebt seine lehnsherrliche Einwilligung zum Verkaufe von neun Hufen in Timmendorf durch die Lübecker Hermann und Conrad Clenedenst an Johann Woltvogel, ihren Mitbürger. 1333. März 14.[1]

Albertus Dei gracia domicellus Magnopolensis, Stargardensis et Rostockensis dominus. Vniuersis presencia visuris salutem in Domino sempiternam. Cum facta hominum ideo redigantur in scriptis, ne de facili in obliuionem decidant et labantur, eapropter notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, discretos viros Hermannum et Conradum fratres dictos Clenedenst, burgenses Lubicenses, de nostro et fidelium nostrorum ac ipsorum heredum et proximorum consensu necnon expresso voluntate et consensu nostrorum vasallorum, videlicet Bertoldi dicti Pren, Vickonis de Stralendorpe, militum, Heyneconis filij quondam domini Heynonis de Stralendorpe, Conradi et Bernardi et Reymberni filiorum domini Helmoldi de Plesse, olim militum, armigerorum, ac omnium et singulorum, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse discreto viro Johanni dicto Woltvoghel, burgensi Lubicensi, et suis heredibus veris ac successoribus pro quadringentis marcis denariorum lubicensium, de quibus ijdem Hermannus et Conradus fratres pagatos se tenent penitus et contentos, in villa Tymmendorpe sita in terra Pole nouem mansos in omnibus distinctionibus terminorum suorum, sicut eos a famosis viris Helmoldo de Plesse, Godscalco et Bertoldo fratribus dictis Pren, Vickone de Stralendorpe, militibus, et Heynecone filio domini Heynonis de Stralendorpe militis, olim progenitorum nostrorum fidelibus, iusto empcionis titulo habuerunt, et ut nunc iacent, cum omnibus suis attinencijs, nichil penitus excipiendo, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, vijs et invijs, exitibus et regressibus, et vniuersis ac singulis alijs in hijs contentis. Vendiderunt eciam dicto emptori pro centum et nonaginta vna marcis denariorum lubicensium, de quibus dicti Hermannus et Conradus fratres similiter pagatos se tenent omnimode et contentos, hoc videlicet, quod ipse emptor, sui heredes ac successores necnon omnes coloni dictorum mansorum exempti et liberi esse et manere perpetue debeant de omnibus seruicijs, precarijs, exactionibus, prestacionibus, ministracio-

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 559.

Digitized by Google

nibus et quibuscunque alijs granaminibus, nobis seu dictis nostris fidelibus uel ipsis fratribus venditoribus aut cuicunque alteri sine in sollempnitatibus nupciarum, puerperiorum uel miliciarum, siue in necessitatibus gwerrarum, oppressionum, indigenciarum, egestatum seu causarum aliarum quibuscunque casibus emergencium faciendis. Sed si necessitas terre incubuerit, ad defensionem illius intra ipsam terram Pole, non extra, dicti coloni aliud non facient, nisi vna cum communibus incolis huius terre Pole quidquid simul et communiter decreuerint faciendum. Horum autem nouem mansorum Hermannus Winter colit mansum vnum, Vicko Veld vnum, Ztrik Veld vnum, Nicolaus Bandowe vnum, Martinus Selege vnum cum dimidio, vxor Werneri Vinkes vnum cum dimidio, Hinricus Gudegast quinque quartalia, Droste dimidium mansum, Nicolaus Thede vnum quartale. Vnde protestamur, quod ijdem coloni dictorum mansorum coram nobis communiter constituti vnaniniter, sponte et liberaliter arbitrati sunt nobis consencientibus pro se et suis heredibus ac successoribus omnibus, se daturos et soluturos prefato emptori, suis heredibus et successoribus pro censu debito et pro dictis libertatibus ipsis procuratis et comparatis, vt dictum est, quolibet anno perpetuis temporibus de quolibet manso decem modios siliginis quartali minus, connumeratis mensuris superfluis in terra consuetis dictis in vulgari onermate, septem modios ordei et mensuras superfluas, tredecim modios auene, dimidium modium pisarum et triginta quatuor solidos cum dimidio denariorum lubicensium. Soluet eciam vnaqueque domus anno quolibet vnum pullum. Quibus vero bonis omnibus ipse emptor, sui heredes ac sequaces cum omni jure, judicio supremo et infimo, colli scilicet et manus, et judicijs intermedijs, excepto tamen judicio monialium beati Johannis in Lubeke, quod in hijs ostendere poterunt se habere, et cum omni ecclesiastica libertate, commodita(te) ac proprietate perpetua et omnibus emolimentis et redditibus inde derivantibus et prenotatis ac singulis condicionibus vti debent pacifice, libere et quiete, quia sic olim nostris fidelibus pretactis pertinuerunt ipsa bona et sic per eos ipsa in prefatos Hermannum et Conradum fratres translata esse profitemur. Coloni tamen predictorum mansorum, non obstantibus premissis libertatibus ipsis comparatis et concessis, suas annuas pensiones seu census dicto emptori, suis heredibus et sequacibus ad ciuitatem Wismariam uel ad aquas vicinas ducere et annonam pro pensione debitam mensuratam Wismariensi mensura soluere tenebuntur. Nec prorsus dicti coloni, eorum heredes aut sequaces nobis, nostris heredibus aut successoribus, nec dictis nostris fidelibus, nec emptori, suis heredibus uel sequacibus aut cuiquam alteri,

Digitized by Google

nec eciam ipse emptor, sui heredes uel sequaces nobis, nostris heredibus uel successoribus aut cuiquam alteri sublimi uel humili ad aliqua alia preca(ria)rum, prestacionum, exaçtionum, seruiciorum, vectigalium, laborum aut quorumcunque grauaminum onera, preterquam premissum est, quomodolibet astringentur. Et si, quod absit, gwerra uel dissensio fuerit exorta inter nos, nostros heredes uel successores, vasallos nostros pretactos aut alios quoscunque ex vna, et ciuitatem et burgenses Lubicenses, dictum emptorem, suos heredes seu illos, in quos dicta bona translata fuerint, aut quoscunque alios parte ex altera, vel si dictos burgenses Lubicenses, emptorem, suos heredes uel sequaces aut eorum aliquem pro delicto aliquo leui uel enormi a quocunque ecclesiastico uel seculari judice banniri, excommunicari, proscribi aut relegari contingat, hijs et quibuscunque alijs impedimentis, inhibicionibus, mandatis seu excepcionibus alijs non obstantibus, dictis bonis vti debent pacifice libere, vt premissum est, suosque prouentus, quando decreuerint, extra terram nostram, aut vbicunque voluerint, duci faciant pro ipsorum lybito voluntatis. Habebunt insuper ipse emptor et sui heredes ac sequaces plenam et liberam potestatem transferendi dicta bona, alienacione quacumque decreuerint, in personas quascumque ecclesiasticas aut seculares absque nostro et cuiuslibet impedimento, vbi et quando eis fuerit oportunum. Preterea sepedicti nostri fideles cum suis heredibus necnon Hermannus et Conradus fratres pretacti cum suis heredibus et omnibus, quorum interest uel interesse poterit, dicta bona coram nobis legitime resignauerunt, et renunciauerunt penitus omni suo juri, quod in hijs hactenus habuerunt. Nos eciam omni juri nostro, quod in hijs olim nobis competebat et quod nobis, nostris heredibus aut successoribus competere poterit in futurum, renunciamus et renuncia[ui]mus penitus per presentes et donamus ipsa bona sepetacto Johanni Woltuoghel emptori, suis heredibus ac sequacibus in omni proprietate ac condicionibus omnibus et singulis pretactis perpetue possidenda. Vt autem premissa omnia et singula robur obtineant perpetue firmitatis, presens scriptum nostro sigillo mandauimus in euidens testimonium roborari. Huius rei testes sunt fideles nostri Wipertus Lutzowe, Johannes de Bulowe, Hinricus de Barnecowe, Echardus de Bybowe, Nicolaus de Helpede, Johannes de Plesse milites et quamplures alij clerici et laici fidedigni. Datum anno Domini MCCCXXXIII, dominica, qua cantatur Letare Jerusalem.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 62b.

Digitized by Google

LXXXIII.

Die Knappen Bernhard von Plesse und Marquard von Hagen verkaufen dem St. Johannis-Kloster in Lübeck alle ihnen aus vier Hufen in Küssow zustehenden Dienste. 1334. Febr. 24.[1]

Omnibus presencia visuris uel audituris Bernardus de Plesse ac Marquardus de Indagine famuli salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus ac constare volumus vniuersis, quod nos matura deliberacione prehabita et vnanimi consensu rite et racionabiliter vendidimus religiosis dominabus, abbatisse et sanctimonialibus monasterij sancti Johannis ewangeliste in Lubeke, pro XVI marcis denariorum lubicensium nobis integraliter persolutis seruicia quatuor mansorum, que habuimus in villa earundem dicta Kuzowe, perpetuis temporibus possidenda libere et habenda, ita quod predictorum quatuor mansorum coloni seu cultores, quicunque eciam fuerint, nec nobis nec alicui nostrorum successorum uel heredum ad aliqua seruiciorum genera amplius astringentur, sed quod huiusmodi dictorum quatuor mansorum seruicia apud abbatissam et sanctimoniales dicti monasterij perpetue remanebunt. Et si aliquis, quod absit, huiusmodi vendicionem in aliquo inbrigaret et a cultoribus dictorum mansorum predicta forsitan seruicia requireret, hoc totum nos tenebimur disbrigare. Vt autem hec vendicio nostra rata et firma ingiter permaneat, sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes huius rei sunt dominus Hinricus de Barnekowe ac dominus Zibbeke Pôzkowe milites; necnon Marquardus, Hinricus, Reymarus, Detlevus dicti Parkentin et Johannes Trechowe famuli; dominus Martinus de Strömekendorpe consul ciuitatis Wismer, et Johannes Raceborch ciuis Lubicensis et quamplures alij fidedigni. Actum et datum in Wismaria, anno Domini MCCCXXXIIII, in festo beati Mathie apostoli.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 68b.

LXXXIV.

Levin von Arteveld meldet dem Lübecker Rathmann Marquard von Coesfeld, dass mit Genehmigung des Grafen von Holland durch Johann von Heyle ein Tag zur Schlichtung der Streitigkeiten zwischen Lübeck und Staveren angesetzt sei, und ersucht ihn, dahin zu wirken, dass dieser Tag von Lübeck aus beschickt werde. O. J. (1334.)[2] *Sept. 15.*

Venerabili viro ac discreto amicoque sibi ac domino preceteris merito diligendo, domino Marquardo de Cosnelde, Levinus de Arteuelde vere dilectio-

1) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 578. 2) Urk.-B. II., 576. 589. 599.

Digitized by Google

nis | vinculum cum salute seruicioque perhenni. Sciat vestra discrecio, quod per octo dies ante confectionem presencium primo locutus fui cum domino Johanne de Heyle de | negociis michi a vobis commissis. Qui dominus Johannes michi tunctemporis respondebat, quod locutus fuisset cum aliquibus scabinis de Stoueren super illo negocio et cum illis | multas habuit loquelas. Qui scabini de Stoueren sibi respondebant in fine, quod bene notum fuit eis, quod dominus comes Hollandie intromiserat se de dicto negocio terminando. Qui dominus comes est dominus noster, ut scitis, quare nullomodo finalem responsionem ista vice vobis nec alicui dare possemus nec ausi essemus, nisi fuerit ex consensu domini nostri comitis predicti nel per suam voluntatem, ita quod tunctemporis dominus Johannes de Heyle cum ipsis scabinis de Stoueren concordauit, quod ipsi scabini statim super illo negocio vellent se transferre versus dominum comitem Hollandie ad temptandum, quid super isto negocio sue fuerit voluntatis, et habita responsione a domino comite promiserunt statim redire ad dominum Johannem de Heyle predictum. Ita, domine Marquarde, quod scire debetis, quod in die confectionis presencium venit ad me Levinum dominus Johannes de Heyle in Brugis, dicens michi in vera confessione sic: Levine, alia die locuti fuimus de tali negocio, super quo vobis respondebam, ut superius est expressum, modo sciatis, quod dicti scabini de Stoueren redierunt venientes a domino suo, domino comite predicto, dicentes sic, quod locuti sunt cum domino comite suo super illo negocio, humiliter sibi supplicantes, quod propter Deum vellet eis manifestare intentionem suam super isto, super quo terminando plures sui gracia labores habuerant et nullum finem habere poterant. Qui dominus comes Hollandie statim eis respondebat: sciatis, quod pro isto negocio terminando et finiendo pluries laborani, et adhuc libenter laborarem, sed ad finem illius negocij nunquam potui peruenire. Quare sciatis, quod ad hoc terminandum, a quocunque uel a quibuscunque fuerit et per quemcunque, placet michi, et est mee voluntatis, quod terminetur, et diligenter rogare vellem volentes se intromittere, si scirem. Quare scabini de Stoueren per istum modum recesserunt a domino comite predicto. Quo intellecto a domino Johanne de Heyle statim ordinauit, fecit et statuit diem interlocucionis concordie inter dominos meos, dominos consules Lubicenses, ex vna parte, et scabinos de Stoueren, ex alia parte, in villa Brugis vel Sluus ad diem uel festum Omnium Sanctorum proxime secuturum, ita tamen, quod vos a parte vestra certas litteras procuratorias a ciuitate Lubicensi vobiscum apportabitis super dicto negocio terminando. Scabinis eciam de Stoueren illud idem dili-

Digitized by Google

genter est commissum a domino Johanne de Heyle. et super isto faciendo recesserunt scabini de Stoueren versus Stoueren. Quare dominus Johannes de Heyle diligenter me rogauit, quod statim super hoc meas litteras vobis mitterem, rogando vos diligencia qua possem ampliori, quatenus super hoc sanum habeatis consilium, et quicquid super hoc vestre voluntatis fuerit, domino Johanni de Heyle et michi, cicius ut in mundo poteritis, rescribatis, nullatenus dimittendo, quia, si forte nolletis diem statutum tenere, quod illud posset rescribi scabinis de Stoueren ante diem statutum. Sciatis eciam, quod ad ista bono modo terminanda dominus Johannes de Heyle maxime ac diligenter ac eciam fideliter, ut videtur, laborauit ac laborare intendit et sperat, quod dictum negocium ad bonum finem terminabitur Dei auxilio et proborum consilio mediante. Item dixit michi dominus Johannes de Heyle, quod vobis scriberem, quod dominis consulibus de Hamborg scribere velletis, quod venire vellent ad eundem statutum diem interlocucionis. Libenter iuuabit eos concordare, si poterit, sed de illis de Hamborg, si nolint venire, non curat. Quare super omnia prefata facta et facienda de iure regraciari tenemini domino Johanni de Heyle predicto, noscat Deus. [1]Valete in Christo. Littera scripta in vigilia Exaltacionis sancte Crucis.

Nach dem in Briefform zusammengelegt gewesenen Originale auf der Trese, ohne Siegel

LXXXV.

Lothar, Hochmeister des deutschen Ordens, geborner Herzog von Braunschweig, verlangt von dem Rathe von Lübeck Schadensersatz für den Bürger von Königsberg Godeke Knut, der deshalb Schiffbruch gelitten habe, weil er von den Lübeckern während des Sommers im Sunde angehalten und dadurch verhindert sei, die gute Jahreszeit zu benutzen. O. J. (1334?)[2] Jan 9.

Frater Luderus, fratrum ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani generalis magister ac Dei gracia natus dux Brunswicensis. Conspicuis et famosis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, sinceritatis affectum cum desiderio complacendi. Quia Gotko Kuwt, noster fidelis concinis in Kunigisberg, detentis per uos in Norsunde rebus suis et naui minus iuste eo tempore et aura estiuali, quo proficere sperabat suis negociacionibus,

1) Das Letzte ist von anderer Hand geschrieben. 2) Vgl. No. 86 und II., 580 fg.

Digitized by Google

occasione illius intendere neglexit et adueniente tempore autumpnali, quando tempestates solent quassari, naufragium, quod cum dolore retulit, grauiter est perpessus, cuius pretextu non modicum incurrit rerum suarum detrimentum: eatenus conspicuam honestatis vestre prudenciam, omni qua possumus instancia, duximus seri[g]e presencium obsecrandam, quatenus zelo iusticie et nostrarum precum interuentu predicto Gotkoni dampna percepta recompensacione condigna dignemini resarcire, cum innocentes cum nocentibus merito non sint puniendi, attendentes, quod summa diligencia et studio vobis obtemperari studemus circa ea, que vestrum profectum sapiunt, comodum et honorem, agentes igitur et dimittentes pro eodem consideracione nostri, velud de vobis confidimus et id ipsum grata debeamus vicissitudine erga vos loco et tempore se offerente sedulo promereri. Datum Thorun, die dominica post Epyphanias Domini.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

LXXXVI.

Der Ritter Eckard Brockdorf meldet dem Rathe von Lübeck, dass das Gerücht, eine See-Ausrüstung der von Walstorf wäre gegen die Stadt gerichtet, unbegründet sei, und fordert denselben zugleich auf, dafür zu sorgen, dass für den jenen von Lübeckischen Bürgern zugefügten Schaden Ersatz geleistet werde. O. J. (1334.)[1]

Viris laudabilibus ac famosis, dominis consulibus in Lubeke, Eghardus Brukdorp miles se paratum ad omnia ‖ cum seruicio. Vestre littere ad me in hunc modum perueniebant, quod illi de Walstorp vos (et) vestros conciues ‖ in mari occupare suis coggonibus vellent dampnatiue. Super quo noscat vestra prudencia, et sic saluet me Deus, ‖ quod illi de Walstorp nichil michi de hoc referebant et minime de hoc michi constabat; eciam non pro vero sermone habeatis. Nam Marquardus de Stoue et ego duos coggones preparauimus nostris emulis ad nocendum et resistendum, modo quo possumus meliori. Sed, ut scitis, [quod] dicti de Walstorp per vestros conciues sunt incendio, ut asserunt, denastati minus iuste. Peto igitur, ut ipsos ad insticiam faciendam informetis. Debent quidem illi de Walstorp vobis et vestris conciuibus secundum vestrum consilium et aliorum suorum amicorum insticiam et equitatem

1) Urk.-B. II., 586. Vgl. Ebd. 759 S. 707.

Digitized by Google

facere omnimodam; id ipsum vestri conciues eisdem faciant viceuersa. Et cetera lator. Scriptum meo sub sigillo.

In dorso: Laudabilibus dominis, consulibus Lubicensibus, presentetur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit einem Reste des aufgedrückten Siegels.

LXXXVII.

Johann III., Graf von Holstein, sendet seinen Capellan Bertram von Cremun und seinen Vogt Beyenvlet nach Lübeck, um über eine Erneuerung des im Jahre 1333 geschlossenen Landfriedens zu unterhandeln. O. J. (1334.)[1] *Oct. 27.*

Johannes, Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus in Lubek, vere dilectionis constanciam cum salute. Dilectioni vestre presentibus declaramus, dominum Gherardum comitem, patruum nostrum, et nos simul fuisse et tractatum habuisse mutuo de placitis inter nos, vos et illos de Hamborch habitis, videlicet de pace vlteriori facienda, que teste Deo expedit vtrobique, licet multi pacem non fouentes et vagantes per terras in istis partibus libenter viderent contrarium, quibus Deus prouidebit de mercede et porcione condigna. Propter ista et alia destinabimus prouidencie vestre dilectos et fideles nostros, dominum Bertrammum dictum de Cremun, cappellanum nostrum, et Beyenvlet, advocatum nostrum, ad informandum vos de toto facto. Secundum vero quod vos expedient, ordinabimus rei finem. In Domino valete, nobis per omnia precipientes confidenter. Datum Kyl, in vigilia apostolorum Symonis et Jude, nostro sub secreto.

In dorso: Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus in Lubek, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

LXXXVIII.

Der Rath von Lübeck ersucht den Ritter Hako Glup, die Deutschen und insbesondere die Lübeckischen Kaufleute in seinen Schutz zu nehmen. O. J. (Vor 1335.)[2]

Famoso et nobili militi, domino Hakoni dicto Glup, consules et commune ciuitatis Lubicensis cum scincero affectu honoris et obsequij continuum in-

1) Urk.-B. II., 564. 593. Vgl. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-B. II., 351.

2) Die Handschrift des Briefes gehört dem zweiten Viertel des vierzehnten Jahrhunderts an. Der erwähnte König ist also Hako Hochbein († 1319). Riebodo von Cocsfelde wird seit 1334 im Ober-Stadtbuche

Digitized by Google

crementum. Vestre amande honestati condignas graciarum actiones referre non sufficimus pro eo, quod in omnibus agendis vos percepimus semper hactenus nostrorum conciuium fauorabilem promotorem. Quapropter de vestre nobilitatis industria specialiter confidentes petimus omni diligencia, qua valemus, quatenus Dei et attente nostre precis intuitu mercatores Theotonicos et precipue quoslibet conciues nostros regnum Norwegie cum suis mercibus querentes benigniter promouere dignemini, vt libereantur ab exactione grauis theolonei, qua contra antiquam libertatem et consuetudinem indultas nobis ab illustribus regibus angariantur et de qua eciam felicis memorie preclarus dominus rex Haquinus vltimus, vt nobis relatum est, ipsos mercatores mandauit in extremis suis teneri de cetero liberos et exemptos, eciam vt in alijs suis antiquis libertatibus et consuetudinibus foueantur, de quibus per nostros concines Richbodonem de Cosfelde, Hermannum de Scottorpe et Hermannum Calueswinkel, exhibitores presencium, vel eorum aliquem poteritis lucidius expediri, agentes ad premissa, vt de vestra nobilitate scincere confidimus et vobis ob hoc ad grata seruicia specialiter teneamur. Omnipotens Deus vos conseruet.

In dorso: Famoso ac nobili militi, domino Hakoni dicto Glup.

Nach dem Originale auf der Trese, mit dem durchgezogenen Siegelbande. Das aufgedrückt gewesene grosse Stadt-Siegel ist abgesprungen.

LXXXIX.

Albrecht, Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, beglaubigt bei dem Rathe von Lübeck den Priester Engelbert. O. J. (1336?)[1], Mai 17.

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstock dominus. Honorabilibus viris, dominis proconsulibus ciuitatis Lubeke, bonam et promotiuam ad omnia voluntatem. Engelbertum presbiterum, exhibitorem presencium, vestre discrecioni transmittimus, exorantes, vt nerbis suis, que vobis

genannt, Hermann von Scottorp erst 1357. Der Brief muss aber vor 1335 fallen, weil des K. Magnus II. keine Erwähnung geschieht, der die Beschwerden der Kaufleute über die langen Wirren in Norwegen während seiner Minderjährigkeit, seit dem Jahre 1335 zu berücksichtigen anfängt: 1343 bestätigt er die norwegischen Privilegien. Urk.-B. II, 774. Wenn das ebendaselbst No. 615 abgedruckte Schreiben des K. Magnus richtig in das Jahr 1335 gesetzt ist, so dürften auch No. 481 und 687 in dasselbe Jahr gehören. (Vgl. Ebd. p. LIX.) Suhm, Historie af Danmark XII. S. 316 fg. führt die beiden letzteren Briefe, so wie ein damit zusammenhängendes undatirtes Schreiben des Bischofs von Bergen an den Schatzmeister Erling Vidkunnarson zum Jahre 1339 an, möchte sie aber lieber in's Jahr 1340 setzen. In diesem könnten sie auch geschrieben sein, 1339 aber nicht, da K. Magnus im Mai jenes Jahres nicht in Stockholm, sondern in Helsinghorg war. Dipl. Svecan. IV. p. 657—61.

1) Urk.-B. II., 633. Vgl. Mekl. Jahrb. VII. S. 31.

Digitized by Google

ista vice nomine nostro retulerit, fidem adhibeatis omnimodam, tamquam nostris. Datum Wism(arie), feria sexta ante Pentecosten, sub secreto.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis proconsulibus civitatis Lubek, detur.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit den Einschnitten für das Siegelband und dem Reste des aufgedrückten Secrets, desselben, welches an Urk.-B. II., 663 hängt.

XC.

Gerhard III., Graf von Holstein und Stormarn, verwendet sich bei dem Rathe von Lübeck für den seinen Frevel bereuenden Gottfried von Cremun. O. J. (1334—1336.)[1] *Oct. 27.*

Ghe(r)h(ardus) Dei gracia comes Holt(sacie) et Stormarie. Discretis viris, aduocato et ‖ consulibus civitatis Lubycensis, fauoris graciam cum salute. Discrecionem vestram cum ‖ summa precum instancia exoramus, quatenus amoris nostri intuitu dominum Godefr(edum) ‖ de Cremun, qui super temeritate sua penitencia ductus inclinat se pro sua et amicorum suorum sufficiencia satisfacturum, recipiatis ad graciam, micius, quam demeruit, agentes maxime propter bonum pacis, ne temporis progressu erroris inuidia lacius diffundatur et fiat error nonissimus peior priore. Quicquid in hiis facere decreueritis, petimus, ut rescribatis. Scriptum in vigilia Symonis et Jude.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit den Einschnitten für das Siegelband und einem schwachen Reste des aufgedrückten Siegels.

XCI.

Rath und Gemeinde von Lübeck ersuchen die Richter des Landes Wexalia, den von ihnen angehaltenen Wein, als dem Lübecker Bürger Johann Abbedroth gehörig, an dessen Bevollmächtigten Heidenrich auszuliefern. 1337. Jan 5.[2]

Virtuosis ac multa laude dignis viris, suis sinceris amicis, dominis judicibus communitatis terre Wexalie, consules et commune ‖ ciuitatis Lubicen-

1) Urk.-B. II. S. 1108 Sp. 1. — Gottfried Cremun wurde durch Erkenntniss des Lübeckischen Bischofs 1336 auf Lebenszeit aus Lübeck verbannt (II, 635). Möglicher Weise war das obige Schreiben ein Versuch, dieses Urtheil rückgängig zu machen, und falls dann wohl in das Jahr 1336. Wahrscheinlicher jedoch ward der Brief früher (1334) geschrieben, als der Angeklagte, ehe der Handel vor das Gericht des Bischofs kam, vom Rathe verfestet und die Stadt meidend, sich in Holstein aufhielt (II, 612). Er stellt damals eine Vollmacht zu Plön aus (ebd. 607), und man könnte darnach Gerhard V. von der Plöner Linie für den Schreiber des obigen Briefes halten, zumal Bertram Cremun, Domherr und später Bischof von Lübeck, offenbar ein Verwandter des Angeklagten (II, 596. 607), zu dieser Zeit Geheimschreiber des Grafen Johann von Holstein-Plön war. Gerhard V. wird aber immer Junker (domicellus) genannt, und so muss Gerhard III für den Aussteller gelten. Vom aufgedrückten Siegel ist nur noch der Umfang erkennbar, welcher der Grösse von Gerhard's III Secret gleichkommt.

2) Vgl. II, 681, welches Schreiben also an das Ende des J. 1336 oder in den Anfang von 1337 zu setzen ist.

Digitized by Google

sis scincerum in quibuslibet complacendis affectum. Velud prius ante destinacionem vestrarum litterarum ad nostram presentiam | patentibus nostris litteris vobis scripsimus, ita prudencie vestre presentibus declaramus, Johannem Abbedroth nostrum et nullibi locorum, nisi in | nostra ciuitate, longe antequam discordia inter dominum comitem Gilriensem et nobiles viros Frisones fuit suborta, fore legitimum conciuem et legalem, qui in naui Martini de Enkhusen suum vinum sibi soli, et nulli alteri, pertinens per vos sine demeritis detinet arrestatum; petentes, omni diligencia qua valemus ampliori, cum de vobis fidnciam gerimus omnis boni, quatenus dictum vinum Heydenrico nomine Johannis Abbedroth, sepedicti nostri conciuis, presentari faciatis intuitu nostri amoris, ipsi cum hoc annuentes, vt ipsum vinum deducat sine aliquo inpedimento pro sua voluntate; respectum firmum ad nos habentes, quod super dicto vino dicto Heydenrico ad manus Johannis, prefati nostri conciuis, presentato ad plenum nulla actio vel secundaria ammonicio subsequetur. Sufficiens caucio per Lubbertum de Warendorpe, nostrum dilectum conciuem, nobis facta est de premissis. Promoturi nos et nostros, velud erga vos et vestros requisiti teneamur in amplioribus deseruire. Datum anno Domini MCCCXXXVII, in vigilia Ephyphanie Domini, nostro sub secreto tergotenus affixo.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den Resten des aufgedrückten Secrets.

XCII.

Albrecht, Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, rechtfertigt bei dem Rathe von Lübeck den von diesem des Landfriedensbruches angeklagten David Oemze. O J. (1339) Jan. 27.[1]

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Starg(ardie) et Rozstock dominus. Prouidis viris, consulibus | in Lubek, promocionis quantum poterit et honoris. Nuper ante festum Natiuitatis Domini Johannem | Kropelin, nostrum marschalcum, pro precariis nostris extorquendis versus Gnewesmolen | misimus. Cui commisimus, quod, si sibi in precariarum percepcione ibidem fieret resistencia, nostros vasallos et amicos suos assumeret ad adiuuandum se. Cum igitur dictus noster marschalcus illuc venisset, assumpsit sibi inter ceteros Dauid

1) Nach der Mittheilung des Archivraths Dr. Lisch wird ein im Lande Rostock bei Dargun ansässiger Knappe Johann Kröpelin 1339 Marschall genannt. Er ist wohl derjenige, welchen Rudloff, Meklenb. Gesch. II. S. 368 Anm., mit dem gleichzeitigen Bürgermeister von Wismar desselben Namens identificirt. Die Bezugnahme auf den Landfrieden vom J. 1338 (Urk.-B. II., 667) spricht auch für das Jahr 1339.

Digitized by Google

Omezen et prestitit sibi libere securitatis conductum nomine nostro usque ad instans Carnispriuium, quod ipse noster marschalcus coram nobis et nostris consiliariis publice coargnit. Quod si non esset, vobis de dicto Dauid omnem iusticiam fieri vellemus procurare, summsque per plures nostros vasallos informati, quod dictus Dauid juratam pacem terre ab eo tempore, quo fuerat instituta, in nullo infregit. Scriptum Gnoyen, feria quarta post Pauli.

In dorso: Prouidis viris, consulibus in Lubek, detur.

Nach dem Originale auf Papier in der Deecke'schen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek, welches die Einschnitte des Siegelbandes und Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels zeigt.

XCIII.

Heinrich, Bischof von Lübeck, bestätigt die von den armen Priestern und den Schullehrern an der St. Jacobi-Kirche gestiftete Brüderschaft und sichert denjenigen, welche den Seelenmessen derselben beiwohnen oder sich um die Unterhaltung der Brüderschaft verdient machen, einen vierzigtägigen Ablass zu. 1339. Mai 25.

Omnibus presentes litteras visuris seu audituris Hinricus Dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus ‖ salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam, que in tempore aguntur, simul cum tempore labuntur, ne ea, que memorie merito sunt commendanda, cicius cum tempore euanescant, expedit, ut ipsa scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod presencium tenore notum fore cupimus tam extantibus quam futuris, quod, cum sacerdotes pauperes in ecclesia sancti Jacobi Lubicensi celebrantes nec non magister scolarium ibidem ac socij eiusdem quandam fraternitatem inierunt causa pietatis, videlicet, ut, cum aliquis de dicta fraternitate decesserit, ei exequias cum vigilijs et missis decenter faciant, et si decedens ita pauper fuerit, quod sua ad ipsius sepulturam et ad exequias sibi faciendas non suffecerint, procuratores dicte fraternitatis, qui pro tunc fuerint, necessaria ad sepulturam et exequias illius amministrent; item bis in anno, videlicet circa festum beatorum Jacobi maioris et Gregorij, infra octo dies ipsa festa immediate precedentes vel sequentes, quando rectori dicte ecclesie sancti Jacobi, qui pro tempore fuerit, magis visum fuerit expedire, sollempniter cum vigiliis et missis et cereis cum bisso in medio chori prefate ecclesie super pauimentum prostrata et campanarum pulsacionibus peragant memorias omnium, qui ex dicta fraternitate uel ex benefactoribus huiusmodi fraternitatis de hoc solo migranerunt: nos, qui cupimus ea, que a

Digitized by Google

nostris subiectis causa pietatis seu religionis fiunt, benigna promptitudine et prompta benignitate approbare et nostra auctoritate roborare ac confirmare, dictam fraternitatem causa pietatis seu religionis, ut predicitur, initam approba(ui)mus, robora(ui)mus et confirma(ui)mus tenoreque presencium approbamus, roboramus et confirmamus. Et nos, prefate fraternitatis participes fieri et esse affectantes, eidem fraternitati nos denote recommendamus. Insuper, ne memorata fraternitas sine nostro beneficio videatur remanere, ob graciam et fauorem eiusdem omnibus vere penitentibus et confessis, qui vigiliis et missis, quando exequie nel memorie supradicte peraguntur, interfuerint seu pias elemosinas et grata subsidia eidem fraternitati pro bisso et cereis et aliis ad sepulturam egentium necessarijs comparandis erogauerint, quadraginta dies, de omnipotentis Dei misericordia confisi, de iniunctis sibi penitencijs relaxamus. In quorum testimonium presentes litteras nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum et actum Lubeke, anno Domini MCCCXXXIX, in die Vrbani pape.

Nach einem in die vom Bischof Johann von Lübeck 1387, 5. Februar ausgestellte Bestätigung obiger Urkunde aufgenommenen Transsumpte, auf der Trese.

XCIV.

Albrecht IV., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, bescheidet den Rath von Lübeck auf kommenden Sonntag nach Crumesse. O. J. (1338—40.)[1] Jul. 14.

Albertus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie. Dilectis sibi consulibus in Lubeke salutem et omne bonum. Dilectionem vestram petimus affectanter, quatenus nobis in Dominica proxima, hora meridiana, Crummesse occurrere dignemini, Longum Beyenulet et Echardum Alnerstorpen vobiscum ibidem adducendo. Fuimus enim apud patruum nostrum, ducem Rodolfum, et auunculum nostrum, ducem de Luneborgh, et qualiter ab ipsis separati sumus, vos finaliter expedietis. Valete. Datum in profesto Dinisionis Apostolorum, sub sigillo nostro.

Nach dem in der Deecke'schen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek bewahrten Originale, mit Siegelbandeinschnitten und Spur des aufgedrückt gewesenen Siegels.

1) Urk.-B. II., 660. Schl.-Holst. Urk.-B. II., 159. 161.

Digitized by Google

XCV.

Heinrich II. und Nicolaus, Grafen von Holstein und Stormarn, beklagen sich gegen den Rath von Lübeck über die Verläumdungen des Otto von Schenkenberg, übrigens die Beschuldigung, dass dieser ihrem Vater bei dessen Ermordung nicht die schuldige Hülfe geleistet habe, wiederholend. O. J. (1340.)[1] Aug. 9.

Hinricus ac Nicholaus Dei gracia comites Holthzacie et Stormarie. Viris prouidis et honestis, consulibus ‖ ciuitatis Lubecensis, sincerum amoris affectum cum salute. De vestre honestatis prouidencia gerentes ‖ amicicie fiduciam specialem, rogamus vos affectiue, quatenus dominum Ottonem pincernam de Schenkenberghe ‖ aliosque nos commonentes inducetis, vt, li(n)gwas suas conpescentes, non detestantur nos in vestra ciuitate verbis probrosis et viciosis, cum super omnibus et singulis articulis, quos eis in presencia vestra opposuimus, exhibuimus et adhuc exhibemus nos coram ducibus Saxonie Erico et Alberto et coram aliis principibus et nobilibus dominis facere eis omnia, que ipsi duxerint inter nos diffinienda. Quod enim in presencia vestra contra eos loquti sumus, videlicet patrem nostrum quibusdam eorum presentibus, audientibus et non resistentibus esse interfectum, hoc adhuc dicimus, et idem dominus Otto de Schenkenberghe postea in presencia vestra affirmauit profitendo, se adeo prope patris nostri hospicio extitisse, quod tumultum audiuerat, et expresse patrem nostrum suos pro auxilio acclamare. Scriptum Odenze, in vigilia beati Laurencij, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

XCVI.

Der Knappe Lange Beyenvlet beschwert sich bei dem Rathe von Lübeck über die in dem Hafen Stör von den Kaufleuten verübten Gewaltthätigkeiten. O. J. (1341.)[2]

Honorabilibus viris et discretis, consulibus Lubicensis ciuitatis, ‖ Longus Beyenvlet, aduocatus nobilis domini comitis Johannis Holzatie, ‖ salutem cum

1) Graf Gerhard III. von Holstein war am 1. April 1340 ermordet. Im Mai desselben Jahres fand eine Versammlung der norddeutschen Fürsten zu Lübeck Statt, auf welcher die oben erwähnten mündlichen Auseinandersetzungen vorgekommen sein müssen. Detmar I. S. 247. Urk.-B. II., 704. Schl.-Holst. Urk.-B. II., 162 fg. Die beiden holsteinischen Grafen zogen darauf nach Dänemark.

2) Detmar I. S. 250 fg.

Digitized by Google

promptitudine seruiendi. Noueritis, quod ante festum beati | Michahelis iacuerunt in portu dicto Store plus quam centum naues cum mercatoribus, qui Tydericum Beyenvlet cum suis famulis, videlicet aduocatum in Stenborch, sine demeritis aliquibus exigentibus grauiter vlnerarunt, villam Tyulete inxta eundem portum iacentem spoliauerunt rebus vniuersis, et molieres de eadem villa ad naues duxerunt (et) voluntatem eorum cum eisdem patrarunt. Quod dominus meus, comes Johannes, commisit michi ante transitum suum, vt vobis conquererer ex parte sui, prout dolosius possem. Ergo super isto poteritis sane cogitare, quod tale nefas fuit domino meo tam irreuerenter illatum. Scripta meo sub sigillo.

In dorso: Discretis viris, consulibus Lubicensis ciuitatis, detur.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den Einschnitten für das Siegelband und Resten des aufgedrückten Siegels.

XCVII.

Heinrich II., Graf von Holstein und Stormarn, befiehlt dem Lüder von Krummendiek und Heinrich von Nybele, seine Vasallen nach Wenemersmolen zur Landesvertheidigung aufzubieten. O. J. (1342.)[1] Aug. 17.

Nos Dei gracia Hinricus comes Holtzacie et Stormarie. Vos [2]Lyderum de Krummendich[2], Hinricum de Nybele, nobis dilectos, | rogamus et sub fauore nostro vos requirimus, vt omnes nostros vasallos nostro edictu cum littera nostra vna cum Emekino de Selzingh conuocetis, ipsos rogantes et requirentes sub omagio eorum, vt post nos Wenemersmolen, vna precipue vobis Henrico de Nybele, feria secunda, proxima hora misse, veniant expedite, expensas ad qui(u)denam secum habentes. Nam dominus . . de Swartzeburch, noster awnculus, in preiudicium nostrum et tocius terre Holtzacie ad ciuitatem Lybeke vna cum domino . . de Redesach, officiali domini marchionis, venerunt et grauamen. Scriptum sabbato post Assumptionem, sub sigillo nostro, in castris ante Seghebergh.

Nach dem Originale auf der Treve, mit Resten des aufgedrückten Siegels, das den Brief schloss.

1) Urk.-B. II., 742—46.
2) Der Name ist von derselben Hand übergeschrieben.

Digitized by Google

XCVIII.

Emeke Nemsul fordert Lüder Krummendiek und Emeke von Selzing auf, die Vasallen des Grafen Heinrich II. von Holstein und die Dorfbewohner zur Heeresfolge aufzubieten. O. J. (1342.)

Vos Lyderum Krummendich et Emekinum de Selzingh ego Emekinus Nemsul ‖ rogo, vt omnes vasallos domini mei et eciam villanos informetis vbicumque ‖ locorum morantes, vt dominum meum sequantur: alioquin timeo, ipsis inde ‖ periculum imminere. Et vos, Ludere, post dominum meum cum vestris amicis veniatis.

In dorso: Ludero Krummendich et Emekino de Selzingh detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.

XCIX.

Albrecht, Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, versichert den Rath von Lübeck seiner steten Bereitwilligkeit, ihm zu dienen. O. J. (1342.)[1] Sept. 30.

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstoch dominus. Discretis viris, ‖ consulibus in Lubek, fauorem et amicicie puritatem. Si ad circumstancias ‖ negociorum vestrorum aliquid facere poterimus, uel si nostri ad placita vestra ‖ quoquomodo indigueritis, faciemus omni fidelitate et efficacia, qua valemus, quod petistis. Scriptum Gnoyen, die Jeronimi.

In dorso: Discretis viris, dominis consulibus in Lubek, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

C.

Rath und Gemeinde der Stadt Wismar beschweren sich über die von den Hauptleuten, Beamten und Vasallen der Grafen Heinrich und Nicolaus von Holstein und des Vaters derselben, Gerhard, mehrere Jahre hindurch Wismarer Bürgern zugefügten Unbilden und fügen eine Schätzung des ihnen dadurch verursachten Schadens hinzu. 1342. Nov. 30.[2]

De nobilibus et generosis viris, dominis Hinrico et Nicolao comitibus Holtzacie et Stormarie, ‖ nos consules et vniuersitas ciuitatis Wismarie grauiter

1) Urk.-B II., 1078 740 (wo unter *dem von Mergelburg* Niemand anders, als Albrecht von Meklenburg, zu verstehen ist). 741. 751 fg. 754. 2) Urk.-B. II., 755 fg. 758 fg 1083.

Digitized by Google

querulamur, quod ‖ aduocati, officiales et vasalli patris eorum felicis memorie et sui per plures annos ‖ nobis et nostris ciuibus tam in terris quam in aquis sub bona lide et securitate, quam nobis per patentes litteras dictus comes Gherardus, pater ipsorum, et per nuncios autenticos sepius intimauit, plurima bona abstulerunt et infinita dampna intulerunt, prout personas, que hoc fecerunt, et annos et dies et loca, et in quibus bonis hoc fecerunt, distincte possumus declarare. Hij sunt ciues nostrj, quibus hec bona sunt ablata, et hec est estimatio bonorum ipsis ablatorum: Primo acceperunt seruo domini Gherardi de Slawekestorpe bona valencia XVIII marcas lubicenses, prout cum patentibus litteris comitis Gherardi docere potest. Item Hincekino Laschen in valore L marcarum lubicensium denariorum. Item Hassoni Laschen et Hennekino Krywitzen super LXX marcas lubicenses. Item Partzowen et socijs suis C et XL marcas lubicenses in valore. Item Ludberto Paschedaghe ad valorem C marcarum lubicensium. Item Enerhardo de Stytende super LX (marcas) lubicenses in grossis et sterlingis. Item in alijs bonis ad valorem XXIV^{or} marcarum lubicensium. Item Petro Langhenberghe et socijs suis ad valorem C et XXXI marcarum lubicensium. Item alia vice eisdem bona valencia XX libras grossorum. Item Brande de Wentdorpe et Hincekino Ghũnteri in valore LXXIII marcarum lubicensium denariorum. Gherardo de Pole duo talenta IIII^{or} solidos grossorum turonensium. Item lilio Stetynes et Vickoni Meye ad valorem XXXII marcarum lubicensium. Item Eghardo Korteelen in valore XVI marcarum lubicensium. Item Dethleno Swanken ad valorem LXXX^{a} marcarum schanicorum denariorum. Item Marquardo Stetyne ad valorem C marcarum lubicensium. Item Copekino Ghoghelowen et Hennekino Roden ad valorem LXX marcarum lubicensium. Item Johanni Middelvare in valore XII marcarum lubicensium. Item Johanñ Bokholte super XVI marcas lubicenses. Item Dethleno dicto Rvmeschotele ad valorem XVII marcarum lubicensium. Item Johanni et Hinrico Stũven ad valorem XXXII marcarum lubicensium. Item Hennekino Kalzowen et Hincekino Volmari in valore LXXI marcarum lubicensium. Item Hennekino et Hincekino de Pole ad valorem C et XXX^{a} marcarum lubicensium. Item Hennekino Kalzowen bona valencia III libras grossorum. Item Petro Smodesynne ad valorem VII marcarum puri argenti. Item Thidekino Smodesinne in valore VI marcarum lubicensium. Item Zegheboden Conraboden ad valorem XIIII marcarum lubicensium. Item domino Johanni de Kalzowe, Johanni Beckere et Copekino Ghoghelowen ad valorem CC et L marcarum lubicensium. Item Hincekino

Digitized by Google

Smede ad valorem C marcarum lubicensium. Arnoldo de Molne in valore CC marcarum lubicensium. Domino Willekino Witten et Hincekino Karowen in valore XLVII marcarum lubicensium. Item dicto domino Wilkino alia vice ad valorem XL marcarum minus I marca. Gherdingho in valore XXXV marcarum lubicensium. Johanni Bokholte ad valorem L marcarum. Gherekino Bokholte XV marcas. Johanni de Pole LXXII marcas. Hincekino Kvlen in valore V marcarum. Datum anno Domini MCCCXL secundo, in festo beati Andree, nostro sub secreto.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Secret der Stadt Wismar.

CI.

Der Ritter Marquard von der Wisch, genannt Roreland, und der Knappe Nicolaus von der Wisch ersuchen mehrere Lübeckische Rathmänner, sich bis zur Rückkehr der Grafen von Holstein zu gedulden, deren Entscheidung sie sich unterwerfen wollen. O. J. (1343.)[1]

Honorabili(bu)s ac famósis viris dominisque, Hinrico Papen, Scifrido de Ponte ac Nicolao Sconeken, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubeke, Marquardus de Wisch dictus Rorelanth, miles, Nicolaus de Wisch, armiger, salutem eternam cum seruicio perhenne. Vestram honorificenciam ac amicicium, de qua plenam gerimus confidenciam, cordintime petimus, quatenus, promisso vobis facto a nobis pro quadam zona et composicione, nostri amore et perpetui seruiminis ob respectum sine aliqua monicione mala exspectare dignemini, donec domini terrarum Holtzacie ad partes Holtza[ta]tas se diuertunt. Quidquid tunc principes, domini, milites ac alii probi viri dicunt fore iustum vobis faciendum, libenter facere volumus absque omni dolo malo et protractione. Quidquid in hiis vestra honorificencia facere decreuerit, nobis rescribatis. Scriptum sub sigillo domini Marquardi Rorelandes. Nobis precipite.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis Hinrico Papen, Scifrido de Ponte et Nicolao Sconeken, consulibus et proconsulibus in Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit dem durchgezogenen Pergamentstreifen und den Resten des aufgedrückten Siegels, welches den Brief schloss.

1) Das Schreiben scheint zwischen den Vertrag des J. 1342 und die Sühne mit den Grafen vom J. 1343 zu fallen. Urk.-B. II., 750. 784. 785. Am 8. Nov 1343 waren die Grafen in Gottorp. Schl.-Holst. Urk.-B. II., 97.

Digitized by Google

CII.

Conrad, Dechant der Kirche zu Schwerin, ersucht den Rath von Lübeck, das von ihm in Bezug auf den Nachlass des weiland Magister Gerhard von Lochem zu Gunsten des Magister Wilhelm Crach eingeleitete Rechtsverfahren nicht zu hindern noch hindern zu lassen. O. J. (1344.)[1]

Honorabilibus viris, dominis proconsulibus et consulibus cinitatis Lubicensis, Conradus Zwerinensis ecclesie decanus salutem et ad beneplacita se beniuolum et paratum. Honestati vestre | notifico per presentes, quod ad instanciam procuratorum honorabilis viri, domini magistri Wilhelmi Crach, decani Lubicensis, auctoritate sancte sedis apostolice michi specialiter commissa feci quosdam processus | super bonis relictis et dimissis per quondam magistrum Gherardum de Lochem, cuius vniuersa bona mobilia et immobilia ex antiqua obligacione eidem domino | Wilhelmo decano obligata expresse et de jure noscuntur, ipsosque processus per ecclesias ciuitatis Lubicensis ac alibi exequi et publicari mandaui. Vnde honestatem vestram presentibus duxi rogandam, quatenus execucionem ipsorum processuum et effectum eorundem non impediatis nec permittatis per aliquos vestre ciuitatis quomodolibet impediri, vos in jure et iusticia antedicti domini, magistri Wilhelmi decani Lubicensis, taliter exhibentes, quod ipse vna mecum vobis teneamur ad graciarum actiones. Valete michi precipientes.

In dorso: Honorabilibus viris et dominis, . . dominis proconsulibus et consulibus cinitatis Lubicensis, detur hec littera.

Nach dem Originale auf der Tresse, an welchem die Siegelband-Einschnitte, so wie die Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels noch erhalten sind.

CIII.

Albrecht, Herr von Meklenburg, Stargard und Rostock, bestätigt den Verkauf von fünftehalb Hufen in Timmendorf auf Poel abseiten des Lübeckers Johann Woltfoget an den Kleriker Albrecht von Calmar und dessen Bruder, den Lübeckischen Bürger Winand. 1343. Jul. 15.[2]

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus. Vniversis presencia visuris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus et

1) Urk.-B. II., 825. 2) Als Regeste angeführt Urk.-B. II., 838.

Digitized by Google

tenore presencium liquide protestamur, discretum virum, dominum Johannem dictum Woltfoghel, burgensem Lubicensem, de nostro etc. *(Das Folgende gleichlautend mit No. 82.)* vendidisse prouidis et discretis viris Alberto de Calmaria, clerico, et Winando, fratri suo, ciui Lubicensi, eiusque veris et legitimis heredibus ac successoribus quatuor mansos cum dimidio sitos in villa Tymmendorpe in terra nostra Pole in omnibus terminorum suorum distinctionibus, sicut eos a discretis viris Hermanno (et) Conrado fratribus dictis Cleendenst. burgensibus Lubicensibus, justo empcionis tytulo habuit et possedit et ijdem fratres Hermannus et Conradus a famosis viris Helmolde de Plesse etc. *(Das Uebrige bis auf unwesentliche Abweichungen gleichlautend mit No. 82. Der Kaufpreis für die 4½ Hufen ist 270 ℔ lüb. Pf., für die Befreiung von allen Lehndiensten 191 ℔ lüb. Pf. Die Bezeichnung der Hufen lautet:)* Horum autem mansorum Nicolaus Bandowe colit vnum mansum, vxor Werneri Vinkes colit vnum cum dimidio, Hinricus Gudegast colit quinque quartalia, Droste colit dimidium mansum et Nicolaus Thede vnum quartale. *(Schluss:)* Huius rei testes sunt fideles nostri Johannes de Plesse, Gherardus Hasencop, Gotscalcus Storm, milites; Hinricus de Bůlowe, armiger, et dominus Bertoldus Rode, noster cancellarius dilectus, et alij quam plures clerici et laici fidedigni. Datum et actum in Sterneberghe, anno Domini MCCC quadragesimo quinto, in festo beate Margarete virginis et martiris.

Nach einer Abschrift im älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 65.

CIV.

(Albrecht), Herr von Meklenburg, ersucht den Rath von Lübeck, den dortigen Bürgern Stalbuk anzuzeigen, dass sie sich in einer bereits von meklenburgischen Vögten entschiedenen Streitsache mit dem Ritter Barnecow nicht an geistliche Gerichte wenden, sondern, wenn sie mit dem gesprochenen Urtheile nicht zufrieden wären, ihn, den Herrn von Meklenburg, angehen möchten. O. J. (1356—47.)[1] Ende September.

Ex parte domini Magnopolensis.

Quia causam inter fidelem nostrum Rauonem Barnecowen, militem, et quosdam vestros concines dictos Stalbuch super quadam summa pecuniaria ventilatam coram aduocatis nostris, ciuibus predictis id deposcentibus, sopitam

1) 1336 ward Fürst Albrecht volljährig (dominus). Mekl. Jahrb. VII. S. 13; 1348, Jul. 8. Herzog. Rudloff II. S. 298. Detmar I. S. 269.

Digitized by Google

nouimus ‖ penitus et sedatam, rogamus vos instanter, vt ipsos informet vestra discrecio, ne militem nostrum coram iure spirituali super hoc invtilibus vexent laboribus. Si enim ipsis videtur, quod in causa ipsorum processum esset minus iuste, ad nostram accedant presenciam, assumptis duobus vestri consilii, et faciemus ipsis, quod consonum iuri fuerit exhibere. Scriptum feria quinta post Mauricii.

In dorso: Discretis viris, dominis consulibus in Lubek, detur.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit schwachen Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels, welches ein Secret des Fürsten Albrecht von Meklenburg gewesen zu sein scheint.

CV.

Die Lübeckischen Abgeordneten melden dem Rathe von Lübeck aus Grevismühlen, dass wegen nicht erfolgter Ankunft des Fürsten von Meklenburg die Verhandlungen mit demselben noch nicht haben beginnen können. O. J. (1336—48.)[1] April—Mai.

Salute reuerenciali premissa et condigna. Noueritis, domini reuerendi, nos hodie hora quasi ‖ sexta Grewesmolen saluis per omnia corporibus ac rebus peruenisse, dominum Magnopolensem exspectantes, qui nondum hora quasi completorii venit ibidem. Et quia a vobis separabamur, ‖ quod, quomodo se disponeret in placitis et haberet, vobis remandare deberemus: vnde scitote, quod propter absenciam dicti domini Magnopolensis adhuc nulla placita per nos sunt incepta, sed fuerunt tamen in Grewesmolen domini consules Rozstocienses et Wismarienses iam actu constituti. Scriptum feria V^ta^ post dominicam Cantate, hora quasi completorii, in Grewesmolen.

Per vestros consulares in Grewesmolen transmissos, sub secreto vestri aduocati.

In dorso: Reuerendis dominis suis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

Nach dem Originale auf der Tresse. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

1) Vgl. No. 104. Die beabsichtigte Zusammenkunft kann in das J. 1337 (Urk.-B. II, 656) oder in das J. 1342 (III., 99) fallen.

Digitized by Google

CVI.

Ludeke Scharpenberg zeigt dem Rathe von Lübeck an, dass von ihm und den Seinigen kein Vieh in der Vogtei Segeberg geraubt und nach Linow getrieben sei. O. J. (1348?)[1]

Vos viros honorabiles, dominos consules ciuitatis Lubek, ‖ ego Lud(e-kinus) Scarpenberg, quondam domini Heynonis filius, ‖ meo seruicio saluto. Ad vestram noticiam cupio pervenire ‖ per presentes, quod nec ego nec mei in dominio Segheberg pecora acceperunt et Lynow non sunt adducta, sed alibi investigare faciatis. Michi precipite confidenter. Datum meo sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Siegelband-Einschnitten. Das Siegel fehlt.

CVII.

Johann III, Graf von Holstein und Stormarn, ersucht den Rath von Lübeck, nicht zu gestatten, dass eine von Ludeke Scharpenberg auf Untergebene des Johann von Godendorp gelegte Dingniss (Kriegsschatzung) vor Lübecker Bürgern erhoben werde. O. J.[2]

Johannes gracia Dei comes Holt(sacie) et Stormar(ie). Vos honorabiles viros, ‖ dominos consules Lubicenses, in Domino sinceriter salutamus, rogantes quam obnixe, ‖ quatenus conciues vestros depactacionem subdidorum domini Johannis de Godendorpe ‖ per Ludekinum Scarpenberghe depactatos[3] tollere non dimittatis, in quo maxime petimus exaudiri. Scriptum Plone, nostro sub secreto.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Resten des aufgedrückten Secrets.

CVIII.

Testament des Gottschalk von Attendorn. 1349. Jan 26.[4]

In nomine Domini amen. Ego Godscalcus de Athenderne senior, compos corporis et racionis, si morte preuentus fuero, in hunc modum meum

1) Detmar I. S. 272. Urk.-B. II., 906. 912. 976.

2) Der Brief, nach der Handschrift in die erste Hälfte des 14. Jahrhunderts gehörig, kann möglicher Weise mit No. 106 ungefähr gleichzeitig sein, schwerlich später, als 1348. 3) l. depactatorum.

4) Die Aufnahme des obigen Testaments wird sich durch seine Reichhaltigkeit rechtfertigen. Es enthält, wie wenig andere, eine Fülle von Notizen zur Geschichte der Verwandtschaft und des Güterbesitzes einer Lübeckischen Familie. Aus diesem Gesichtspunkte sind auch die handschriftlichen Bemerkungen nach v. Melle beigefügt.

Digitized by Google

ordino testamentum. ‖ Primo ad illam quartam partem ville Wartzstorpe[1] per patrem meum pie memorie monialibus apud sanctum Johannem in Lubek quondam deputatam, quam tamen ‖ habere recusabant, do, deputo et assigno adhuc aliam quartam partem eiusdem ville cum omnibus comoditatibus et singulis pertinencijs ad vtramque partem, hoc est ‖ ad totalem dimidietatem jam dicte ville Wartzstorp, spectantibus, ad perpetuam vicariam in ecclesia sancti Johannis in Lubeke in capella patris mei pretacti per promisores meos instaurandam, hac tamen condicione adiecta, quod vicarius eiusdem vicarie, qui pro tempore fuerit, singulis annis de prouentibus dimidie ville antedicte monialibus pretactis IIII marcas lubicensium denariorum ad habendum inde seruicium refectoriale, vt memoriam mei annuatim super diem obitus mei, vt si corporaliter essem presens, deuote peragant, imperpetuum debeat ministrare; saluis eciam et exclusis duarum marcarum redditibus lubicensium denariorum filiabus domini Volmari de Athenderne pie recordacionis per patrem meum pretactum in suo testamento ad ipsarum vite tempora in eadem villa deputatis; saluis eciam VI marcarum redditibus, quos Druden et Thilsen, filiabus Johannis Mêrkerken, mei sororij, monialibus in claustro sancti Johannis antedicto, in hoc testamento deputo ad ipsarum vite tempora in simul de predicta villa subleuandos, vna autem ipsarum duarum sororum defuncta, altera superuiuens iam dictis sex marcarum redditibus totaliter vtetur ad tempora sue vite. Hijs autem omnibus filiabus, videlicet domini Volmari et Johannis Mêrkerken, pretactis de medio sublatis, predicti redditus tam duarum quam sex marcarum totaliter ad melioracionen predicte vicarie imperpetuum pertinebunt.[2] Item hereditatem meam sitam in villa Heyleshoop cum omnibus suis

1) Urk.-B. II., 528. 925.

2) von Melle, Lubeca religiosa p. 420 sagt über diese Vicarie: Die alten Formalia hievon lauten also: Gotschalcus de Attendorne fundavit unam vicariam in capella sua prope chorum, quam dotavit cum medietate ville Wartzdorpe in parochia Porzeken Raceburgensis diocesis. Solvet canonicis pro memoria dicti Gotschalci II marc. quinto Idus Julij et IIII marc. sanctimonialibus ad servitium refectoriale. Jus patronatus spectat ad Thomam, Conradum, Gotschalcum et Albertum fratres dictos Murkerken et ad eorum sorores, Alheidem uxorem domini Johannis Pleskowen consulis, Christinam uxorem Gotschalci de Wickede et Geseken uxorem domini Johannis de Schepenstede successive et postea ad predictorum virorum et dominorum liberos sive veros heredes usque in quartam generationem inclusive ab ipsis per lineam masculinam descendentes conjunctim, quibus omnibus deficientibus spectabit ad capitulum ecclesie Lub. Die Kapelle lag nach Nordosten, unmittelbar neben dem hohen Altare der jetzt niedergerissenen Klosterkirche, an den Fenstern gegen Osten und Norden mit attendornischen Wappen geziert. In ihr die Leichensteine:

1. Anno Domini MCCCXLVIII, in vigilia Corporis Christi, obijt Vrowinus dictus de Attenderne.
2. Anno Domini MCCCXXXIX, feria tercia ante festum Ascensionis Domini, obijt dominus Conradus de Attenderne proconsul hujus civitatis et fundator istius cappelle. Orate pro eo.

Digitized by Google

pertinencijs et prouentibus do conuentui in Reyneuelde ad habendum inde singulis annis seruicium refectoriale, vt annuatim dies obitus mei per fratres ibidem, vt si corporaliter essem presens, sicuti moris est, peragatur. Item do fratribus Minoribus in Lubeke centum marcas lubicensium denariorum, de quibus perpetuam missam in ipsorum ecclesia in memoriam parentum meorum et mei diatim obseruabunt, ad quam prouisores mei speciale struent altare, ponentes iuxta illud clippeum meum et galeam in signum instauracionis eiusdem misse per me facte, ne forte subducatur. Item do singulis ecclesijs parrochialibus in Lubek et ecclesie Sancti Spiritus et fratribus Predicatoribus ibidem cuilibet loco III marcas lubicensium denariorum. Item do Abelen, mee vxori, vltra id, quod cum ipsa sumpsi in dotalicium, dimidietatem mee hereditatis, quam inhabito, et cum hoc ducentas marcas lubicensium denariorum. Item volo, quod eadem mea vxor assumat sibi de bonis meis prompcioribus quinquaginta marcas lubicensium denariorum, de quibus memoriam mei elemosinas faciendo peraget, veluti sue consciencie confido et dilectioni. Item do Johanni Mvrkerken, meo sororio, omnia bona mea, que habeo in villis Prodenstorpe et Volquarstorpe. Item do domino Euerhardo de Athenderne, meo patruo, omnia bona mea, que habeo in villis dictis Langenhaghen, Schyrenbeke et Glynt sitis in parrochia Schonewolde Lubicensis dyocesis. Item do Godscalco de Athenderne, meo patruo, omnia bona mea, que habeo in Dartzowe. Item do domino Roberto Ferner, meo auunculo, canonico in Sozatho, centum florenos Florencie. Item Brvnoni de Palsode omne debitum, in quo idem michi tenetur obligatus, pro quo mater sua et frater secum promiserunt, penitus do quitum. Item do Thaleken, vxori domini Thidemanni de Ulsen, et Gheseken, vxori domini Bernardi Plessecowen, nec non Kerstine, vxori Godscalci de Wickede, cuilibet quinquaginta marcas lubicensium denariorum, vt sint memores anime mee. Item volo, quod prouisores mei duas filias Volmari Ryken, mei auunculi, de bonis meis tradant religioni in claustro Rene ipsis ibidem prebendas claustrales comparando; quod si idem Volmarus admittere noluerit, tunc pecunia, cum qua huiusmodi prebende essent comparande, debet per prouisores meos pro eorum beneplacito pauperibus distribui propter Deum. Insuper, si Hinricus Waren-

3. Anno Domini MCCC . . . . . Pentecosten, obijt Domina Druda uxor Domini Conradi de Attenderne, que quondam fuit filia Alberti de P.

Andre mit attendornischen Wappen versehene, sonst unkenntliche Leichensteine befanden sich auf dem Klosterkirchhofe. Die Aebtissin Gertrud (1391) war vermuthlich eine Schwester des Lübeckischen Bischofs Eberhard von Attendorn.

Digitized by Google

dorp, gener domini Volmari de Athenderne pretacti, quemquam suorum puerorum vtriusque sexus religioni alicubi tradere voluerit, tunc do sibi ad hoc in subsidium centum marcas lubicensium denariorum; si vero non, tunc eedem centum marce per prouisores meos dabuntur pauperibus propter Deum. Item do exulibus leprosis apud sanctum Georgium X marcas lubicensium denariorum. In prouisores meos eligo dominos Bernardum Plessecoweu et Enerhardum de Athenderne, Volmarum Ryken et Johannem Myrkerken, meum sororium, quorum cuilibet do L marcas lubicensium denariorum. Residua vero bona mea omnia et singula, mobilia et immobilia, in quibuscunque existunt, ijdem prouisores mei dabunt in salutem anime mee propter Deum, vbi ipsis magis videbitur expedire. Super omnia tamen volo, quod omnes donaciones mee predicte non exponantur, nisi prius ambe vicarie, videlicet apud sanctum Johannem et apud fratres Minores, sint instaurate, confirmate et perpetuate, donacionibus vero deputatis vxori mee predicte duntaxat exceptis et exclusis, que absque protractione erunt exponende. Hec omnia premissa grata et rata seruabo, donec ea notorie contradicam. Actum anno Domini MCCCXLIX, in crastino sancti Pauli. Testes sunt domini consules Bertrammus Vorrad et Hermannus Blomenrod.

In dorso: Testamentum Godscalci de Athenderne senioris.

Nach dem Originale auf der Registratur.

CIX.

Gottschalk Scharpenberg verspricht dem Rathe von Lübeck, für den einem Lübeckischen Bürger genommenen Wein Ersatz zu leisten, auch den von ihm gefangenen Hermann Wintermast frei zu lassen, und bittet dagegen den Rath um die Fortdauer seiner freundschaftlichen Gesinnung und um seine Fürsprache bei den Städten Kampen, Staveren und Harderwyk. O. J. (1349.)[1] Aug. 29.

Premissa cum Deo salutacione caritativa. Vobis viris honestis amicisque specialibus significo, me litteras vestras in die Decollacionis beati Johannis

1) Das Schloss Nannendorp (Annændorp) ward 1349 zerstört, zwischen Pfingsten (31. Mai) und Johannis. Detmar I. S. 271. Das obige Schreiben wird also nicht lange nachher abgefasst sein. 1350 am 30. August befand sich ein Gottschalk Scharpenberg in Lübeck, der freilich ein andres, schildförmiges Siegel führt. Urk.-B. II. 976. Wegen der Beschwerde über die Kampener könnte man geneigt sein, den Brief später zu setzen, in das Jahr 1353, da um Michaelis 1352 Schiffe von Kampen im Sunde und in Skanör Gewaltthätigkeiten ausübten, über welche es zu langem Zwist mit Wisby, Rostock, Wismar und

Digitized by Google

Baptiste recepisse, in quibus mencionem fecistis de uino vni ‖ vestro conciui per me recepto. Quod negare non possum, quia capitaneus fui ad medietatem illius ‖ uini, que in toto fuerunt viginti quatuor dimidia uasa et vnum dimidium vas pro replecione aliorum. Pro cuius dimidietate iuxta vestrum placitum libenter satisfacere volo, ita tamen, ut michi vnum certum et fidelem nuncium mittatis cum vestris attenticis litteris, quod, si sibi satisfecero, non imposterum debeam super dicto uino irrogari: extunc sibi plenarie et integraliter pro dimidietate uini, ut predictum est, satisfacere volo, ita ut uobis debeat regraciari. Ceterum in predictis litteris me rogastis, ut Hermannum Wintærmast, quem eodem tempore captiuaui, liberum pro captiuitate dimitterem. Quod libenter causa vestri facere uolo et declaro, eum liberum esse pro dicta captiuitate, per has litteras meas pro me et pro omnibus meis, qui protunc affuerunt. Insuper vestram rogo honestatem, de qua multum confido, ut de me piam et gratam memoriam habere uelitis erga bona mea et statum meum (¹et quare fossata mea in Annændorp destrui fecistis me irequisito, cum tamen de uobis michi bonum sperabam, et non taha michi a uobis fieri me absente¹). Item rogo, ut illos de Campania, Stowærn et Hærdærwik informetis, ut amicis meis et michi iusticiam et emendam faciant pro amicis nostris, quos iuxta Copændæhawæn inhumaniter et immerito fecerunt decollari. Uolo enim iuxta consilium vestrum et directionem libenter cum eis agere, quod est graciosum. In Christo uiuite et ualete, michi tanquam vestro fideli amico precipientes. Scriptum die supradicto. Vestrum graciosum responsum peto de premissis.

Hec per me Gotscalcum Skarpænbærgh, capitaneum castri Bauhus.

In dorso: Honorabilibus viris et dominis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lybicensis, detur littera.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Resten des aufgedrückten runden Siegels.

Stralsund kam. Vgl. die Urk. v. J. 1353, Sept. 29., und 1356, Aug. 4. Die Erwähnung Nannendorps wäre dem nicht entgegen, denn die von den Scharpenbergs über dieses Schloss erhobenen Ansprüche sind erst 1359 entschieden. Vgl. die Urk vom 25. Jan. 1359. In den zahlreich vorliegenden Actenstücken geschieht aber weder der im obigen Briefe mitgenannten Städte Staveren und Harderwyk, noch der Ansprüche Gottschalk Scharpenbergs an Kampen die geringste Erwähnung: und so wird vorläufig für das Jahr 1349 als Ausstellungsjahr des Briefes die meiste Wahrscheinlichkeit sein.

1) Die eingeklammerten Worte sind im Originale durchstrichen.

Digitized by Google

CX.

Zwei Schreiben des Rathes von Lübeck (an den Herzog Otto von Lüneburg) und des Rathes von Rostock über vielfache von Juden (zur Zeit des schwarzen Todes) verübte Vergiftungen und deshalb an sie aus mehreren Ostseegegenden ergangene Mittheilungen. Um 1350.

A.

Ingenuo principi ac preexcellenti domino, Ottoni duci (de) Luneborch, consules civitatis Lubek cum honoris continuo incremento ad quevis serviciorum genera continuo se paratos.

Insinuamus vestre preexcellenti nobilitati, quod nuper quendam malefactorem, nomine Keyenort, in nostra civitate captivavimus, qui, dum propter sua maleficia deberet interemi, manifesto fatebatur, quod intoxicacionis maleficium in diversis locis a Prucia inchoando usque ad nostram civitatem Lubek ex perswasione Judeorum exercuisset, pro quo solummodo asseruit se tres solidos grossorum a quodam Judeo sublevasse. Eciam quedam mulier nobiscum deprehensa et sepulta manifeste fatebatur, quod tractatus habuisset cum veneno facto de vermibus, quos dixerat se personaliter cum ejus domino nutrivisse, et cum hoc tractasset puerum mortuum sub fimo fossum, de quo eciam venenum confecisse voluisset, et cum utroque veneno totam gentem, quam attingere in diversis partibus potuisset, intoxicasse.

Preterea consules civitatum Sundis, Rostok, Wismer congregati (fuerunt, propter) aggravaciones necessitatum et plagarum ipsis et communi populo racione intoxicacionis ex operacione Judeorum crudelium et quorundam maliciosorum Christianorum incumbentes mutuo inter se convenientes, ubi duo sedentes in vinculis aperte absque aut qualibet[1] tormentacionum penis fatebantur coram consulibus civitatum predictarum, quod quidam Judei, nomine Mosseke et David, dedissent eis paucam pecunie summam et cuilibet eorum partem suam cum veneficio per se, altero eorum nesciente, ob hoc, ut deberent undique sanitatem[2] cum prędicto veneficio intoxicare, et hoc asseruerunt pro tota eorum possibilitate se fecisse circumquaque in terra Slavie et locis singulis, que attingere potuerunt. Et super addidit unus ex eisdem duobus, quod predictus Mosseke momordisset sibi magnum vulnus super suum caput, veneno sibi presentato, quod vulnus manifeste ostendebat, et huiusmodi morso[3]

1) l. actione qualibet aut. 2) l. christianitatem. 3) l. morsu.

Digitized by Google

sibi facto dixit se benivolum fuisse ad intoxicandum totam christianitatem, si potuisset, et hoc alter eciam approbavit sibi ex quibusdam verbis sibi allocutis fuisse injunctum, sed ipse non fuit morsus.

Preterea consules Godlandie quandam notulam nobis nuper sub eorum sigillo destinabant sonantem in hec verba: Notandum, quod quidam combustus erat Godlandie in profesto sanctorum Processi et Martiniani, nomine Tidericus, qui coram advocatis, dum morte dampnabatur, et cum igni debuit apponi, coram omni populo fatebatur, quod servivit equitando in terra Saxonie cum quodam advocato, nomine Volkersum, prope Hyldensem, circa quem erat multum bene acceptus, ita quod, quidquid egit seu dimisit, inviolatum hoc utique permansit. Tandem venit ad unam civitatem, nomine Dasle, ad quendam Judeum, nomine Aaron, filium Salomonis divitis de Honovere, qui cum ipso concordavit et dedit illi XXX marcas puri argenti cum CCC bursiculis cum veneficiis et intoxicacionibus, cum quibus christianitatem, ut fecit, destruere deberet. Et sic declinavit ab eo ad civitates, videlicet Hannoveram, Patensem, Gronowe, Peyne, Bokelem, Tzerstede, Hyldensem, et ibidem in civitatibus omnes fontes et puteos ac in villis circumquaque, quo transiit, intoxicavit veneficiis supradictis, et cum populus incepit communiter mori, versus Lubeke fugam cepit et in via illa dictas XXX marcas totaliter detesseravit. Et cum venit Lubek, in hospicio Hermanni Sassen, sui hospitis, quidam Judeus, nomine Moyses, sibi occurrebat, cui narravit omnia ante dicta, et ille Moyses ipsi Tiderico X marcas lubecenses cum quodam pixide cum veneficiis condonavit, et sic de Lubek versus Vrowenborch in terra Prucie transvelificavit, ibi circa XL homines vel plures [ibi] tradidit morti, et inde versus Memele, ubi iterum circa XL capita interfecit, et deinde versus Hassenputh, ubi XL homines vel plures moriebantur de predictis. Deinde versus Goldinge, ubi XL, et in Piltena XL homines, et ultra in Winda quot capita interfecit, nescivit propter ipsorum pluralitatem exceptis Cur[i]onibus mortuis et interfectis de eodem. Ibi predictum ad littora fodit[1] et ibi remansit.

Sed quia ex huiusmodi operacionibus maledictis maliciosorum Judeorum, heu, ut apparet, periculum irrecuperabile et destructionem sistit[2] toti christianitati, petimus, omni diligencia qua valemus, cordintime vestram nobilitatis dominacionem, quatenus premissa omnia cordi vestro imprimatis, miseriam et necessitatis molem, qua christianitas est dolenter aggravata, benigne inspicien-

1) l. predictum argentum ad littus infodit? 2) l. destructio exsistit.

Digitized by Google

tes, ordinando amore Dei et justicie, vestre proprie anime in salutem, ut Judei in vestris territoriis existentes, ex quo indifferenter sunt emuli Christi et tocius christianitatis odiosi persecutores, destruantur judicio vestro mediante. Nam timendum, quod mortalitatis aggravacio, qua populus et christianitas undique ex consiliis Judeorum cruciatus,[1] non cesset, quamdiu ipsi Judei sub protectione aliquorum principum et dominorum illesi possint residere et munere eorum pro hujusmodi operacionibus maliciosis exercendis erogare. Christus vos conservet. Respons (um vestrum) de premissis nobis petimus reformari. Scriptum nostro sub sigillo.

Eciam consules Thurunenses scripserunt nobis de pluribus Judeis baptizatis in civitate eorum deprehensis, et omnes recognovissent, quod huiusmodi operacio intoxicacionis totaliter a Judeis ortum habet processum.

B.

Universis presencia visuris seu audituris consules in Rostok sincere dilectionis constanciam cum promptu[2] famulatu.

Noveritis, nos literas clausas honestorum virorum, duorum[3] consulum civitatis Wisbicensis terre Godlandie, et sigillo eorum sigillatas recepisse in hec verba: Honorabilibus et discretis viris, dominis preconsulibus[4] et consulibus civitatis Rostok, amicis eorum specialibus, preconsules[5] et consules civitatis Wisbicensis terre Godlandie obsequiosam in omnibus voluntatem. Noverit vestra discrecio gloriosa,[6] nos novem maleficos seu intoxicatores et proditores tocius christianitatis a Pascha huc usque nobiscum deprehendisse, inter quos unus erat organista, qui coram communi populo in ultimo sue vite et eciam prius non coactus lucide fatebatur, quod omnes puteos in civitatibus Stocholm, Arosie, Arboga et singulas paludes, aquas stantes, puteos alios, quo transiit Sweciam, circumquaque suis veneficiis intoxicavit, ipsinsque veneficii magnam partem cum ipso et post ipsum invenimus, quod penitus, et non immerito, est destructum. Eciam dixit idem in extremis suis, cum igni debuit apponi, quod actu nobiscum pulverem quendam coxerat et temperaverat, de quo unus hominum in tota terra Godlandie, si vixisset ad unius anni circulum, vivus non debuit remansisse, suis duntaxat exceptis.

Ceterum ibidem recognovit, quod plurimi essent de sua societate, qui se pro divitibus mercatoribus et quibuscunque aliis per totum mundum officiis

1) l. cruciatur 2) l. prompto. 3) l. dominorum. 4) l. proconsulibus. 5) l. proconsules. 6) l. graciosa?

Digitized by Google

reputant et per plurimos reputantur, et vadunt cum singulis[1] argenteis, et omnes tales incedunt quasi deliri et aliqualiter insensati, eciam tales quodam signo greco vel hebrayco sunt signati. Ultimatim dixit: Nescio plura vobis dicere, sed tota christianitas est per Judeos et pessimos nos intoxicata.

Ceterum percipit(ur), quod inter predictos novem duo fuerunt, qui se pro sacerdotibus reputaverun[t], qui deteriora omnibus prefatis fatebantur. Sed cum debuit poni ad ignem, dixit singulariter unus horum: Tota christianitas perdita est, nisi divinitus medicetur, quia vobis cavere debetis pro sacerdotibus et religiosis aliis quibuscunque. Idem fatebatur, (quod) feria secunda Penthecostes, cum missam celebra(re)t in ecclesia sancti Olavi nobiscum, mapulam, quam ad hoc officium peragendo habuit, veneficiis intoxicavit, ita ut omnes in offertorio ipsam osculantes tercia die fuerunt mortui aut quarta, et similiter omnes ipsos visitantes. Quare scientes, quod plebanus ejusdem ecclesie et tres alii sacerdotes et plurimi alii nostri concives breviter sunt mortui de eodem, et commorantes omnes et conversantes moriebantur cum eisdem, et, ut dixerunt, experti sumus, proch dolor, hoc in toto: igitur secundum sua premissa facta et fassa, ut premittitur, exigenciam sui meriti susceperunt.

Sagacitatem igitur vestram petimus prece multa, quatenus civitatibus et villis circumquaque circa vos situatis sollicite nuncietis, et si aliqua christianitati seu nobis nociva perceperitis, nos precautos utique habeatis, quod vobis similiter facere non negemus. Dominus vos conservet, nobis fideliter precepturi.

Nos igitur consules (de) Rostok, volentes acquiescere peticionibus consulum Wisbicensium, propter commune bonum terre premissa vobis notificamus secreto nostro sigillo tergotenus communita, ut eo melius, quantum poteritis et Deus annuerit, vobis poteritis precavere et aliis, quibus valueritis,[2] intimare.

[Datum per copiam, et facta sunt hec circa annos[3] Domini MCCC quinquagesimo.[4]]

Nach einem in den Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. N. F. 7. Jahrg. S. 313 ff. und 356 fg. aufgenommenen Abdrucke einer Abschrift des 15. Jahrhunderts, welche mit der Bezeichnung „epistola contra Judeos" in Codex A. 59 der Dresdener Bibliothek (Pauli Burgensis Scrutinium scripturae sacrae und einige kleinere theol.-polem. Schriften) hinten eingetragen ist.

1) l. cingalis. 2) l. volueritis. 3) l. annum.

4) l. quinquagesimum. — Der ursprüngliche Schluss des zweiten Briefes scheint zu fehlen, wie der des ersten. Die obigen Schlussworte gehören demnach wohl einem späteren Transsumpte beider Briefe an.

Digitized by Google

CXI.

Die Knappen Hermann Lasbek, Vicko Marsow, Henneke Wallin und Nicolaus Wallin ersuchen den Rath von Lübeck, den Volrad Wiltberg anzuhalten, dass er ihnen für die ihnen zugefügte Ehrenkränkung Genugthuung gebe. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)[1]

Discretis viris, consulibus ciuitatis Lubeke, Hermannus Lasbeke, ‖ famulus, nec non Vicko Marsowe, Henneke Wallin ac Nycolaus ‖ Wallin, famuli, (quic)quid poterint amicicie et amoris. Rogamus ‖ vestre discrecioni, quatenus Volradum Wil(t)berghen informare dignemini, qui nobis efficitur, quod wlgariter dicitur truelos vnde erelos vnde menedig also nin bederue man, satisfaciat (*sic*). Quod volumus modis omnibus deseruire.

Nach dem Originale auf der Trese. Von dem aufgedrückten Siegel sind nur noch schwache Reste vorhanden.

CXII.

Ordnung für Schiffer und Schiffsleute. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)[2]

Dar en schiphere wint enen sturman ofte enen letsaghen eder enen schipman, ‖ dem sint se to rechte sculdich sine reyse vol to donde also, alse se em ghelouet ‖ hebben. Were, dat eren ien dat nicht holden wolde, so scolen se dem schiphereu ‖ dat gantze loen wedder gheuen, dat se opgheboret hebben, vnde dar to scolen se em gheuen van eres silues ghelde half also vele, also en ghelouet was. Ok ne scal nen schiphere noch neman van siner weghen nenen manne sinen sturman ofte sinen letsaghen oder sinen schipman entwinnen. Were ieman, de dat dede, de scolde den sulnen man van sik antweren deme manne, de en erst ghewunnen hadde, vnde scal eme beteren mit also vele gheldis, also ene de erste man ghewunnen hadde, ofte he scal et mit sineme rechte beholden, dat he es nicht en wiste, dat en de erste man ghewunnen hadde. Vnde de ghewunnene man scal deme schipheren sine reyse

1) Nach der Handschrift gehört das Schreiben in diese Zeit. Ein Ritter Hermann Lasbek wird 1306—7 genannt (Urk.-B. II., 198. 217); ein Knappe Hermann 1306; zwei Knappen, Hermann, Ritter Ludolf's Sohn, und Hermann, des Knappen Johann Sohn, 1329 (Schleew.-Holst. Urk.-B. II., 14. 67).

2) Vgl. Hach, Lübisches Recht S. 449 ff.

Digitized by Google

vól don, vnde vor sine misdat, dat he sik twen heren vordan heft, so scal et liegben an dem schipheren, wedder he em wot gheuen wil eder nicht van sineme lone, wante he to rechte sin lon dar mede vorboret heft.

Ok ne scal nen man sime heren vntgan noch vntlopen noch vnthuden sik, de sines heren lon heft opgheboret. Were ieman, de dat dede, de scal en misdadich man heten also hoch, also der heren rechticheyt to secht, op also vele gheldis.[1]

Is dat ok sake, dat en stnrman ofte en letsaghe eder en schipman sik bestedet vnde he sines ammetes nicht en kan, mach men em des vorwinnen mit den ienen, de binnen der bort sint, he scal deme schipheren sin ghelt wedder gheuen vnde darto half also vele, also em to lone louet is. Ok binnen der hauene so mach en schiphere sines schipmannes los werden mit halueue lone, vnde buten der hauene mit gantzem lone also vere, alse he em nenen broke bewysen mach.

Ok ne scal neman des nachtes op dem lande slapen ane des schipheren orlof bi twen groten tornoysen, noch neman scal den bot ofte den espingh voren van deme cocghen bi twen groten tornoysen bi nachtiden snnder des schipheren orlof.

Ok scal men gheuen to Schonewert van elker last swares vier penninge in ende IIII penninghe vt, vnde van ener last ledegher tunnen enen penningh in vnde enen penningh vt, dat de schipmanne bearbeidet in vnde vt, vor ere winneghelt.

Ok so ne scal neman dem schipheren, wan he rede licht to der Heringwik eder to Trauenemunde to segheldende, sinen sturman ofte sinen letsaghen eder sinen schipman vt der bort nemen omme scult, de he sculdich is, mer wat dat sines in dem schepe is, dat scal men vt antweren bi sworenen eden, vnde sine scnlt mede to betale(n)de, vnde de iene, de dar wnnen is, de scal sine reyse holden, also dar ghelouet is. Des scal de schiphere en richtere wesen.

Nach einer Aufzeichnung auf Pergament auf der Trese, welche zufolge der Handschrift in die erste Hälfte des vierzehnten Jahrhunderts, und zwar näher dem Anfange, als der Mitte desselben, zu setzen ist.

1) Vgl. Hach a. a. O. S. 442. 565.

Digitized by Google

CXIII.

Der Rath von Braunschweig theilt dem Rathe von Hannover ein Schreiben des Rathes von Bremen mit, worin dieser auf Bitten des Rathes von Lübeck den sächsischen Städten die Erlaubniss zum freien Kornhandel in Bremen ertheilt. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)[1]

Honestis viris, amicis nostris sinceris, dominis consulibus in Honovere, consules Brunswicenses obsequiosam in omnibus voluntatem. Vestram amiciciam presentibus scire affectamus, quod domini consules Bremenses nobis litteram suam miserunt sonantem, ut sequitur, in hec verba:

Honorabilibus et discretis viris, amicis suis, dominis proconsulibus et consulibus Brunswicensibus, consules Bremenses amicicie et obsequii, quantum possunt. Nuper honorabiles viri, domini consules Lubicenses, nobis supplicarunt, ut annuere vellemus civitatibus Saxonie, quod frumenta, que cives dictarum civitatum ad civitatem Bremensem nostram apportarent et ibidem ad lobia civium nostrorum colligerent, licite pro sua voluntate navigio seu aliter abinde deportare possent, quorsum vellent, simili modo tamquam nostri. Igitur predictorum dominorum consulum Lubicensium precibus favorabiliter inclinati, concedere et permittere volumus, quod cives civitatum Saxonie, apportantes frumenta sua ad civitatem nostram, ibidem vendere poterunt, quorsum velint, pari modo quemadmodum cives nostri. Premissa petimus consulibus Goslarie, Honovere, Hamelen et aliis civitatibus et oppidis Saxonie nostro nomine intimari. Scitote, premissa dominis consulibus Lubicensibus simili modo nos scripsisse. Datum nostro sub secreto.

Nach einem dem ältesten Hannoverschen Stadt-Copialbuche S. 79 entnommenen Abdrucke in Grotefend und Fiedeler, Urkundenbuch der Stadt Hannover 1. S. 331.

1) Ist von den Herausgebern des Hannoverschen Urkundenbuches an das Ende des 13. Jahrhunderts gesetzt worden, scheint aber nach Form und Fassung, namentlich auch wegen der Zuschrift: proconsulibus, und weil das Bremer Schreiben mit dem Secret besiegelt war, welches sich erst gegen 1350 angewandt findet, dem 14. Jahrhundert anzugehören.

Digitized by Google

CXIV.

Der Rath von Stralsund schreibt dem Bürgermeister Heinrich Pape und dem Rathmann Hermann von Wickede zu Lübeck wegen Berichtigung der von Seiten Lübecks den Stralsundern für Ueberlassung eines Schiffs schuldigen 251 Mark slavisch. O. J. (Um die Mitte des 14. Jahrhunderts.)[1] *Mai 7.*

Honorabilibus viris et discretis, amicis ipsorum dilectissimis, dominis Hinrico Papen, proconsuli in Lubeke, ‖ et Hermanno de Wigkeden, consuli ibidem, consules Straless(undenses) sinceram et beneplacitam in omnibus seruiciis ‖ voluntatem. Rogamus vestram karitatem attentis precibus, quatinus Vickoni de Staden, nostro ‖ dilecto conciui, presencium exhibitori, centum marcas denariorum lubicensium in Lubeke statim visis presentibus pro sua voluntate presentetis (et sibi presentatis nobis rescribi petimus indilate)[2] de CC marcis et Ll marcis nostre monete, in quibus nobis obligamini, expositis in vsum coggonis per nos parte vestra, et residuum nobis per primum nuncium transmitti procuretis in denariis supradictis. Quod cupimus gratuite promereri. Scriptum nostro sub secreto, in crastino beati Johannis ante Portam Latinam.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis Hinrico Papen, proconsuli in Lubeke, et Hermanno de Wigkeden, consuli ibidem, presentetur.

Nach dem Originale auf der Treve. Das aufgedrückte Siegel ist bis auf einen Rest der Umschrift abgesprungen.

CXV.

Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, empfiehlt dem Rathe von Lübeck seinen Schneider Boyekin zur Aufnahme in das dortige Schneideramt. O. J. (Mitte des 14. Jahrhunderts.)[3] *Jan. 6.*

Nos Johannes Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes. Viris magne discrecionis, proconsulibus ‖ et consulibus ciuitatis Lubeke, desideratorum

1) Hinr. Pape wird seit 1342 als Bürgermeister genannt, Herm. von Wickede bis 1355 als Rathmann, später als Bürgermeister.
2) Die eingeklammerten Worte sind von gleichzeitiger Hand unter den Brief geschrieben.
3) Gehört nach der Handschrift dieser Zeit an.

Digitized by Google

successuum incrementum. Vestram cupimus discrecionem et honestatem non latere, Boyekinum sartorem, ostensorem presencium, hucvsque nostrum seruitorem, quem amplius apud vos libet commorari, se laudabiliter in nostra curia habuisse ac fuisse decenter ac morigere conuersatum eundemque a nobis amice et honorifice fore separatum, ita quod eundem merito promouere pro nostro posse debeamus, vestre quam intime discrecioni supplicantes, quatenus ipsum nostri nomine, quantum audemus supplicare, promouere studeatis, vt in vestra ciuitate sartorum societatem et officium mereatur optinere, oneraque ad hoc subportanda pro sua capacitate disponentes. Quod summa cum diligencia volumus remereri. Scriptum Plone, in die Epyphanie Domini, nostro sub secreto presentibus atergato.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese, mit theilweise erhaltenem aufgedrückten Secret

CXVI.

Der Rath von Elbing empfiehlt dem Rathe von Lübeck den Ueberbringer des Schreibens in Betreff eines zum Bau der dortigen St. Nicolai-Kirche zu beschaffenden Einkaufes von Kalk. O. J. (Mitte des 14. Jahrhunderts.)[1]

Honorabilibus et viris multe discrecionis redemitis, amicis precordialissimis, dominis consulibus in Lubech, vniuersitas consulum in Elbinge obsequiosas voluntates ad omnia genera mandatorum. Vestras reuerendas discreciones ac sincerissimas amicicias, de qua[2] plenam habemus confidenciam omnis boni, fideliter duximus exorandas, ut Bernhardum dictum Turecop, presentem (*sic*) ostensorem, apud vestros camerarios ecclesie aut apud illos, quibus est commissum ex parte vestri, qui cimentum sparka(l)ck habent in potestate, promonere dignemini ad tres lastas, ad emendum ad structuram nostre ecclesie sancti Nycolai perficiendo, et precipue, quod sit bonum. Quod volumus specialiter promereri. Datum sub sigillo nostro secreto.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis amicis dilectis, consulibus in Lubech, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Secret ist abgesprungen.

1) Nach der Handschrift. 2) l. de quibus.

Digitized by Google

CXVII.

Kaufmannsordnung. (Mitte des 14. Jahrhunderts.)[1]

To deme ersten schal nen man opene kellere holden, he en si borgher edder he hebbe borgher ghelt, vnde dar nenen gast doent mede auer to hebbende, by broke, vtghenomen de Norenberghere, de moghen kellere holden, alse se van oldinghes ghe holden hebben.

Vortmer welk ghast hir gůt bringhet in vnse stad, de gast schal dat ghut slån in zines werdes hus edder in enen keller, vnde den keller nicht opene to holdende, he hebbe koplude dar inne, vnde wanne de koplude vtghan, so schal he den keller wedder to sluten, vnde wat he dar inne to vorkopende heft, dat mach he vorkopen na der stad rechte, vnde wat ghut de ghast vorkoft van ghewichte, dat schal he weghen laten vp der stad waghe.

Vortmer were dat jenighen borgher gheste gud zand worde, de borgher schal dat gud verkopen alse gheste gud vnde holden dar nene opene kellere mede anders wanne hir vore schrenen steid.

Vortmer were dat jenich borgher vorghenclick gud hadde, alse vighen, rozinen, mandelen ofte des ghelik vnde dat vorkopen wil anders wor wenne in zime hus edder in syneme kellere, de schal dat vorweruen vor deme rade.

Vortmer welk ghast hir vlas in vnse stad bringhet ouer zê, de ghast schal dat also vorkopen, alse he id ouer zê bringhet, by helen vaten, it zi groet efte klene, vnde by helen kappen. Vortmer were dat deme ghaste vlas nat worde vp der zê, dat he bewizen mach, de mach dat vat openen vnde droghend vnde verkopend by V lyspunden vnde nicht myn, vtghenomen de junghen, de moghent vorkopen, alse se id ouer zê bringhet, id si klene edder groet.

Ock beghere wy, welk wegher de waghe heft vp den markede efte by der Trauene, dat de neyn gud van ghewichte noch en kope edder vorkope, he ofte sine knechte efte nemend dar he selschap mede hebbe, ane alsodane gud, alse eme de rad dar tho gheorlouet heft.

Ok beghere wy, dat de wegher nene knechte vppe der waghe en hebbe to weghende, ze en hebben eren eed dar tho ghedaen vnde en zin also můndich, dat men en eres edes ghelouen moghe.

Aeltestes Wettebuch, fol. 5.

1) Ist, als spätestens in die funfziger Jahre des 14. Jahrhunderts gehörig, weil sie der Urk.-B. II., 1001 abgedruckten Ordnung zur Ergänzung dient, hieher an den Schluss der Nachträge gesetzt worden.

Digitized by Google

CXVIII.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, bestätigt den Lübeckern die ihnen von seinen Vorfahren verliehenen Freiheiten, insbesondere, dass in Dassow und der Umgegend bis Grevismühlen hin kein Thurm errichtet werden soll, dass sie ihre Freiheiten auf der Stäpenitz bis in die Radegast hinein, Zollfreiheit in Rostock und Wismar und Befreiung vom Strandrecht behalten sollen. 1351. Febr. 25.

Albertus Dei gracia dux Magnopolensis, Stargard et Rozstok dominus. Omnibus hanc paginam inspecturis | seu audituris in Domino salutem. Contractus hominum racionabiles ideo rediguntur in scriptis, ne oblivione | subtrahantur, et vt appareant de bona voluntate et recto consilio prodiisse. Vnde notum esse volumus vniuersis | presentibus et futuris, quod nos, fauoribus et amicicijs, quibus honorabiles viri, consules Lubicenses, nobis et progenitoribus nostris frequenter exibuerunt se benivolos et benignos, inducti, de nostrorum fidelium consilio eciam et consensu, ipsis consulibus et ciuibus seu vniuersitati ciuitatis Lubicensis quasdam libertates et gracias ipsis a progenitoribus nostris datas ab antiquo innouamus et tenore presencium confirmamus. Primo videlicet illam libertatem, quod nec in ipso loco Dartzowe nec in terminis nec in confinio eius vsque ad opidum Gnewesmolen vnquam a nobis vel a nostris heredibus aliqua municio, fortalicium aut castrum edificari quomodolibet debeat neque possit. Quod si aliquis facere presumpserit, compromisimus inuicem nos et ipsi, quod hoc vnanimiter omnibus nostris viribus impedire et resistere volumus et debemus. Item ipsis concedimus, videlicet ciuitatis Lubicensis omnibus inhabitatoribus, liberam graciam et insticiam in aquis Stopenitze supra vsque Radegast, quemadmodum ab antiquo habuerunt, perpetuo perfruendam, non volentes, ut in hiis aliquatenus perturbentur. Preterea concedimus ipsis, quod in ciuitatibus nostris Rozstok et Wismer et in omnibus nostre iuridictionis locis ab omni exactione et teolonio perpetualiter sint exempti. Et insuper, illum exactionabilem abvsum, quo res naufragorum Dei gracia et suis laboribus recuperate diripi et auferri solebant, omnino deponentes, statuimus, quod, si aliquem seu aliquos dicte ciuitatis Lubicensis inhabitatores in terminis nostre terre alicubi casu infortuito conti[n]gerit naufragari, quidquit de rebus suis saluare poterunt, illud retinere debeant possessione pacifica et quieta, officiatis nostris districtius prohibentes, ne ipsos in huiusmodi quomodolibet angarient vel perturbent. Ne igitur huiusmodi nostre concessionis, innouacionis seu con-

Digitized by Google

firmacionis omnium premissorum priuilegium quoquomodo cassari valeat vel infringi, predictis consulibus et ciuibus Lubicensibus presentem litteram dedimus in testimonium nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt Johannes de Plesse, Egghardus de Bybowe, Hinricus Stralendorppe, milites; Hinricus Rode, Arnoldus Cropelin, nostri consules in Rozstok; Hermannus Walmerstorp, consul noster in Wismer; et Bertoldus Rode, noster cancellarius, rector ecclesie beati Petri in Rozstok. Datum et actum Wismer, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, in crastino beati Mathie apostoli.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem wohl erhaltenen Siegel.

CXIX.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, quittirt die Stadt Lübeck über 150 mᵬ Silbers, welche sie, nach Beilegung der beiderseits Statt gehabten Irrungen, für die Bestätigung ihrer früheren Freiheiten gezahlt hatte. 1351. Febr. 25.

Albertus Dei gracia dux Magnopolensis, Stargard et Rozstok dominus. Recognoscimus et constare volumus ‖ vniuersis, quod super placitis anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, in ‖ crastino beati Mathie apostoli, inter nos et ciuitatem Lubicensem per honorabiles viros, dominum Johannem de Plesse, ‖ militem nostrum, Hinricum Roden, consulem in Rozstok, et Hermannum Walmerstorp, consulem in Wismer, ex parte nostra, et Tydemannum de Warendorppe, Hermannum de Wikkede et Bertramum Vorrat, consules Lubicenses, ex parte ciuitatis sue, in ciuitate nostra Wismaria habitis et seruatis, omnibusque dissencionum materiis et displicenciis inter nos et consules ac ciues Lubicenses hactenus vsque hodie pendentibus omnino sopitis, postergatis et totaliter terminatis, pro litteris confirmacionis et concessionis nostre quarundam libertatum ipsi consules Lubicenses sue et vniuersitatis sue nomine centum et quinquaginta marcas puri argenti nobis prompte et ad voluntatem nostram integraliter pagauerunt, de quibus ipsos et ciuitatem Lubek plane dicimus et dimittimus absolutos presencium testimonio litterarum. Et in testimonium premissorum secretum nostrum duximus appendendum. Datum Wismer, anno et die, quibus supra, presentibus testibus suprascriptis.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem wohl erhaltenen Secret.

Digitized by Google

CXX.

Wedeke, Edler von Berge, quittirt den Rath von Lübeck, Namens des Herzogs Albrecht von Meklenburg, über den Empfang von 350 mk lüb. Pf. 1351. März 2.

Omnibus hoc scriptum inspecturis seu audituris Wedeke, nobilis, de Monte appellatus, Myndensis | dyocesis aduocatus, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus et constare volu|mus vniuersis, nos a commendabilibus viris ac prouidis d(ominis, co)nsulibus ciuitatis Lubicensis, trecentas et quinquaginta marcas denariorum monete lubicensis (nomine inc)liti ac magnifici principis, domini Alberti, ducis Magnopolensis, percepisse ac (subleuasse, q)uas nobis intra ciuitatem Lubicensem integraliter et ad voluntatem nostram benin(ole pag)auerunt. Vnde ab hijs trecentis et quinquaginta marcis prenominatis dictos dominos con(sul)es dicimus quitos et solutos. In huius igitur quitacionis euidens testimonium nostro sigillo sub anno Domini MCCC quinquagesimo primo, in capite Jeiunij, fecimus commmuniri presens scriptum.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel fehlt, doch ist der Einschnitt für das Siegelband vorhanden. Die eingeklammerten Worte fehlen in der Urkunde, welche durchlöchert ist.

CXXI.

Die Brüder Hartwich, Hermann und Volrad von Slamerstorp verbürgen sich für die zwischen dem Rathe von Lübeck und der Familie des von den Dienern desselben in Pinneberg getödteten Hennecke Veregghe geschlossene Sühne. 1351. März 21.

Omnibus hoc scriptum inspecturis Hartwicus, Hermannus et Volradus fratres de Slamerstorpe, armigeri. Notum esse et constare cupimus vniuersis, quod super occisione Hennekini Veregghe, alias elapso tempore per familiares dominorum consulum Lubicensium in Pinnenberghe | interfecti, inter ipsos consules, ciues et ciuitatem Lubicensem, ex vna, et amicos consanguineos eiusdem Hennekini occisi omnes, parte ex altera, est finalis et tota amicabilis composicio placitata, ita scilicet, quod dicti domini consules pro se suisque ciuibus vniuersis et pro ciuitate sua dictis dicti occisi amicis consanguineis vniuersis pro dicti eorum consanguinei occisi homicidio amicabiliter satisfecerunt pleniter et omnino, vt se contentos omnes vnanimiter teneant et pagatos, dicentes ipsos

Digitized by Google

consules, cives et ciuitatem Lubicensem de huiusmodi homicidio cum graciarum actionibus quitos, liberos et solutos. Vnde et nos predicti tres fratres de Slamerstorpe pro dicti occisi amicis consanguineis vniuersis dictis dominis consulibus et ciuibus Lubicensibus data fide et insolidum promisimus et presentibus promittimus data fide, quod pro huiusmodi predicto homicidio ex parte nostra seu heredum nostrorum et amicorum natorum et nascendorum vel ex parte dicti occisi amicorum natorum et nascendorum communiter vel diuisim nulla questio aut actio alia sequi debeat in futuro. Pro quo nobis dicti occisi proximi amici ex parte omni promiserunt iuncta manu, videlicet Henneke Leseman in Esinghe, Henneke de Tangstede, Godeke Mowe in Brutzendorpe et Hartwicus Fabri filius in Rellinghe, tenere et eximere nos indempnes. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domini M̂CĈCL primo, die beati Benedicti abbatis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit drei anhangenden in der Umschrift theilweise zerstörten Siegeln.

CXXII.

Die Knappen Hermann von Hagen, Johann und Volrad von Züle verbürgen sich für die von Ulrich von Hagen dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1351. Jun. 1.

Nos Hermannus de Haghene et Johannes de Tzule ac Volradus de Tzule, morans in Borgherdestorpe, famuli. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod pro jurata orueyda commendabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum aduocato Hinrico Luchowe facta, pro eo videlicet, quod idem Hinricus captiuauit Olricum de Haghene, qui hanc orueydam jurauit manu in manum data fide, promisimus et promittimus, licet absentes, tamen per sigilla nostra affixa promittimus, ut presentes, pretactis dominis consulibus Lubicensibus et eorum aduocato predicto, quod predicta orueyda per Olricum prelibatum et consanguineos suos natos et nascendos necnon omnes, quorum interest et interesse poterit futuris temporibus, cuiuslibet doli [et] mali excepcione postergata, debet penitus inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̂CCĈL primo, feria quarta post festum Ascencionis Domini.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden drei in der Umschrift theilweise verletzten Siegeln.

Digitized by Google

CXXIII.

Der Rath und die Bürger von Mölln versprechen, den Landwehr genannten Vertheidigungsgraben, so weit er durch ihre Feldmark gehe, auf ihre Kosten in Zukunft zu unterhalten. 1351. Jun. 10.

Omnibus hanc litteram inspecturis seu audituris consules et vniuersi ciues in Molne salutem in Domino. Recognoscimus et constare ‖ cupimus vniuersis, quod illud terre defensorium fossatum, lantwere vocatum, a stangno Ratzeborch inchoatum et ‖ vsque in paludem Theghelbrok deductum et ab ipsa palude Theghelbrok vsque in stangnum Molne vltra protensum, pro quanto ‖ et vbi metas campimarchie ciuitatis Molne contingit, s(c)ilicet a riuo Petzekerbeke trans paludem dictam Petzeker mór vsque in stangnum nostrum Molne, quociensqunque melioracione, reparacione seu emendacione futuris temporibus indigebit, nos sub expensis nostris reparare seu emendare tenebimur, et ne ibidem replanacione decidat aut pereat, custodire. Quod honorabilibus viris, amicis nostris, dominis consulibus, et vniuersis ciuibus ciuitatis Lubicensis, promittimus perpetuis temporibus obseruandum. In cuius rei testimonium sigillum vniuersitatis nostre presentibus est appensum. Actum et datum Molne, anno Domini MCCC quinquagesimo primo, feria sexta ante festum sancte Trinitatis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem etwas beschädigten Siegel.

CXXIV.

Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen und Engern, und die betheiligten sächsischen Ritter und Knappen, versprechen der Stadt Lübeck, den Landwehr genannten Vertheidigungsgraben, so wie auch einen durch einen Schlagbaum verschliessbaren Weg darüber bis zum Ravensdiek auf ihre Kosten machen und beständig unterhalten zu lassen. 1351. Jun. 16.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus Dei gracia junior, Saxonie et Angarie dux; Hinricus, Eghardus, Hartwicus dicti de ‖ Krvmmesse, Volcmarus de Gronowe, Dethleuus Parkentyn, milites; Hartwicus Ritzerowe, Johannes de Krvmmesse, Notelmannus Parkentyn, Volcmarus et Dethleuus dicti de Gronowe, famuli, salutem in Domino et rei geste agnoscere veritatem. ‖ Notum esse volumus et constare cupimus vniuersis, quod nos matura deliberacione prehabita pro nobis et nostris heredibus natis et nascendis honorabilibus viris, dominis consulibus, et vniuersis ciuibus ciuitatis Lubicensis, presentibus et futu-

Digitized by Google

ris, in perpetuum promisimus et promittimus insolidum, quod nos illud terre defensorium fossatum, lantwere vocatum, a stagno Ratzeborch vsque in stagnum Molne, primo illud spacium a stagno Ratzeborch vsque ad instagnacionem Rauensdyk sub nostris expensis fodi et fieri faciemus, et viam, quam trans dictum fossati spacium habere volumus, parari et clausura arborea forti firmari, ne terras et stratas spoliare volentibus transitus ibi pateat, similiter faciemus. Preterea, quocienscunque et quando necesse fuerit, dictum fossati spacium per nos factum et viam et arboream clausuram reparari sub nostris expensis perpetuis temporibus ita duraturum faciemus. Ad quod firmiter obseruandum nos et nostros heredes in perpetuum obligamus. In huius nostri promissi testimonium sigilla nostra presentibus sub anno Domini MCCC quinquagesimo primo, in die Corporis Christi sunt appensa.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangenden neun wohl erhaltenen Siegeln; es fehlen No. 2 und No. 10 (Eghard Crummesse und Volemar Gronove); an ersterer Stelle ist noch das Siegelband, an letzterer nur der Einschnitt für dasselbe vorhanden. Auf der Treve befindet sich auch ein Transsumpt obiger Urkunde, ausgestellt vom Bischof Bertram von Lübeck im J. 1353, Jun. 12 (Crast. Barnabe).

CXXV.

Volrad, Bischof von Ratzeburg, Johann, Propst, Prior und das ganze Capitel daselbst geben ihre Einwilligung zur Erbauung eines Befestigungsgrabens von dem Ratzeburger See aus bis an den Ravensdiek durch den Herzog Erich den Jüngern und dessen Vasallen, und zur Fortsetzung desselben bis an den Ziegelbruch durch die Stadt Lübeck, wobei Bischof und Capitel den Ausbau und die Unterhaltung des Ravensdieks übernehmen. 1351. Jun. 16.

Volradus Dei gracia episcopus, Johannes prepositus, prior totumque capitulum ecclesie Ratzeborgensis. Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris salutem in Domino ‖ et geste rei agnoscere veritatem. Tenore presencium puplice profitemur, quod nos, conuocatis omnibus et singulis, qui potuerunt et debuerunt legitime interesse, ‖ de communi omnium nostrum deliberato decreto et concordi voluntate plenum consensum dedimus ad fodiendum licite et libere quoddam terre defensorium ‖ fossatum, lantwere vocatum, a stangno Ratzeborch vsque in nostram instangnacionem Rauensdik, sed via quadam media, et fossata inter stangnum Ratzeborch et dictam nostram instangnacionem Rauensdik fieri et fodi debent per inclitum principem, dominum Ericum Saxonie ducem juniorem, ac suos milites et vasallos, prout in eorum

Digitized by Google

litteris hinc inde confectis plenius continetur, et ne terras et stratas spoliare volentibus transitus ibi pateat, cum arborea clausura firma fieri, et quotienscunque et quandocunque necesse fuerit, reparari et meliorari et sub eorum expensis propriis perpetuis temporibus fideliter custodiri. Nos autem predictam nostram instangnacionem Rauensdik fieri, et quotienscunque et quandocunque necesse fuerit, reparari et emendari faciemus sub expensis nostris, et perpetuis temporibus fideliter custodiri. Preterea dedimus honorabilibus viris, dominis consulibus, et ciuibus Lubicensibus, ab illa instangnacione nostra dictum terre defensorium fossatum vlterius fodiendi per terras, agros seu campos nostros usque in paludem Theghelbrok, quanto melius et firmius poterunt, et ipsum, ne recomplanacione aut alio casu diffortunij decidat aut pereat, ut eis competencius et vtilius videbitur et quotienscunque et quandocunque necesse fuerit, reparandi et muniendi plenam et liberam facultatem. Quod honorabilibus viris, dominis consulibus, et vniuersis ciuibus Lubicensibus plene consensimus, et quo ad instangnacionem nostram ipsius promittimus perpetuis temporibus obseruandum. In cuius decreti consensus et promissi nostri euidens testimonium sigilla nostra sub anno Domini M̄CCC̄ quinquagesimo primo, in Ratzeborch, in die Corporis Christi presentibus sunt appensa.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den anhangenden ziemlich wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs und des Capitels.

CXXVI.

Heinrich, Abt des Klosters zu Reinfeld, verweiset und verbietet, auf Grund des den Lübeckern vom Papste Alexander IV. ertheilten Privilegiums de non evocando, dem Decan Ludolf zu Verden die jenem Privilegium zuwider unternommene Vorladung des Lübeckischen Bürgers Johann Mustin. 1351. Jun. 25.

Hinricus miseracione Diuina abbas monasterij in Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis dyocesis, conseruator vnicus honorandis et discretis viris, consulibus, | et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, super infrascripto priuilegio ipsis indulto a sede apostolica deputatus. Honorabili viro, domino Ludolfo, decano ecclesie sancti Andree | Verdensis, ac omnibus aliis et singulis, quorum interest vel interesse poterit, salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire Noueritis, nos litteras bone memorie | domini Alexandri pape quarti sub vera bulla plumbea, vnam videlicet graciosam cum filo serico

Digitized by Google

et aliam executoriam, cum filo canapis bullatas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, per dictos consules nobis presentatas, cum ea, qua decuit, reuerencia recepisse, quarum, et primo graciose, tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: *(Folgt Urk.-B. I., 256.)* Tenor vero executorie de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: *(Folgt Urk.-B. I., 257.)* Post quarum litterarum exhibicionem prefati consules nobis significare curarunt, quod vos, domine decane, pretextu cuiusdam rescripti apostolici, ad vos per Johannem dictum Aurifaber, clericum Razeburgensis dyocesis, in communi forma, ut dicitur, impetrati, Johannem dictum Mustin, ipsorum conciuem, ad comparendum coram vobis Verde, forte ignari huiusmodi priuilegii, ad iudicium euocastis, paratum eidem Johanni et cuilibet conquerenti coram competente iudice infra muros ciuitatis Lubicensis iusticiam exhibere, supplicantes nobis instanter, vt vos ab huius citacione et molestacione contra prefatum priuilegium attemptata cohercere auctoritate apostolica curaremus. Nos itaque, volentes prenominatum mandatum apostolicum nobis directum reuerenter exequi ipsisque consulibus et vniuersitati ciuium Lubicensium quo ad huius priuilegij defensionem assistere efficaciter, ut tenemur, vos tenore presencium hortamur et nichilominus peremptorie requirimus et monemus ac eciam tenore presencium vobis sub pena excommunicacionis firmiter inhibemus, ne in pretacta causa per vos attemptata vel ex ea dependentibus seu ipsius sequelis in preiudicium iuris ipsorum consulum et ciuium vlterius quomodolibet procedatis, si excommunicacionis sentenciam et alias grauiores penas volueritis euitare, scientes, quod, si, quod absit, mandatis nostris, ymmo verius apostolicis non parueritis cum effectu, decernetur et declarabitur processus vestros fuisse et esse ac fore ipso iure irritos et inanes, quodque fiet et continget ex eo et pro eo similiter, quod prelibatum Johannem Mustin, ciuem Lubicensem, longe vltra duas dietas a fine dyocesis Lubicensis notorie et expresse contra iura canonica presumpsistis ad iudicium euocare, qui eciam in vestro citatorio, cui rescriptum apostolicum, ut dicitur, obtentum est insertum, laycus Lubicensis dyocesis nuncupatur, sicut ex inspectione ipsius citatorij perpendimus euidenter. Insuper vobis intimamus, quod vobis et quibuslibet alijs, quorum interest vel intererit, de supradicto priuilegio et de conseruacione seu defensione ipsius nobis commissa hesitantibus fidem oculatam in prenominata ciuitate Lubicensi secundum iuris exigenciam debite faciemus, cum idem priuilegium extra eandem ciuitatem Lubicensem de loco ad locum propter manifesta viarum discrimina sine metu et periculo amissionis eiusdem nequeat transportari. In quorum

Digitized by Google

omnium et singulorum euidenciam nostrum sigillum presentibus litteris est appensum, quas eciam in formam publici instrumenti transumi et redigi mandauimus per notarium infrascriptum. Acta sunt hec Lubeke in consistorio consulum, anno Domini MCCC quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis Junij die vicesimaquinta, hora completorij vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, anno decimo, presentibus discretis viris, dominis Johanne de Ebkesdorpe, perpetuo vicario ecclesie beate Marie virginis Lubicensis, et Johanne Grüneowe, presbitero Lubicensi, et alijs pluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Bernardus dictus de Oldendorpe, clericus Hamburgensis Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi litterarum apostolicarum exhibicioni, recepcioni ac omnibus alijs et singulis suprascriptis vna cum prefatis testibus presens interfui easque de mandato reuerendi in Christo patris et domini, Hinrici abbatis monasterij in Reyneuelde supradicti, propria manu conscribendo fideliter transumpsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito et consueto signaui requisitus in maiorem euidenciam premissorum.

Nach dem auf der Treue befindlichen Originale, an welchem das wohl erhaltene Siegel des Abts Heinrich hängt.

CXXVII.

Vogt, Rath und Gemeinde der Stadt Lübeck bestellen, in Betreff der von dem Decan Ludolf zu Verden dem päpstlichen Privilegium de non evocando zuwider geschehenen Citation des Lübeckischen Bürgers Johann Mustin, den Kleriker Johann von Osten zu ihrem Procurator. 1351. Jun. 25.

Vobis honorabili viro, domino Ludolfo decano ecclesie sancti Andree Verdensis, ac alijs omnibus, quorum ‖ interest vel interesse poterit, nos aduocatus et consules et commune ciuitatis Lubicensis cupimus fore ‖ notum, quod, licet ex priuilegio nobis a sede apostolica graciose indulto non possimus neque debeamus ‖ extra muros ciuitatis Lubicensis ad iudicium enocari, vos tamen, domine decane, huius priuilegij fortassis ignari, Johannem Mustin, conciuem nostrum, paratum cuilibet conquerenti exhibere iusticiam coram quocunque

Digitized by Google

iudice competenti infra muros ciuitatis Lubicensis, citastis seu citari mandastis ad instanciam cuiusdam Johannis Aurifabri, nominantis se clericum Razeburgensis dyocesis, ad comparendum coram vobis Verde, eiusdem Johannis querimonijs responsurum. Vnde discretum virum Johannem de Osten, clericum Bremensis dyocesis, exhibitorem presencium, nostrum et ipsius Johannis Mustin verum et legitimum ordinamus, facimus, constituimus procuratorem et nuncium specialem, dantes et concedentes eidem nostro procuratori plenam potestatem coram vobis dictum priuilegium allegandi ac de eodem transumpto et redacto in formam publici instrumenti fidem faciendi, viarum pericula allegandi, nos et dictum ciuem nostrum excusandi et petendi ipsum priuilegium admitti, quaslibet excepciones indicij declinatorias, dilatorias et peremptorias et defensiones nostras proponendi et persequendi, responsum seu voluntatem vestram super premissis audiendi, appellandi et apostolos petendi, si opus fuerit, alium procuratorem substituendi ac substitutum reuocandi, ac alia omnia et singula faciendi, que in premissis et eorum quolibet oportuna fuerint, eciam si mandatum exigant speciale; promittentes nos gratum et ratum habituros, quicquid per predictum procuratorem nostrum seu substitutum ab eo actum, procuratum sine factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. In quorum omnium et singulorum euidenciam nostrum sigillum patentibus litteris est appensum, quas eciam in formam publici instrumenti transsumi et redigi mandauimus per notarium infrascriptum. Acta sunt hec Lubeke in consistorio consulum, anno Domini MCCC quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis Junij die vicesimaquinta, hora completorij vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, anno decimo, presentibus discretis viris, dominis Johanne de Epkesdorpe, perpetuo vicario ecclesie beate Marie virginis Lubicensis, Johanne Grüneowe, presbitero Lubecensi ac magistro Martino dicto de Brunswich, clerico Halberstadensis dyocesis, et alijs testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Bernardus *(das Folgende, wie No. 126)* huiusmodi procuratoris constitucioni, ratihabicioni ac omnibus *(wie No. 126)* interfui eaque sic fieri vidi et audiui et ad requisicionem honorandorum et discretorum virorum, aduocati et consulum Lubicensium predictorum, propria manu conscribendo in hanc *(wie No. 126)* euidenciam eorundem.

Nach dem auf der Tresc befindlichen Originale, mit anhangendem wohl erhaltenen Lübeckischen Stadtsiegel.

Digitized by Google

CXXVIII.

Ludolf, Decan der Kirche St. Andreä in Verden, erklärt von der Citation des Lübeckischen Bürgers Johannes Mustin abstehen zu wollen, jedoch den Kläger nicht in die Kosten verurtheilen zu können. 1351. Jul. 1.

In Dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, mensis Julij | die prima, hora quasi sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, | anno decimo, coram honorabili viro, domino Ludolfo decano ecclesie sancti Andree Verdensis, in meique notarij et testium subscriptorum presencia constitutus discretus vir Johannes dictus de Osten, clericus Bremensis dyocesis, honorandorum et discretorum virorum, aduocati et consulum Lubicensium, procurator, dicens se plenum habere mandatum, quoddam procuratorium per me notarium infrascriptum conscriptum et signatum ac maiori sigillo ciuitatis Lubicensis predicte sigillatum produxit et per me legi fecit. Quo lecto idem procurator alleganit, dominos suos, consules Lubicenses prefatos, habere priuilegium per sanctissimum in Christo patrem, Allexandrum bone memorie papam quartum, ipsis indultum, quod ipsi nec aliquis ipsorum ciuium posset et deberet extra muros ciuitatis Lubicensis ad iudicium ecclesiasticum euocari. De quo fidem faciens procurator predictus quendam processum per reuerendum in Christo patrem, dominum Hinricum abbatem monasterij in Reyneuelde Cisterciensis ordinis, prelibatorum aduocati et consulum vnicum conseruatorem, emissum eiusque vero sigillo sigillatum, cui tenores preallegati priuilegij et executorie de verbo ad verbum erant inserti, produxit et per me notarium infrascriptum legi fecit. Quo lecto Johannes de Osten, procurator predictus, verbotenus proposuit eidem domino decano, quod, si ipse aut actor origenale (*sic*) videre vellet, Lubeke venirent,[1] et ipsis inibi esset exhibendum. Pecijt nichilominus idem procurator, actorem per ipsum dominum decanum condempnari in expensis (*sic*) racione temere citacionis, quam fieri procurasset, ex eo quod partem aduersam longe vltra duas dietas a fine dyocesis Lubicensis citari procurasset, subiungens, quod propter hoc eciam citacio esset inualida et processus exinde subsecutus ipso iure esset irritus et inanis, item ex eo et pro eo, quod rem, videlicet Johannem Mustin, ciuem Lubicensem, tamquam laycum Lubicensis dyocesis citari procurasset. Quo petito[1] dominus decanus memoratus pecijt copiam de productis, videlicet

1) Dieses Wort ist übergeschrieben.

Digitized by Google

de procuratorio et processu, sibi dari, qua de verbo ad verbum habita interloqutus dixit, se hora vesperarum eiusdem diei super productis petitis et propositis finaliter responsurum. Tenor vero procuratorij, de quo supra fit mencio, sic incipit: Vobis *(wie No. 127)* notum; et sic finit: In quorum *(wie No. 127)* eorundem. Tenor vero processus in quarta linea a capite numerando sic incipit: domini Allexandri pape quarti; et in eadem sic finit: non abolitas; et in decima linea a fine computando sursum sic incipit: notorie et expresse; et in eadem sic finit: ut dicitur, obtentum. Acta sunt hec in choro ecclesie sancti Andree Verdensis, anno, indictione, die mensis, hora, pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus viris, dominis Alberto Holste thezaurario Verdensi, Hinrico Ketelhůt preposito, Stacio de Monichusen, ac domino Bernardo de Büghen, perpetuis vicarijs ecclesie sancti Andree Verdensis predicte, et alijs quam pluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Hora quidem vesperarum diei mensis supradicti adueniente, prelibatus dominus Ludolfus, decanus ecclesie sancti Andree Verdensis sepefate, vtraque parte presente et audiente, super premissis respondebat, dicens, quod nequaquam actorem condempnaturus esset in expensis, quia rite et racionabiliter per ipsum fuisset processum, eciam ex eo, quia spacium inter ciuitates Lubicensem et Verdensem duobus diebus equitari posset commodose, subiungens, quod de preallegato priuilegio nunquam prius audiuisset, sed exquo per processum prefati domini abbatis in Reyneuelde esset de ipso certificatus, et ipsi consules et ciues Lubicenses parati essent, veluti idem dominus abbas sibi scripsisset, vnicuique conquerenti iusticiam exhibere coram ipsorum archidyacono infra muros Lubicenses, ipse libenter vellet supersedere et amodo nollet se aliqualiter intromittere de causa memorata. Super quibus omnibus et singulis procurator predictus requisiuit me notarium infrascriptum ut sibi hoc presens publicum conficerem instrumentum. Acta sunt hec in porticu ecclesie sancti Andree Verdensis antedicte, anno, indictione, die mensis, hora, pontificatu, quibus supra, presentibus honorabili viro, domino Hinrico Ketelhůt preposito, et domino Marquardo Euerslo, canonico ecclesie sancti Andree Verdensis sepedicte, nec non Johanne dicto Dicke et Alberto dicto Luchowe, laycis Razeburgensis et Myndensis dyocesis, et alijs quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Bernardus *(wie No. 127)* huiusmodi procuratorij et processus productioni, lectioni, allegacioni, peticionibus, termini assignacioni, responsionibus ac omnibus *(wie No. 127)* audini propriaque manu conscripsi et in

Digitized by Google

hanc publicam formam redegi meoque signo solito et consueto signaui requisitus in testimonium omnium premissorum, et interlinearia harum dictionum, videlicet *venirent* in XIII. linea et *petito* in XVII. linea, per me, non viciose, errore facta approbo et confirmo.

Nach dem Originale auf der Trese.

CXXIX.

Der Rath von Kiel zeigt dem Rathe von Lübeck an, dass er seinerseits die Friedloslegung des Nicolaus Mornewech aufgehoben habe. 1351. Aug. 1.

Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules ciuitatis Kyl obsequiosam in omnibus voluntatem complacendi, significantes vobis, ‖ quod nos Nicolaum Mornewech, ostensorem presencium, de proscripcione ‖ wlgariter dicta vredelos, quam ex parte ciuis nostri paciebatur, pro nobis et nostro ciui dimittimus quitum et solutum per presentes. In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus anno Domini millesimo CCC quinquagesimo primo, ipso die beati Petri ad Vincula, tergotenus est affixum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

CXXX.

Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, ersucht den Rath von Lübeck um sicheres Geleite für Nicolaus Mornewech. O. J. (1351.)[1]

Johannes gracia Dei comes Holtsacie et Stormarie. Honorabilibus viris, consulibus ‖ Lubicensibus, salutem et omne bonum. Rogamus quam instanter, vt Nicolaum Mornewech, ‖ familiarem nostrum, securare velitis et conducere in vestram ciuitatem veniendi et coram ‖ domino episcopo ibidem super causis, quibus impetitur, suam innocenciam declarandi, nobis super eo quantocicius responsum reformantes. Scripta nostro sub secreto.

In dorso: Honorabilibus viris, consulibus Lubicensibus, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband und den Resten des aufgedrückten Secrets.

1) Vgl. No. 129.

Digitized by Google

CXXXI.

Johann III. und Adolph VII., Grafen von Holstein, Stormarn und Schauenburg, bestätigen den Verkauf des Dorfes Böbs abseiten des Lübeckischen Bürgers Marquard Boom an das St. Johannis-Kloster in Lübeck. 1351. Nov. 11.

Johannes, Dei gracia Holtzacie et Stormarie et in Schowenborch comes, ac filius eius, domicellus Adolphus. Vniersis presentes litteras inspecturis seu audi|turis salutem in Domino et geste rei cognoscere veritatem. Vt hominum acta de consensu et racione producta, ne doli aut obliuionis caligine subtrahantur, litterarum | luce luceant, prouidencia prudencium inolenit. Ad perpetuam igitur memoriam pateat vniuersis presentibus et futuris, quod coram nobis constitutus vir | prouidus Marquardus Boom, ciuis Lubicensis, publice recognouit, quod ipse religiosis dominabus, monialibus, . . abbatisse, . . priorisse et conuentui seu monasterio beati Johannis in Lubeke, pro quadringentis marcis lubicensium denariorum sibi, vt asseruit, plene solutis et in vtilitatem suam conuersis rite et racionabiliter vendiderit totam villam Bobitze, sitam in parrochia Korowe Lubicensis dyocesis, cum curia in eadem villa sita et molendino adiacente necnon cum omnibus bonis eidem ville, curie et molendino appertinentibus, cum omni jure, proprietate et libertate ac prouentibus et emolimentis omnibus inde potentibus prouenire. In qua quidem villa Bobitze sunt octo mansi agri, quorum quilibet solvit annuatim duas et dimidiam marcam lubicensium denariorum. Ad curiam vero sunt quinque mansi, quorum quilibet solvit tres marcas denariorum lubicensium annuatim. Que quidem, videlicet villam, curiam, molendinum et bona, ipse Marquardus Boom pridem a nostris fidelibus Thiderico Dunker et Timmone Maruten famulis emerat, sibi de consensu omnium heredum suorum per eos et omnium, quorum consensus de iure adesse debuit, tunc coram nobis, comite Johanne predicto, legitime resignata, nostro eciam ac nostrorum tunc pleno accedente consilio et consensu, cum renunciacione omnis proprietatis et omnis juris, quod in eisdem villa, curia, molendino et bonis ipsi videbantur hactenus habuisse. Dictus itaque Marquardus Boom dictis . . abbatisse, . . priorisse et conuentui seu monasterio sancti Johannis in Lubeke dictam villam Bobitze et curiam in ea sitam molendinumque adiacens et bona cum omnibus appertinencijs eorundem sponte et liberaliter resignauit coram nobis, renuncians omni juri et proprietati, que in eisdem dinoscitur habuisse, ad quod eciam omnes heredes sui voluntarie consenserunt. Nos itaque

Digitized by Google

de nostro et fidelium nostrorum maturo consilio et omnium, quorum interesse potuit, beneplacito et consensu dictis religiosis dominabus monialibus,.. abbatisse,.. priorisse et conuentui seu monasterio sancti Johannis in Lubeke, dictam villam Bobitze totam et curiam in ea sitam et molendinum adiacens ac bona cum omnibus et singulis appertinencijs suis pleno iure apropriauimus et apropriamus et in eorum proprietatem et possessionem perpetuam transtulimus et transferimus per presentes cum mansis, agris cultis et incultis, areis, campis, pratis, pascuis, paludibus et specialiter paludibus cespitosis, lignis, rubetis, siluis et nemoribus, riuis, aquis aquarumque decursibus et instangnacionibus, piscarijs, vijs et invijs, exitibus et regressibus, sicut dicta villa, curia et molendinum jacet in et cum suis metis, terminis et terminorum distinctionibus, et nichilominus cum omni iure et judicio supremo, in collum videlicet et in manum, ac omnibus judicijs intermedijs atque minoribus et inferioribus quibuscumque, et cum omnibus ac singulis vsufructibus, redditibus, prouentibus et emolimentis inde potentibus prouenire, ita plane, quod eisdem villa, curia, molendino et bonis cum omnibns apertinencijs snis, vt premittitur, cum omni libertate, proprietate et commoditate et vniuersis ac singulis vtilitatibus et condicionibus, sicut eorundem bonorum prioribus possessoribus ipsa hactenus liberius pertinuernnt, gwerris, litibus, sentencijs, inhibicionibus, mandatis seu excẽpcionibus quibuscumque non obstantibus, dicte moniales, conuentus seu monasterium sancti Johannis in Lubeke, libere et pacifice perpetue vti debent. Et specialiter, si prohibicio fiet, ne frumentum aut res alie qualescumque de terra Holtzacie educi liceat, prouentus tamen snos de dicta villa, curia, molendino et bonis deriuantes duci facient licite et libere, quorsum velint, contradictione nostra, nostrorum heredum vel cuinslibet alterius non obstante. Nulli eciam omnino debent inde ad aliqua seruicia, exactiones, prestaciones aut precarias aliquas dicte ville, curie et molendini villani homines quomodolibet obligari, nisi solum monialibus, conuentui seu monasterio supradictis, moniales vero, conuentus seu monasterium, plane nulli; ita sane, quod dicta villa, curia, molendinum et bona cum omnibus appertinencijs suis et condicionibus suprascriptis ipsis monialibus, conuentui seu monasterio predictis sine omni reclamacione, contradictione seu inpeticione cuiuscumque libera et propria in perpetuum pertinebunt; sic eciam, quod ipsam villam predictam curiamque, molendinum et bona, si voluerint, alienacione quacumque et quandocumque decreuerint, in alias personas ecclesiasticas vel seculares seu in ecclesias vel monasteria aut in alios quoscumque spirituales vsus libere transferre poterunt.

Digitized by Google

nostro aut heredum nostrorum seu cuiuscumque alterius consensu nullatenus requisito, nullo penitus iure canonico vel ciuili in contrarium valituro. Vt autem premissa omnia et singula rata et stabilia permaneant in perpetuum, presentes litteras sigillorum nostrorum appensionibus iussimus in testimonium communiri. Testes vero huius rei sunt Nycolaus de Rantzowe, Langhe Plesse, Hartwicus de Rantzowe, Godscalcus de Siggheme, strenui milites, fideles nostri dilecti: magister Johannes Boytin, canonicus Lubicensis, cancellarius noster, et plures alii viri ydonei fidedigni. Actum et datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo primo, in die beati Martini episcopi et confessoris.

Nach dem Originale im Archive des St. Johannis-Klosters, mit den beiden anhangenden wohl erhaltenen Siegeln.

CXXXII.

Die Knappen Johann, Volrad, Detlev und Iwan von Hamme, Söhne des weiland Hermann von Hamme, urkunden über die von ihnen mit der Stadt Lübeck geschlossene Sühne. 1352. Jan. 10.

Nos Johannes, Volradus, Dethleuus et Ywanus fratres dicti de Hamme, filii quondam Hermanni de Hamme, armigeri. Recongnoscimus publice per presentes, quod omnis dissensio et litis materia seu discordia quecumque, ex quacumque eciam causa quomodocumque inter honorabiles viros, dominos . . consules et ciuitatem Lubicensem, atque nos et nostros hactenus orta fuit, racione cuius inter nos impeticionem altrinsecus feceramus, placitata est ad amiciciam et in concordiam stabiliter per nos inuicem posita in hunc modum, videlicet, quod nos contra ipsos . . consules vel eorum cives aut ciuitatem Lubicensem publice vel occulte nichil mali penitus agere aut procurare quomodolibet debeamus, neque ipsi contra nos similiter, nisi nos ipsis, quando hoc facere vellemus, vel ipsi nobis, quando hoc facere vellent, quatuor integris septimanis predixerimus illud ante, dummodo eciam nos vel aliquis nostrum cum eorum proscriptis et publicis inimicis in agendo et procurando malum eorum et adnersum eos aut in publico spolio deprehensi non fuerimus, quia, si hoc, quod absit, per nos contingeret, et ipsi pro eo in huiusmodi forefactorem aut forefactores quidquam in contrarium facerent, in hoc non deberent predictam placitatam amiciciam et concordiam violasse. Et hanc prescriptam concordiam et amiciciam ita stabiliter duraturam nos vna cum nostris compromissoribus infrascriptis pro nobis et vniuersis fratribus nostris et amicis promittimus et pro-

Digitized by Google

misimus dictis dominis . . consulibus in solidum data fide, et ipsi nobis pro se et suis ciuibus promiserunt. Et nos Marquardus de Wothmolte, Johannes Stake de Ekede et Hinricus Scacke domini Wasmodi filius, armigeri, cum predictis fratribus de Hamme et pro eis dictam concordiam et amiciciam placitatam, vt prescribitur, fideliter obseruandam dictis dominis . . consulibus compromittimus bona fide. In cuius rei testimonium omnium nostrum, tam principalium videlicet quam compromissorum, sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini MCCC quinquagesimo secundo, infra octauas Epyphanie eiusdem feria quarta.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden sieben wohl erhaltenen Siegeln.

CXXXIII.

Die Ritter Marquard von Brokdorf und Lüder von Borstel urkunden über die durch ihre Vermittelung zu Stande gekommene Sühne zwischen der Stadt Lübeck und den Freunden des getödteten Marquard Struz, namentlich den Knappen Hartwich Hummersbüttel, Heine Struz, Iwan Crummendik und Hartwich Heest. 1352. Jan. 26.[1]

Nos Marquardus de Brůcdorpe et Luderus de Borstele, milites. Recognoscimus et presentibus veraciter protestamur, quod omnis dissensio seu actionis materia, inter honorabiles viros, dominos . . consules Lubicenses, ex interfectione ciuis eorum Petri dicti de Monasterio, ex vna, et ex interfectione Marquardi Struz inter ipsius amicos, parte ex altera, seu ex quacumque alia causa inter eos qualitercumque exorta, per Hartwicum Hummersbuttel, Heynonem Struz, Ywanum Crummendik et Hartwicum Heest, famulos, et per consules Lubicenses est ad stabilem amiciciam placitata et in firmam concordiam posita in hunc modum, ita videlicet, quod amici ipsius Marquardi Struz interfecti omnes, communiter vel diuisim, publice vel occulte, malum ciuitatis Lubicensis, . . consulum vel ciuium suorum post hunc diem procurare seu agere non debent, nisi, quando hoc facere velint, illud octo septimanis integris . . consulibus Lubicensibus expresse predixerint sine dolo. Quod predicti Hartwicus Hummersbutle, Heyno Struz, Ywanus Crummendik et Hartwicus Heest, famuli, necnon ego Luderus de Borstele, predictus miles, consulibus Lubicensibus, scilicet Godscalco de Warendorpe, Bernardo et Hinrico dictis Plescowen et Bernardo

1) Vgl. Urk.-B. I., 752; II., 904 und p. LXXI.

Digitized by Google

Cûsfelde, atque Hinrico Luchchowen, consulum aduocato, ipsis . . consulibus Lubicensibus et eorum vniuersis ciuibus communiter ad manus pro se ipsis et alijs eorum amicis, dicti Marquardi Struz interfecti consanguineis vniuersis, singulariter vero et nominatim pro domino Johanne Hummersbutlen, milite, Hermanno, Volrado, Hartwico et Hennekino fratribus dictis de Tralowe et Elero Modentyn, armigeris, bona fide coniuncta manu et in solidum promiserunt fideliter obseruandum, excepto tamen specialiter Henningo Struz, pro quo condicionaliter promiserunt, ita videlicet, quod, cum ipse Henninghus Struz ex alia causa sit ciuitatis Lubicensis proscriptus, si ipse hanc predictam placitatam amiciciam et concordiam factam voluerit, poterit consentire. Quam si consenserit, tunc pro eo, sicut pro se et alijs amicis suis, vt predicitur, eciam promiserunt. Si vero non consenserit, tunc pro ipso promissum huiusmodi nullum erit. Quidquid eciam istorum ipse facere voluerit, hoc predicti promissores infra quindenam a data presencium continuam ipsis dominis . . consulibus in Lubeke certitudinaliter demandabunt. Et si eam consentire et seruare non voluerit, tunc ipse in hac causa ab omnibus amicis suis separatus esse debet, et ipsum omnino relinquere debent omnes, vt, si quidquam ei per . . consules Lubicenses, ciues aut familiares seu fautores eorum infligeretur, per hoc predicta amicicia, placitata, vt predicitur, et concordata, non deberet estimari vel esse quomodolibet violata. Et econuerso eciam ipsis prenominati . . consules et eorum aduocatus similiter promiserunt, dummodo tamen predicti militares et eorum amici vel eorum aliquis in publico spolio vel cum ipsius ciuitatis Lubicensis proscriptis et publicis inimicis, vbi malum ciuitatis Lubicensis insidialiter ageretur, deprehensionem non incidant. Nam si hoc contingeret et pro eo in forefactorem talem vel forefactores . . consules, ciues aut familiares eorum aliquid in contrarium facerent, per hoc similiter predicta amicicia et concordia debet esse nullatenus violata. Ad premissa omnia nos Marquardus de Brûcdorpe et Luderus de Borstele, predicti milites, nos placitatores fuisse recognoscimus, et ad ea eciam testes sumus. Et singulariter ego Luderus de Borstele, miles predictus, recognosco, quod ego ad omnia premissa placitator fui, et eciam compromissor specialiter sum et testis. In quorum omnium premissorum testimonium nos Marquardus de Brûcdorpe et Luderus de Borstele, predicti milites, ad preces vtriusque partis sigilla nostra apposuimus ad presentes. Actum et datum anno Domini M̂CĈCL secundo, in crastino Conuersionis beati Pauli apostoli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

Digitized by Google

CXXXIV.

Rath und Zunftmeister in Magdeburg ersuchen den Rath von Lübeck um Auslieferung des abseiten der Grete von der Trave in ihrem Testamente dem Hans Stapel Vermachten. 1352. März 7.

Dominis . . consulibus in Lubeke, amicis suis.

Amicabili et sinceri seu indefessi seruiminis salute premissa. Juwe vornomen wisheit scal weten, dat ouer eyne jare, do dat sternent was in den landen, do was vor Grete von der Trauene, ichteswenne juwe medeburgheresche, dat ore God gnedich sy, in vnser stad to Magdeburgh vnde satte dar ere testamentarios by oreme sunden liue redeliken vnde rechtliken, alse herren Gheldeken, ridder, Bartold Komingh, Coppen vnder deme Ouer vnde Hannes Appold, ichteswenne vnse burgher, dat on God gnedich sy, vnde bekande vor den seluen veren vorbenomeden, dat sie schuldich were Hannese Stapel, oreme ome, vnseme burgher, seuen lodighe mark. Vortmer so gaf sie deme seluen Hannese Stapel vor den benomeden oren testamentariis, vnsen burgheren, alle dat sie lete to Lubeke by Bertramme von Molne vnde Ludeke Boytin, juwen burgheren, alse die dicken vorbescreuen vnse burgher vor vns openberliken hebben bekant. Vnde dat dat also sy, des scole gy ghentzliken sehen to vns, vnde betughen dat ok in disseme siluen breue, den wie gheghenen hebben vnder vnseme hemeliken ingheseghel, dat to rueghe an dissen bref ghedrucket is, na Godes ghebort dusent jar drehundert jar in deme twey vnde voftighesten jare, des neghesten Middeweken vor Oculi mei semper. Hir vmme so bidde wie juwe vornomen wysheit mit vlicken beden, alse wie ok vorghedan hebben, dat gy deme benomeden Hannese Stapel, vnseme burgher, behulpen sin mit juwer truwen vordernisse, dat ome dat gut volghe, vnde dot dar an, alse wie ju vnde juwen burgheren don scolden, eft es on nod were, dat wille wien jummer vordenen to allen tyden.

Consules et vnionum magistri in Magdeburgh.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

Digitized by Google

CXXXV.

Die Knappen Nicolaus Boltzendal, Lüder und Christoph von Borstel verbürgen sich für die von Elcr Bystechsee und dessen Diener Jesso von Stockmark dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1352. März 25.

Nos Nicolaus Boltzendal, Luderus et Cristoferus dicti de Borstele, armigeri. Recognoscimus | tenore presencium publice et testamur, quod pro jurata orueyda, honorabilibus viris, dominis | consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum conciuibus vniuersis facta, pro eo videlicet, quod Elerus | Bystechsee et Jesso de Stockmarke, suus famulus, qui hanc orueydam iurauerunt, per stipendiarios iam dictorum dominorum Lubicensium capti fuerant in reysa, dum Marquardus Westensee ex euentu disfortunij occidebatur, manu in manum data fide et insolidum promisimus et per presentes promittimus prelibatis dominis, consulibus Lubicensibus, et eorum conciuibus vniuersis, quod predicta orueyda per Elerum Bystechsee et Jessonem, eius famulum, et eorum consangwineos natos et nascendos debet omni dolo postergato penitus inuiolabiliter obseruari. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra vna cum sigillo Eleri Bystechsee prelibati, exquo Jesso, suus famulus, proprio sigillo caruit, ex cuiuslibet nostrum certa sciencia presentibus duximus apponenda. Actum et datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo secundo, in die Anunciacionis beate Marie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden vier Siegeln

CXXXVI.

Der Rath von Stockholm beurkundet, dass der dortige Bürger Ludwig Schreiber wegen einer Waarenforderung des verstorbenen Lübeckischen Bürgers Arnold Levendighe von dessen mit Vollmacht versehenem Sohne Heinrich Levendighe bereits vollständig quittirt worden sei, und ersucht zu veranlassen, dass die Testamentsvollstrecker des Arnold Levendighe oder sonstige Betheiligte den Ludwig Schreiber dieser Schuld halber nicht weiter in Anspruch nehmen. 1352. Apr. 30.

Viris prudentibus, famosis ac discretis amicisque suis in Deo dilectis, dominis proconsulibus et consulibus Lubycensibus, proconsules | ceterique consules Stokholmenses vere caritatis et amicicie constanciam et omni promptitudine famulatus. Constituti in nostra presencia | honorabiles viri Johannes de Loon et Lodewicus Kneuell, nostri consulatus socij predilecti, publice secundum juris ciuilis nostre ciuitatis exigenciam suis juramentis prestitis affirmarunt,

Digitized by Google

quod Hinricus Leuendighe, quondam vester conciuis, sub anno Domini MCCCXLVI ad nostram ciuitatem Stokholmensem cum mercimoniis suis peruenit manifeste, qui secum habuit litteras patentes patris sui dilecti Arnoldi Leuendighe, quondam vestri conciuis pie memorie, sub saluo sigillo ipsius Arnoldi sigillatas, videlicet extorquendi, emonendi pariter et iuris ciuilis forma subleuandi a Lodewico Scriptore, presencium ostensore, XX vasa ferri, in quibus idem Lodewicus iam dicto Arnoldo persoluere tenebatur obligatus, necnon de Hinrico Nigro, quondam nostro conciui, duo vasa foce. Et quia supradictus Hinricus Leuendighe in eisdem patentibus litteris patris sui, vt prefertur, plenam habuit potestatem firmamque facultatem super predicta bona emonenda, ordinanda, facienda ac dimittenda [habuit] satis manifeste, prout eciam prius per alios plurimos viros fidedignos ante grandem pestilenciam protestatum satis lucide esse dinoscitur coram nobis, igitur sepedictus Hinricus eundem Lodewicum Scriptorem de solucione predictorum XX vasorum ferri ac de omni secundaria monicione seu impeticione eiusdem ferri liberum, immonitum dimisit pariter et solutum in presencia prenominatorum Johannis Loon et Lodewici multorumque aliorum virorum fidedignorum presencia cum effectu manifeste. Quapropter prouidam prouidenciam vestram multarum precum instanciis instanter requirimus et rogamus, quatenus prouisores ipsius Arnoldi Leuendighe et omnes, quorum interest, ad hoc dignemini causa Dei et justicie nostrarumque precum ob respectum diligenter informare, videlicet, vt prelibatum Lodewicum Scriptorem vna cum suis fidejussoribus de solucione prius dictorum XX vasorum ferri liberum, immonitum dimittant pariter et solutum. Quod erga vos ac vestros casu consimili vel maiori requisiti beniuole cupimus promereri. Deus vos conseruet. Datum anno Domini MCCCL secundo, vigilia Philippi et Jacobi apostolorum beatorum, nostre ciuitatis sigillo sub maiori.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

CXXXVII.

Johann und Henneke Cros, so wie Henning, Radolph, Bertold und Heinrich Cros verkaufen dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck für 960 mk Lüb. Pf. näher bestimmte Hebungen aus drei Höfen mit acht Hufen im Dorfe Wangeren auf Pöl. 1352. Mai 6.

Omnibus presentem paginam[1] visuris seu audituris Johannes et Hennekinus patrui dicti Cros, Hennyngus, Radolphus, Bertoldus et[2] Hinricus fratres

1) Universis presentia. 2 2) fehlt. 2.

dicti Cros salutem in Domino et geste rei agnoscere veritatem. Presentium testimonio perpetuo recognoscimus[1] et constare cupimus vniuersis, nos de communi voluntate et consensu nostro nec non omnium aliorum proximorum heredum nostrorum, quorum consensus erant requirendi, rite et rationabiliter vendidisse et cessisse domui Sancti Spiritus in Lubeke et[2] vtriusque sexus personis domus eiusdem tres curias nostras[3] in villa Waugeren, sita in terra Pole, jacentes, ad quas octo mansi jacent, quorum mansorum quelibet curia habet tertiam suam partem pariter et quatuor kothas vulgariter kothe appellatas, quarum vna soluit viginti quatuor solidos denariorum lubicensium annuatim, quelibet vero aliarum trium tantum soluit vnam marcam denariorum monete prenotate, ita quod dictorum octo[4] mansorum coloni vnam lastam annone triplicis et equalis mensure, ordei videlicet, siliginis et auene, de quolibet manso dicte domui et personis quolibet festo Martini dabunt annuatim expedite; pariter et *eidem[5] coloni de dictis[6] bonis preter censum suum consuetum et debitum singulis annis de quolibet manso loco precarie, prout bona et libera arbitrati sunt voluntate, duas marcas denariorum lubicensium domui et personis Sancti Spiritus predictis, dimidias proxima die forensi post festum beati Martini et dimidias die forensi proxima post Epyphaniam Domini, perpetuis dare temporibus[7] debeant expedite; etiam et[8] ipsis vendidisse ac cessisse omnes precarias, exactiones, deriuationes,[9] libertates et proprietates, que vel quas in eis hactenus habuimus,[10] communiter vel diuisim, pro nongentis et sexaginta octo marcis denariorum monete lubicensis nobis integre et[11] ad voluntatem nostram persolutis et[12] pagatis[13] et in vsus nostros[14] necessarios expositis et conuersis. Quibus tribus curiis cum dictis octo mansis ad easdem jacentibus, prout nunc jacent et comprehensi sunt in eorum terminis et terminorum distinctionibus et omnibus suis attinentiis, pariter et quatuor kothis prelibatis decetero vti debent pacifice[15] cum omni jure, precariis, exactionibus, derivationibus, libertatibus, perpetuis proprietatibus et conditionibus vniuersis, prout dictas curias, mansos et kothas a strennuis, Vickone scilicet de Stralendorp[16] seniore et Vickone de Stralendorp[16] juniore, militibus, ac robustis famulis, Heynone videlicet de Stralendorp, Conrado de Plesse, Helmoldo de

1) cognoscimus. 2. 2) ac. No. 138. 3) eorum. 138. 4) fehlt. 138. 5) ijdem. 138.
6) predictis. 138. 7) t. dare. 138. 8) Die Worte von * an fehlen in 2. Vgl. S. 135 Anm. 6.
9) donationes. 138. 10) proprictates, quas in eisdem bonis hactenus habuerunt. 138. 11) fehlt. 2.
12) ac. 2. 13) lubicensis ipsi(s) ad eorum voluntatem integre persolutis. 138.
14) suos vsus. 138. 15) pacifice v. d. 2 16) Stralendorpe. 2.

Digitized by Google

Plesse Bernardo[1] de Plesse filio, Bartoldi[2] Preen de Goretze, Gosschalco[3] Preen fratre suo, et Hinrico Preen, adepta juste sumus, et sicut prenarrate tres curie cum iam dictis octo mansis ad eosdem[4] spectantibus et quatuor kothis iam dictis militibus et famulis pariter et nobis hactenus pertinuerunt, ita prefatas curias, mansos et kothas in dictam domum et personas Sancti Spiritus transferimus in hiis scriptis, ita quod ipsos liberrime et perpetue possidebunt, memoratis militibus et famulis aut eorum heredibus nihil juris vel proprietatis obtinentibus in eisdem nec in aliis eorum bonis in terra Pole situatis. Etiam nos et nostri heredes in prefatis octo mansis nihil[5] plus habere debeamus, nisi quod nos et nostri heredes ipsos colere possumus et deinde censum debitum et consuetum, vt superius est expressum, dicte domui et personis dare tunc debeamus annuatim. Et si huiusmodi agriculturam ad prefatas tres curias et octo mansos cum quatuor kothis pertinentem et spectantem vendere temptaremus aut vellemus, extunc nullis personis eandem vendere debeamus, nisi pleno et libero consensu prouisorum domus Sancti Spiritus prenarrate mediante et eandem firmiter approbante.[6] Hec omnia et singula rata et grata pari consensu tenere volentes, promittimus concorditer data fide, quod, si in premissis aut in[7] aliquo premissorum obstaculum aut aliquam impetitionem seu defectum a quocunque habuerint vel sustinuerint, nos in solidum pro eo respondere et illud disbrigare ac satisfacere teneamur, nec non ipsis huiusmodi vendita et resignata pre omnibus juri parere volentibus warandare. *Ruresusque specialiter promittimus coniuncta manu in hiis scriptis, quod, si Nicolaus Cros, patruus noster, scilicet Johannis et Hennekini Cros, ac frater noster, scilicet Hennyngi, Radolphi, Bartoldi et Hinrici dictorum Cros, domi veniret, debet dictam venditionem et resignationem per nos prefate domui et personis Sancti Spiritus in Lubeck in tribus videlicet curiis et octo mansis et quatuor kothis supratactis et duabus marcis denariorum ipsis annuatim dandis factam, vt superius est expressum, ratificare et firmiter approbare. In cuius ratificationis et approbationis euidentiam certiorem debet dicte domui et personis suas patentes et sufficientes litteras suo sigillo communitas, in quibus huiusmodi venditionem, cessionem et resignationem plenarie ratificare et appro-

1) l. Bernardi. 2) l. Bartoldo. (2.) 3) Gotzschalco. 2 4) l. easdem. (2.) 5) nil 2.
6) Hier folgt in 2: Preterea coloni dictarum trium curiarum et octo mansorum pariter et quatuor kotharum bona et libera voluntate arbitrati sunt, quod preter sensum (*censum*) suum consuetum et debitum singulis annis de quolibet manso loco precarie duas marcas denariorum lubicensium domui et personis Sancti Spiritus predictis, dimidias proxima die forensi post festum beati Martini et dimidias die forensi proxima post Epyphaniam Domini, perpetuis temporibus dare debent expedite. Vgl. S. 134. Anm 8. 7) febit. 2.

Digitized by Google

hare censeatur, conficere atque dare. Etiam si dicte domus et personarum ibidem prouisores a prefato Bartoldo postulauerint et habere voluerint, debet sepetactam venditionem, cessionem et resignationem per nos factam coram inclitis et magnificis principibus, dominis nostris, dominis Alberto et Johanne ducibus Magnopolensibus, ratificare et firmiter approbare et ibidem dicte domui et personis resignare et super huiusmodi venditionis ratificationem pariter et resignationem patentes litteras et sufficientes iam dictorum nostrorum dominorum ducum in testimonium euidens premissorum ordinare dicte domui et personis et ab ipsis procurare.[1] In quorum euidentiam certiorem et testimonium sufficiens sigilla nostra ex certa scientia nostra presentibus[2] sunt appensa. Datum et actum anno Domini millesimo tricentesimo[3] quinquagesimo secundo, Dominica, qua cantatur Cantate Domino canticum novum.

Nach einer Abschrift im Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales von 1539, fol. 90 sq. Ebendaselbst fol. 93 eine zweite Ausfertigung (2), in welcher die vorbehaltene Bestätigung des Nicolaus Cros fehlt.

CXXXVIII.

Albrecht und Johann, Gebrüder, Herzöge von Meklenburg und der Lande Stargard und Rostock Herren, bestätigen den vorstehenden Verkauf. 1352. Mai 6.

In nomine Domini amen. Nos Albertus et Johannes fratres, Dei gracia duces Magnopolenses ac terrarum Stargardie et Rostock domini. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam. Digna gesta mortalium, ne de facili in oblionem decidant, solent scripturarum testimonio perhennari. Quapropter notum esse volumus presentibus et futuris, fideles nostros dilectos, Johannem et Hennekinum patruos dictos Cros, ac Henningum, Radolphum, Bartoldum et Hinricum fratres dictos Cros, [et] eorum omnibus proximis heredibus consentientibus, vendidisse *(Das Folgende bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautend mit No. 137)* expositis et conuersis. Rursusque constare volumus vniuersis, nostros fideles et dilectos, Vickonem de Stralendorpe seniorem et Vickonem de Stralendorpe juniores,[4] milites, Heynonem de Stralendorpe, Conradum de Plesse, Helmoldum de Plesse Bernardi de Plesse filium, Bartoldum Preen de Goretze, Gotscalcum Preen fratrem eius, et

1) Die Worte von * an fehlen in 2.
2) In quorum euidens testimonium omnium sigilla nostra presentibus. 2
3) MCCC. 2. 4) l. juniorem.

Digitized by Google

Hinricum Preen, armigeros, huiusmodi venditionem, cessionem et resignationem per prenarratos nostros fideles, patrnos et fratres dictos Crôs, dicte domui Sancti Spiritus in Lubeke et personis ibidem in dictis tribus curiis cum octo mansis et quatuor kothis, vt premittitur, factam ratificasse et firmiter approbasse, dimittentes et simpliciter resignantes easdem tres curias cum octo mansis et quatuor kothis supradictis dicte domni Sancti Spiritus et ei(u)sdem personis in Lubeke cum omni eorum jure et judicio quocumque pariter et dominio eorum vniuerso, ita quod jam dicti milites nostri et famuli aut eorum heredes in sepetactis tribus curiis et octo mansis ac quatuor kothis nihil jnris et proprietatis debeant obtinere tempore affuturo. Nosque communicato consilio et consensu heredum et fidelium nostrorum dilectorum, premissa grata et rata tenentes, renuntiamus nomine nostro ac omnium heredum nostrorum penitus omni nostro jnri et eadem bona domni et personis Sancti Spiritus prescriptis per presentes conferimus in omnibus juribus, proprietatibus, libertatibus et singulis conditionibus possidenda, sicut olim nostro patri charissimo et nostris progenitoribus pertinebant, dantes insuper ipsis plenam auctoritatem ea alienandi et transferendi in quascumque personas ecclesiasticas vel seculares et ordinandi et disponendi liberrime in eis et cum eis omnia, que eorum placuerint voluntati, et que nostri progenitores in hiis disponere et facere potuerunt. Ad hec premissa et singula testes sunt nostri fideles Gotscalcus Storm, Dithleuus Negendanke, Hinricus de Stralendorpe, milites; Sabel de Helpede, Eghardus Negendaucke, Heyno Flore, armigeri, et Johannes Sume, noster capellanus, et Hermannus Walmerstorp, Johannes Dargetzouwe et Johannes Kaltzouw, nostre ciuitatis Wismarie proconsules, et quam plures alii clerici et la[g]ici fidedigni. Vt autem hec omnia et singula stabilia perseuerent, presens scriptum nostris sigillis ex certa nostra sciencia fecimus firmiter roborari. Datum Wismar, anno Domini M̂CCĈ quinquagesimo secundo, dominica, qua cantatur Cantate Domino canticum nouum.

Nach einer Abschrift im Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales von 1539, fol. 95 sq.

CXXXIX.

Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, bevollmächtigt den Heino Stüwe zur Einlösung seiner verpfändeten Kronen 1352. Jul. 14.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Magnus, Dei gracia Suecie, Norwegie et ‖ Scanie rex, salutem in Domino sempiternam. Nouerint

Digitized by Google

vniuersi, quod nos exhibitori presencium, | viro discreto Heynoni Stywe, plenam tenore presencium damus et concedimus potestatem, | coronas nostras pro pignore obligatas redimendi et redemptas ad regnum nostrum Swecie libere de partibus Alemannie deducendi. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Mastrand, anno Domini MCCCL secundo, sabbato proximo post festum Septem fratrum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CXL.

Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, bestätigt den durch seine Abgeordneten mit Lübeck abgeschlossenen Waffenstillstand. 1352. Aug. 9.

Magnus, Dei gracia Swecie, Norwegie et Scanie rex. Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino | sempiternam. Recognoscimus publice per presentes, quod nos amicabiles treugarum dies, quas illustris | dominus Albertus dux Magnopolensis, gener noster carissimus, dominus Anundus Sture, miles, et Jonas Cristinesson, | consiliarii nostri; nec non Thidericus Veregde et Johannes Ebbesson, fideles nostri, plene in hac parte mandato nostro et potestate nostra fulciti, cum honorabilibus viris, consulibus ciuitatis Lubicensis, super omnibus dissensionibus ac displicenciis inter nos et ipsos motis hactenus et subortis pro parte nostra ordinauerunt, a data presencium vsque ad proximum Penthecostes festum in omni securitate et firme pacis federe duraturas, accedente pleno consensu consiliariorum nostrorum et omnium, quorum interesse potuit, approbamus, ratificamus et presentibus confirmamus, ita videlicet, quod ipsi et eorum ciues vniersi infra prefinitum tempus possint omnia regna nostra, Swechiam videlicet, Norwegiam ac Scaniam, et alia quecunque dominia nostra secure visitare, inibi moram facere et suas mercaturas libere excercere et secure recedere, quando et prout ipsis melius fuerit oportunum, omnibusque suis juribus, libertatibus et omnibus consuetudinibus libere et pacifice frui debent, sicut hactenus eis frui liberius consueuerunt in omnibus regnis nostris; et vsque tunc eciam omnia stabunt amicabiliter, sicut vsque nunc steterunt. Quas quidem treugarum dies pro nobis et pro omnibus, qui mandatis nostris astringuntur, nec non pro omnibus ad voluntatem nostram facere seu omittere volentibus, promittimus obseruari. Si qui eciam suorum bonis suis priuati, arrestati aut capti essent a nostris occasione

Digitized by Google

predictarum dissensionum, illos et eorum bona continuo dimitti volumus et absolui. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo triscentesimo quinquagesimo secundo, in vigilia beati Laurencii martiris gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel und Rücksiegel.

CXLI.

Der Rath von Lübeck gelobt dem Könige Waldemar IV. von Dänemark freies Geleite in der Stadt Lübeck und deren Gebiet bis zu kommenden Pfingsten und nimmt in diese Zusage die Freunde des Marquard Westensee, die Gebrüder Breide, auf. 1352. Aug. 9.

Wy radmanne der stad to Lubeke.

Bekennen openbar in desseme breue, dat wy gheloued hebben deme edelen vorsten vnd heren, Woldemar koninghe to Denemarken,

eynen ganzen velighen dach vor vs, vor vse borghere vnd vor alle de, đe dor vsen willen don vnd laten willen, wente to Pinghesten, de neghest komende is, de ver hilghen daghe vt, twischen eme vnd alle den sinen vnd vs vnd alle den vsen,

aller weghene in ganzzer velicheit to wesende,

Wy borgermestere, ratlude, borgere vnde de gemeinheit der stat tû Lubeke. Bekennen vnde betughen openbar in dessem breue, dat wi ghelouet hebben den edelen vnde hoghborn fursten vnde heren, heren W. konighe tû Dennemarken, vnde allen den sinen eynen gantzen veylighen dach vor vns vnde vor di vnse vnde vor alle, di dorch vns dûn vnde laten willen, wente tû Pingesten, di neghest komende is, di vir hilghen daghe al vt, also dat he vnde sine veylich komen moghen in vnse stat vnde ghebiet, vnde war wi ghewaldich sin, tû lande vnde tû watere, war se ghewerf hebben, vnde dat he vnde di sine in vnse stat tû Lubek, in vnse hauen vnde in vnsen ghud, dar wi bede ouer hebben, bi allem rechte, dar he vnde sine olderen recht tû hebben, bliuen scolen vnde aller weghen veylich tû wesende vor vns vnde vor vnse vnde vor alle, di dorch vns dûn vnde laten

Digitized by Google

ane de in vser stad vnd in vseme richte vorvestet vnd vredelos sin. Vortmer scholen in dessen daghen wesen

Marquard Westensees vrund, de in des vorbenomeden heren des koninghes breue, den he vs wedder ghenen heft, bi namen ghescreuen sin. Datum anno Domini MCCCL secundo, in vigilia beati Laurencij martiris, sub nostro sigillo in testimonium premissorum.

willen, sunder di in vnse stat voruestet vnde vredelos sin. Vortmer nimt he in sinem daghe, di hir na bescreuen stan met namen in dessen breue, Marquar(d) Westenses vrunt, alse Hartwich, Clauus vnde Helrich brodere, di Breyde ghenant sin. In cuius. Datum etc.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Reste des Stadtsiegels. Ebendaselbst der daneben abgedruckte Entwurf zu einem bündigeren Geleitsbriefe, auf Papier.

CXLII.

Entwürfe zu entsprechenden Geleits-Gelöbnissen des Königs Waldemar IV. von Dänemark. O. J. (1352.)

Wy Woldemar van Godes gnaden etc.[1] Bekennen openbar in dessen breue, dat wy gheloued hebben den beschedenen luden, radmannen vnde der ganzzen menheit der stad to Lubeke, eynen ganzzen velighen dach vor vs vnde vor de vse vnde vor alle de, de dor vsen willen[2] don vnde laten willen, wente to Pinghesten, de neghest komende is, de ver hilghen daghe vt, alsus dane wys,[3] dat se binnen desser tid moghen velich soken vse ryke to lande vnde to watere, ere kopenscap vnde ere werf to weruende vnde bi aller olden vriheit vnde rechtecheit to bliuende vnde aller weghene velich to wesende vor vs vnde vor den vsen[4] vnde vor alle den, de[5] dor vs don vnde[6] laten willen, ane[7] de in vseme rike vorvestet vnde vredelos sin. Vortmer neme wy in vse daghe Marquard Westensees vrund, de bi namen[8] in dessen breue screuen sint etc. Datum etc.[9]

Nach den beiden Entwürfen auf der Trese: a) auf einem schmalen Pergamentstreifen, b) auf Papier. Die wesentlichen Abweichungen des zweiten sind unter dem Text angegeben.

1) eyn konigh der Denen vnde der Wende. 2) dorch vns. 3) di virgelge dagh vt, also.
4) vor vnse. 5) vor alle, di. 6) fehlt. 7) sunder. 8) binant.
9) sint, alse Hartwich, Clauus vnde Helrich brodere, di Breyde ghenant sin. In cuius. Datum etc.

Digitized by Google

CXLIII.

Johann III., Heinrich II., Nicolaus und Adolph VII., Grafen von Holstein und Stormarn, urkunden über ein mit der Stadt Lübeck auf zwei Jahre eingegangenes Bündniss. 1352. Aug. 29.

Nos Johannes, Hinricus, Nicolaus et Adolphus, Dei gracia Holtsacie et Stormarie comites. Recognoscimus per presentes publice protestando, quod nos ‖ çum honorabilibus viris, . . consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum vniuersis ciuibus firme confederacionis placitanimus seu fecimus amicabilem ‖ vnionem, ita videlicet, quod a data presencium vsque ad proximum Penthecostes festum et ab eodem proximo Penthecostes festo vltra per biennium ‖ continuum integrum nullas omnino gwerras coniunctim vel diuisim contra ipsos mouere seu habere volumus nec debemus, malum quoque ipsorum infra prefinitum tempus nullo modo scire debemus nec facere nec quomodolibet procurare, ymmo pocius melioris eorum et profectus conscij esse debemus, ipsosque, vbicumque et quomodocumque poterimus, honorare volumus et beningniter promouere, quod ipsis data fide nostro promisimus et promittimus in hijs scriptis fideliter obseruandum, inclito domino nostro, domino Magno Suecie rege, dumtaxat excepto, cui, si inter ipsum et ciuitatem Lubicensem gwerras esse seu fieri contigerit, deastare seu deficere non valemus, saluis nichilominus ipsis . . consulibus et ciuitati Lubicensi prinilegijs suis omnibus et eciam iure suo, in quibus ipsis per hec placita nequaquam volumus derogari. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex iussu nostro presentibus sunt appensa. Testes sunt strenui viri Marquardus de Wisch, Marquardus de Brocdorpe, Hinricus de Reuentlo, Luderus de Ouwe, milites; Ludolfus de Schinkele dictus Bredehals, Otto de Wensine, Wulfo de Pogghewisch et Heminghus de Siggem, armigeri, et plures alii fide digni. Actum et datum Lubeke, anno Domini MCCCL secundo, die Decollacionis sancti Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden Siegeln der Grafen Johann und Nicolaus; von den beiden andern sind nur noch die Pergamentstreifen vorhanden.

Digitized by Google

CXLIV.

Johann III., Heinrich II. und Nicolaus, Grafen zu Holstein und Stormarn, versichern, dass sie bei einem zwischen dem Könige von Schweden und der Stadt Lübeck etwa entstehenden Kriege sich dessen gütliche Beilegung angelegen sein lassen wollen. 1352. Aug. 29.

Nos Johannes, Hinricus et Nicolaus, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comites. Recognoscimus per presentes publice protestando, ‖ quod nos honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, diximus hoc et promisimus firmiter obseruandum: Si infra ‖ tempus, quo ipsis confederati sumus, videlicet a proximo festo Penthecostes vltra per bienniim continuum integrum, ‖ aliquas racione dissensionis, que inter inclitum dominum nostrum, dominum Magnum Suecie, Norwegie ac Scanie regem, et ipsos vertitur seu verti poterit, guerras esse aut fieri vtrimque contigerit inter ipsos, quod nos ex parte dicti domini nostri, regis ipsius, plenum posse habere et sue cause potentes esse volumus in amicicia vel in ire. In cuius rei testimonium sigilla nostra de mandato nostro certo presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̄CĈCL secundo, die Decollacionis beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln, von welchen das des Grafen Johann (= No. 143) in seinem obren Theile zerstört, das des Grafen Heinrich nur in der Umschrift verletzt, das dritte (= No. 143) völlig erhalten ist.

CXLV.

Heinrich II und Nicolaus, Grafen von Holstein und Stormarn, versprechen, zur Auslösung des Schlosses Segeberg dem Rathe von Lübeck 2000 m̄ Silbers, und zwar zuerst nächste Ostern und dann jede folgende Weihnachten 500 m̄, zurückzuzahlen. 1352. Aug. 29.

Nos Hinricus et Nicolaus fratres, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comites. Recognoscimus per presentes publice protestando, quod nos et heredes nostri tytulo veri et iusti debiti ex parte castri Segheberghe contracti veraciter solnere tenemur honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, ad sue ciuitatis et ciuium suorum vsum duas seu bis mille marcas puri argenti ponderis lubicensis, de quibus duabus milibus marcis ipsis in proximo festo Pasche quingentas marcas puri argenti lubicensis ponderis dare

Digitized by Google

et indubitanter persolvere debemus et volumus expedite, et ex hinc in festo Natiuitatis Domini dicto festo Pasche continuo iterum quingentas marcas puri argenti, et iterum ex hinc in festo Natiuitatis Domini ultra ad annum continuum quingentas marcas puri argenti, et sic deinceps in quolibet festo Natiuitatis Domini continue computatis *(sic)* quingentas marcas puri argenti ponderis lubicensis, quoadusque ipsis predictam summam pecunie, scilicet duas seu bis mille marcas puri argenti, plene in amicicia persoluerimus et ex toto. Quod ipsis data fide nostra promisimus et promittimus in hijs scriptis fideliter obseruandum. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex iussu nostro presentibus sunt appensa. Vnde' et nos Marquardus de Wysch, Marquardus de Brûcdorpe, milites; Ludolfus de Schinkele dictus Bredehals, Godscalcus Wildberch, Hinricus de Brûcdorpe, dicti domini Marquardi de Brûcdorpe filius, necnon Hinricus et Hartwicus, quondam filij domini Hinrici de Brûcdorpe militis, armigeri, de consensu et plena voluntate dominorum nostrorum predictorum coniuncta manu ad nos accepimus castrum Segheberghe cum dominio et omnibus appertinencijs suis, a dictis dominis consulibus Lubicensibus nobis presentatum, fideliter custodiendum, ideoque ipsis eciam ecouuerso data fide nostra promisimus in solidum iuncta manu, et honoris nostri sub obtentu ipsis promittimus in hijs scriptis: Si in aliquo prescriptorum terminorum pecunie tunc soluende ipsis solucio per dictos dominos nostros neglecta fuerit uel quomodolibet retardata, quod tunc statim, postquam ipsi . . consules nos super eo requisuerint, infra tres septimauas continuas sine ampliori internallo seu dilacione, nos castrum et dominium Segheberghe cum omnibus appertinencijs suis ipsis representare debemus ipsosque ad hoc potestificare et sine omni dolo plene fortificare, ita quod possint dictum castrum sine omni impedimento ad se recipere expedite et viris armatis validis pro voluntate sua munire, cibarijs quoque prouidere et omnibus alijs necessarijs requisitis. Et si ex nobis quempiam mori contigerit ante solucionem predicte summe pecunie II^{m} marcarum parciaiiter uel in toto, extunc nos, qui superuixerimus, infra quindenam continuam, postquam a dictis consulibus super eo requisiti fuerimus, sine omni dilacione et quacunque occasione pro illo defuncto alium promissorem ad premissa eque dignum statuere tenebimur, talem scilicet, in quo ipsi consules voluerint contentari. In quorum omnium euidens testimonium vna cum sigillis eorundem dominorum nostrorum predictorum sigilla nostra ex certa sciencia et voluntate nostra bona presentibus sunt appensa. Testes sunt Hinricus de Reuentlo, Luderus de Ouwe, milites; Otto de Wensine, Wulfo de Pogghewisch et Hin-

Digitized by Google

ricus de Siggem, armigeri, et plures alij fide digni. Actum et datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo secundo, die Decollacionis sancti Johannis Baptiste.

Nach einem auf der Trese bewahrten Vidisse des Erzbischofes Fromold von Riga, d. d. Lubeke 1363, Sept. 7. (prof. Natio. Marie), mit anhangendem Siegel desselben.

CXLVI.

Johann Boytin (Geheimschreiber des Grafen Johann III. von Holstein) beurkundet, dass der Rath von Lübeck dem Grafen gestattet habe, die Wiedereinlösung seines von ihm an Lübeck verpfändeten Oldesloer Zolles aus dem jährlichen Ertrage desselben zu beschaffen. 1352. Aug. 29.[1]

Witlik si alden genen, de dissen brif seen, horen edder lezen, dat ich meyster Johan Boytin, eyn domhere tů Lubeke, hebbe ghedheghedynghet van des eddelen heren, grene Johannes van Holsten, weghene, dat em Got gnedich

1) Der am 1. Febr. 1340 an Lübeck verpfändete Zoll sollte im Falle der Nichtwiedereinlösung nach 10 Jahren verfallen sein. Lüb. Urk.-B. II., 695. Ein bei Ablauf dieser Frist geschlossener neuer Vertrag, dessen die obige Urkunde gedenkt, findet sich nicht vor. Dagegen beweisen die in den Kämmereibüchern der Stadt bis 1387 verzeichneten Zollintraden, dass wenigstens bis zu diesem Jahre der Zoll von Lübeck erhoben ward. Ebendaselbst steht verzeichnet: Nos computauimus cum Hinrico vpper Hude, theolonario in Odeslo, anno MCCCLIX, crastino Assumpcionis Marie, et comes Holtzacie de dicto theoloneo manebit V^{or} et I marcas nobis obligatus.

Eingenommen wurden von Anfang an, wobei die Urk.-B II. mitgetheilten Angaben zur völligen Uebersicht und Ausgleichung einiger Unregelmässigkeiten und Versehen in der Berechnung nochmals wiederholt werden mögen:

1340 . . . 88 ℔ — ß	1352 . . . 70 ℔ 9 ß	1364 . . . 21 ℔ 2 ß	1376 . . . 16 ℔ — ß
1341 . . . 31 „ — „	1353 . . . 78 „ 2 „	1365 . . . 32 „ 4 „	1377 . . . 38 „ — „
1342 . . . 13 „ — „	1354 . . . 48 „ 8 „	1366 . . . 49 „ 2 „	1378 . . . 40 „ — „
1343 . . . 14 „ 8 „	1355 . . . 41 „ — „	1367 . . . 36 „ 14 „	1379 . . . 15 „ — „
1344 . . . 31 „ — „	1356 . . . 32 „ 2 „	1368 . . . 31 „ — „	1380 . . . 16 „ — „
1345 . . . 69 „ 2 „	1357 . . . 25 „ — „	1369 . . . 41 „ — „	1381 . . . 20 „ — „
1346 . . . 62 „ 6 „	1358 . . . 42 „ 8 „	1370 . . . 30 „ 12 „	1382 . . . 40 „ — „
1347 . . . 15 „ 2 „	1359 . . . 33 „ 12 „	1371 . . . 40 „ — „	1383 . . . 26 „ 8 „
1348 . . . 95 „ 13½ „	1360 . . . 26 „ — „	1372 . . . 24 „ — „	1384 . . . 25 „ — „
1349 . . . 56 „ 13 „	1361 . . . 40 „ 14 „	1373 } . . . 44 „ — „	1385 . . . 19 „ 13 „
1350 . . . 61 „ 9 „	1362 . . . 38 „ 8 „	1374 }	1386 . . . 60 „ — „
1351 . . . 76 „ 7 „	1363 . . . 43 „ — „	1375 . . . 25 „ — „	1387 . . . 76 „ — „

Zum letzten Jahre ist beigefügt: Item dedit theolonarius IIII marcas ad prebendam comitis Holtzacie (Urk.-B. II., 36. 501 S. 454. 1098 S. 1059 u. 1077); und in Bezug auf diese Präbende steht seitwärts die Notiz: Sciendum, quod dominus Johannes Niehur prosequtus est cum iusticia VIII marc. ex parte domini Jacobi canonici de suis redditibus duorum annorum, videlicet quolibet anno IIII marc. — Der Zöllner erhält im ersten Jahre 3 ℔, von 1346 an 2½ ℔ jährliche Vergütung, oder, wie es seit 1352 lautet, 4 aurati (à 10 ß). 1350 bekommt er demgemäss für ein Halbjahr 1 talentum (= 1 ℔ 4 ß), 1358 (vielleicht für denselben Zeitraum) 2 aurati, 1387 2 ℔. Der oben genannte Hinricus ist 1360, wo zu Thome seine Wittwe abliefert, verstorben. 1361 und 1362 heisst der Zöllner Nycolaus Peperkorn.

Digitized by Google

si,[1] also vmme den tollen tû Odeslo, ‖ den de vorbenomede here mit wlborth synes rades heft vorzeed den erliken heren, dem rade van Lubeke, vor souenhundert ‖ mark lubescher pennynghe, dar vor scolen se alle iar vpboren van deme suluen tollen souentic mark lubesch. Were dat em gynech brake worde inden souentic marken, dat scolen se tûdem houetstole rekenen, alse de breue vtwyzet, de de vorbenomede greue Johan van Holsten heft bezeghelet den vorbenomeden heren van Lubeke bouen disse breue, also se vtwizet. So hebbe ich, meyster Johan Boytin vornomet, dem eddelen heren, greue Johanne, vnde synen waren eruenden van gnaden vnde van svnderliker vrvnscap vnde leue der heren van Lubeke to ghedheghedynghet eyne erlike vnde vruntlike gunst in al dusker wyze, dat de heren van Lubeke mit willen ouergheuen vnde van gnade, dat se willen quit rekenen vnde afslan van iare tû iare indem vorscreuen summen, also in souenhundert marken, wat se entfanghen edder vpboren, edder gement van erer weghe, van dem vorbenomeden tollen, dat willit se dem vorscreuen heren tû gûde dôn also langhe, wen em ere souenhundert mark van iare tû iare wedder van dem tollen betalet werden, svnder gynegher hande helpe rede edder vordel. So scolen de heren van Lubeke dem erliken heren edder synen erfnamen wedder antwerden den tollen mit breuen quit vnde vrij svnder hynder vnde vptoch. Desse dheghedynghe schach vppe dem nygen rathuze tû Lubeke, in der jewardicheyt des erbaren heren, greuen Hynrikes van Holsten, her Marquart Broctorpes vnde vele anderer erbaren luden, vnde der heren van Lubeke, de dar dheghedyngheden van des ganzen rades weghene, also ich wol loue, dat id screuen sta in der stat scultboke tû Lubeke, vnde och de breue der vorbyndynghe konyngh Magnus van Sweden vnde der heren van Holsten de suluen tith wol vtwyzet. Desset is gheschen na der bort Godes, alse ich es my vordenke, duzent drehundert vnde twevndeviftic iar, in svnte Johannes daghe, alse he koppet wart. Tû eyner tucghenisse desser vorscreuen dynk hebbe ich myn inghezeghe(l) hir vorhenghet.

Nach dem Originale im Kanzlei-Archive zu Kopenhagen. Das anhangende elliptische Siegel, von welchem unten ein kleines, oben ein gröseres Stück zerstört ist, zeigt im gothischen Bogen einen stehenden Heiligen mit dem Schwerte; darunter einen kleinen längsgetheilten Schild, welcher rechts eine halbe Lilie, links drei Sterne aufweist. Umschrift: .MGRI I.... BOYTI. GAR.... RV(?)...

1) Dieser Zusatz weist auf den Tod des Grafen († 1359) hin. Das obige Zeugniss ist also lange nach dem angeblichen Vorfall ausgestellt, wie auch die Aeusserungen: *also ich wol love, alse ich es my vordenke* andeuten. Es erscheint deshalb wenig zuverlässig: im Lübeckischen Archive findet sich nichts zu seiner Bestätigung.

Digitized by Google

CXLVII.

Der Knappe Volrad Langelow nebst seinem Sohne Marquard bekennt, dass er von dem St. Johannis-Kloster in Lübeck in Betreff zweier Forderungen, die er wegen bezahlten Wergeldes für einen Getödteten als ehemaliger Vogt des Klosters an dasselbe gehabt habe, vollständig befriedigt sei. 1353. Mai 5.

Vniuersis presentes nostras litteras visuris seu audituris ac omnibus et singulis, quorum interest seu interesse poterit in subscriptis quomodolibet in futurum, nos Volradus Langelowe et Marquardus Laughelowe, eius filius, armigeri, morantes in parrochia Blekendorpe in villa Kûckole Lubicensis dyocesis, notum facimus ac publice protestamur, quod omnis controuersia, dissensio, actio et inpeticio, que fuit et esse potuit seu poterit inter nos et nostros heredes, propinquos et amicos, parte ex vna, ac reuerendas et religiosas dominas, abbatissam, sanctimoniales, conuentum et monasterium sancti Johannis ewangeliste in Lubeke, ac earundem dominarum et monasterij prouisores, parte ex altera, super quinquaginta marcis denariorum lubicensium, quas a prefatis abbatissa, monialibus, conuentu et monasterio ego Volradus pecij michi et meis veris heredibus restitui et exsolui occasione cuiusdam occisi eo tempore, quo ego fui in seruicio et aduocatus dominarum abbatisse

Digitized by Google

et conuentus ac monasterij predictorum, et quas ego Volradus pro predicto occiso heredibus et amicis predicti occisi exposui et exsolui, necnon super duodecim marcis eorundem denariorum, quas ego similiter pecij ab eisdem michi restitui pro quibusdam rebus et suppellectilibus combustis, mediantibus, presentibus et tractantibus venerabili patre et domino, domino Bertrammo episcopo Lubicensi, ac honestis famulis Godscalco alias dicto Keygen de Rantzowe et Woldemaro alias dicto Breydeken de Rantzowe, et de consensu honorabilium virorum ac dominorum, dominorum Johannis de Plescowe et Bernardi de Cusuelde, consulum dicte ciuitatis Lubicensis, prouisorum dominarum et monasterij predictorum, totaliter fuit et est finita et terminata, ac nobis Volrado et Marquardo predictis plenarie satisfactum, sic quod nos nomine nostro et omnium heredum nostrorum et amicorum predictas dominas, abbatissam, moniales, conuentum et monasterium, ac prouisores eorundem ab omni inpeticione et actione super premissis, vel eciam quomodocunque nobis seu nostris heredibus competentibus, dimisimus et dimittimus penitus quitos, liberos ac absolutos, renunciantes expresse in, pro et super premissis nomine nostro et omnium heredum nostrorum excepcioni doli mali, rei non sic geste, non numerate pecunie, actioni in factum, condicioni sine causa, beneficio restitucionis in integrum et omnibus aliis excepcionibus et defensionibus iuris canonici et ciuilis, pretextu quarum predicta possent seu poterunt aliquatenus inpugnari seu viciari. Promisimus insuper et presentibus promittimus in hiis scriptis bona fide pro nobis et nostris heredibus abbatisse, monialibus, conuentui et monasterio ac prouisoribus predictis, premissa omnia et singula nos velle perpetuo tenere et obseruare et in nullo contrauenire de iure vel de facto. Ceterum publice et expresse recognoscimus, quod abbatissa, moniales et conuentus ac prouisores predicti in, pro et super premissis et premissorum occasione vigintiquinque marcas eorundem denariorum, quas eisdem de retentis soluere tenebamur, nobis et nostris heredibus benigniter remiserunt. In quorum omnium euidens testimonium sigilla nostra vna cum sigillis domini episcopi Lubicensis et famulorum predictorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke in aula episcopali, anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, in die Inuencionis sancte Crucis, presentibus domino episcopo et famulis supradictis. Et nos Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Lubicensis, et Godscalcus alias dictus Keyge et Woldemarus alias dictus Breydeke de Rantzowe, fratres, premissa omnia et singula protestamur vera esse et sic per nos fore amicabiliter de consensu parcium et prouisorum predictorum ordinata

Digitized by Google

et placitata. Et ideo sigilla nostra vna cum sigillis Volradi et Marquardi, famulorum predictorum, presentibus litteris ad perpetuam firmitatem sunt appensa. Datum et actum anno, die et loco, quibus supra.

Nach dem Originale im Archive des St. Johannis-Klosters, an welchem das Siegel des Bischofs Bertram vom Bande abgesprungen ist, die vier andern wohl erhalten hangen.

CLXVII.

Lüder von Borstel berichtet an den Rath zu Lübeck über einen durch dessen Diener Schiphorst und Stalbuk auf seines Vaters Hof verübten räuberischen Anfall. O. J. (1353.)

Ex parte Luderi de Borstelde.

Yve breue hebbe ich wol vorstan. Gy scole weten de sake. Schiphorst vnde Stalbuc myt eren hulperen de villen in mines vader(s) hof to dem Borstele vnde nemen mynem vader vnde my wol dre hundert march wart gudes vnde drenen dat gut in to Zegheberge, vnde dar bûten se den rof vnde dat gut vnde reden wedder in yvwe stat. Vnde dat claghede myn vader dicke vnde vele, vnde vns dar nycht likes vor scen mochte. Vnde dat ich wol biwisen mach myt ridderen vnde myt knapen, dat it war is. Wol gy my noch wat likes dar vmme don, dat wol ich gherne nemen.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, presentetur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.

CLXVIII.

Ritter Lüder von Borstel (der Vater) klagt bei Bischof Bertram von Lübeck, als erwähltem Schiedsrichter in derselben Angelegenheit. O. J. (1353.)

Reuerendo in Christo patri ac domino suo preamando, domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, dominus Luderus de Borstele, miles, se beninolum et paratum ad omnia genera mandatorum. Withlich si iw, dat dit is de sculth, de ich den ratmannen tho Lubeke gheue, dat se my myne vigande[1] vntholdeth, Sciphorste, de se[2] reth[3] vth hereme[4] slothe tho Zegheberghe, vnde reth[3] weder[5] in tho Lubeke, also ich des the an heren vnde an ghode lude.

1) mynen vigande. 2. minen vigend. 3. 2) i. de de. 3) reeth. 3. 4) ereme. 3. 5) welder. 3.

Digitized by Google

dat se ene noch hebben, vnde vordeghedyughen, de mi hefft[1] gheroneth ane sculth vnde ane broke. Here, des rechtes byn ich tho iw ghegan, vnde bidde iw, des seghet my dar vmme, wat eyn rech[2] is.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel. Ebendaselbst eine gleichzeitige Abschrift (2); eine zweite ist aufgenommen in No. 170 (3).

CLXIX.

Verantwortung der Lübecker auf die Klage des Ritters Lüder von Borstel. O. J. (1353.)

Venerabili in Christo patri ac domino, domino Bertrammo, ecclesie Lubicensis episcopo, consules ciuitatis Lubeke sincero cum affectu omnigene seruitutis continuam firmitatem. Here, vppe de claghe, de her Luder van Borstele, ridder, ieghen vs settet, dar antwerde wy alsus tho: To dem ersten male, dat he claghet, dath Eggherd Schiphorst reth van vseme slote tho Zegheberghe, dat do vse pand was, vnde reth wedder in tho Lubeke, dar antwerde wy alsus tho, dath wy Eggherd Schiphorste hir vmme hebben[3] schuldighet vor vns. Des sprekt he, dat he des nicht van vseme slote tho Zegheberghe, vnde wedder in tho Lubeke hebbe ghedan, vnde des wil he sich vntsegghen vnde ledeghen alse en bedderue man vor heren vnde vor allen ghoden luden, alse he van rechte schal, dat des nicht en is. Vortmer, vmme dat he vs schuldighet, dath wy den suluen Eggherd entholdit vnde vordeghedinghet, dar antwerde wie also tho, dath wie en deme suluen her[4] Ludere tho ninen voruanghe edder scaden hebben entholden edder noch don, vnde ok, do he an[5] vseme denste was, eme nenen scaden heft ghedan, noch, de wile he in vseme denste is, ieneghen schaden don schal. Hir vmme, schulle wie hir bouene icht don, dat wie van rechte don schullen, dat wie desser stucke rades vnde dades vnschuldich syn, dath wille wie gherne don. Schulle wie ok Eggherde van rechte *laten, wie willen ene gherne[6] laten. Schulle wie ok ene van rechte byholden,[7] so wille wie ene beholden.[8] Here, des rechtes sint wie tho iw gheghan, vnde bidden iw, dat gy vns dar vmme segghen,[9] wath en recht is.

Nach der in No. 170 aufgenommenen Abschrift. Auf der Trese befinden sich noch ein durchcorrigirter Entwurf (2) und eine unbeglaubigte Abschrift derselben Verantwortung (3).

1) heft. 3. 2) recht. 2. 3. 3) hebbet. 3. 4) hern. 2. 3. 5) in. 2. 3.
6) fehlt. 2. 7) beholden. 2. 3. 8) Die Sätze sind in 2 so corrigirt, wie sie oben stehen, es hiess dort aber ursprünglich von * an: laten edder enthalden, dat wille wie gherne dün. 9) segghet dar vmme. 2. 3.

Digitized by Google

CLXX.

Bischof Bertram von Lübeck giebt ein schiedsrichterliches Urtheil in der Klage Lüder's von Borstel gegen Lübeck. 1355. Mai 14.

Dith is de claghe her Luderis van dem Borstele: *(Folgt No. 168).*
Dith is dat antwarde der heren van Lubeke: *(Folgt No. 169).*
Dith is dat recht, dat wy, bischop Bertram, spreken vp desse vorsprokene claghe vnde antward:

Wy Bertram, van der gnade Ghodes byschop tho Lubeke, vmme de schuldinghe des erliken ridderis her Luderis van den Borstele vnde vppe dat antwarde der acbaren heren van Lubeke, al so hir bouen screuen steyt, des se an beydent siden syn tho vns gheghaen, na anwisinghe des eddelen vorsten, herteghen Erikes des alden van Sassen, so spreke wy dit vor en recht: Schuldeghit de erlike ridder, her Luder van den Borstele, der van Lubeke slot, de[1] moten sy vntledeghen. Schuldeghit he ere brod, al so dat id vth eren brode scheen sy, vnde dar wedder in, sy mothen id vntledeghin. Went sy sich hir af vntledeghit hebben, schuldeghit he denne Eggherd Schiphorste wor vmme, des schal he sich vntledeghen mith rechte. Deyt he dat, so moghen ene de van Lubeke vntholden. Deyt he des nicht, vnde vntholden sy ene dar vntbouen, so doen sy eme vnrecht. Tho ener bytughinghe, dat wy dit spreken vor en recht, gheue wy iw, heren van Lubeke, dessen bref vnder vnseme ingheseghele. Dith is gheschen tho Lubeke, na deme iare van Ghodes bord dusent dre hundert an deme dre vnde vifteghesten iare, des Dinchsedaghes tho Pinxsten.

Nach dem auf der Trese befindlichen Originale, mit anhangendem Siegel.

CLXXI.

Urfehde der Knappen Claus und Kay von Rantzau, Bertram Rode, Volquin Partzow, Waldemar Breyde, Heinrich, Herrn Johann's Sohn, und Heinrich, Heinrich's Sohn, genannt Riksdorf, Eckard Loyow, Heinrich und Tymme Meinersdorf und Iwan Sandberg. 1355. Mai 14.

Vy Clawes vnde Keye gheheten van Rantzowe, Bertram Rode, Volcquin Partzowe, Woldemer Breyde, Hinrik her Johannessone vnde Hinrik Hinrikessone gheheten van Rickstorpe, Egghert Loyowe, Hinrik Meynerstorpe, Tymme syn sone vnde Ywan Santberch, knapen. Bekennen vnde betughen openbare

1) l. dat. Es hat ursprünglich slote dagestanden.

Digitized by Google

in desseme ieghenwardighen breue, dat wy entrûwen ghelouet hebben den erbaren mannen, den ratmannen der stad tû Lubeke, vnde eren menen bûrgheren vnde al den ghenen, den it anroren mach, vser eniewelik vor den anderen vnde myt ener samenden hant, ene gantze stede orueyde, alse van der vanghenschop weghene, dar se vns inne hadden, de tûholdene vor vns, vor al vnse vrûnt vnde vor al de ghene, de dor vns dôn vnde laten willen, vor boren vnde vor vngheboren, sunder ienegherleye arghelyst. Dat wi al desse vorschreuene stûcke stede vnde vast holden willen vnde nûmmer vp saken willen noch nemant van vnser weghene, dat hebbe wy ghelouet den vorbenomeden ratmannen vnde lonen en by vnsen truwen in desser ieghenwardighen schrift. Vnde tû merer betûginghe, so hebbe wy alle vnse inghe-seghele tò desseme breue ghehenghet, de gheschreuen is tû Lubeke, na Godes bort dritteynhûndert jar in deme dre vnde veftyghesten jare, des Dinghesdaghes tû Pinxsten.

Nach dem Originale auf der Trese. Von den angehängten 11 Siegeln sind alle erhalten bis auf die beiden letzten des Tymme Meinersdorf und Iwan Sandberg, von welchen nur die Bänder noch übrig sind.

CLXXII.

Die Brüder Detlev und Heinrich von Grönau verkaufen dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck alles Land vom Scheideberg zwischen Grönau und Falkenhusen bis Blankensee nebst dem Torfmoor und dem Barenbrok für 220 mk lüb. Pf. unter Vorbehalt des Wiederkaufs. 1353. Mai 16.

Vniuersis presencia visuris[1] Detlenus et Hinricus, fratres et filij domini Volcmari de Gronow militis, salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus | et constare volumus vniuersis, nos de communi voluntate et consensu nostro necnon omnium proximorum heredum nostrorum, quorum consensus erant requirendi, domui Sancti Spiritus | in Lubeke, videlicet dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Voorraath, prouisoribus, . . magistro et fratribus domus eiusdem, pro ducentis et viginti[2] marcis | denariorum monete lubicensis[3] nobis integre et ad voluntatem nostram persolutis et pagatis et in vsus nostros necessarios expositis et conuersis rite et racionabiliter vendidisse omne illud, quod est situatum a principio montis distinctiui, quod proprie dicitur eyn scheydelberch, qui mons dudum ante ista tempora fuerat inter bona curie Valkenhusen et bona nostra et nostrorum progenitorum de Gronow mons separans et distingwens, quique eciam mons est ante quandam paludem,

1) visuris seu audituris. 2) trecentis. 3) lubicensium.

Digitized by Google

quod dicitur eyn môr, de qua cespites fodiuntur, situs et locatus, que eciam palus de Wokenitza a bonis Sancti Spiritus, videlicet dicte curie Valkenhusen, versus hospitale Gronow vsque prope stagnum, quod dicitur Blankensee, se extendit, pront omnes illi montes distinctini, qui sunt intermedij inter primum montem distinctiuum supratactum et dictum stagnum Blankensee semper ab vno monte ad alium transeundo, docent euidenter et ostendunt; item, quod est a dicto stagno Blankensee vsque ad crucem lapideam, videlicet vbi jus terminatur Lubicense, sicut terminorum distinctio villarum, scilicet Blankensee et Gronow, per publicam viam et per montes ibidem circumiacentes probat et demonstrat. Omne igitur, quod est inter ista iam pretacta et in ipsis comprehensum, vt videlicet precipue illa ligna dicta Barenbrôk, et sicut totum supratactum ad curiam Valkenhusen se vertit et extendit, siue hoc sit in agris cultis et incultis, pratis, pascuis. paludibus, lignis omnibus et rubetis, cespitibus, aquis aquarumque decursibus, vijs et invijs, exitibus et regressibus, ac terminorum distinctionibus, ut nunc iacent et sunt comprehensa, nos ipsis vendidisse et resignasse profitemur. Quibus omnibus bonis[1] iam pretactis ipsi cum omni jure, judicio, commoditate, libertate, proprietate, fructu, emolimentis et condicionibus singulis, absque cuiusque seruicij vel exactionis onere, non obstantibus gwerris, sentencijs, mandatis, contrarijs aut excepcionibus quibuscumque alijs, pacifice vti debent, sicuti nos hactenus ipsis vsi sumus,[2] et a patre nostro domino Volcmaro antedicto omnia bona pretacta sunt ad nos jure hereditario deuolnta. Est tamen nobis et nostris veris heredibus ex speciali gracia et fauore libera facultas reseruata, quod omnia et singula huiusmodi bona prenarrata per nos ipsis vendita reemere pro ducentis et viginti[3] marcis denariorum lubicensium intra ciuitatem Lubeke ipsis expedite persoluendis poterimus, quandocumque nostre placuerit voluntati, hac quidem condicione interiecta, quod, quando ea reemere decreuerimus, hoc nos aut nostri heredes ad biennium integrum ipsis preintimare debebimus et tenemur. Postquam vero ipsis ad biennium preintimauerimus, adhuc eqnebene infra illud byennium integrum continue computandum secandi ligna et ibidem cespites fodiendi, deducendi seu vendendi aut quouismodo alio cum eisdem disponendi ad eorum libitum pariter et omnibus bonis supratactis per nos ipsis venditis prefati scilicet . . prouisores, . . magister et fratres pacifice perfruendi et tranquille plenam et liberam habebunt facultatem. Firmam eciam dictorum omnium

1) fehlt. 2) fuimus. 3) trecentis.

Digitized by Google

bonorum warandiam ipsis faciemus, si ipsos per nostre reempcionis negligenciam eadem bona prenotata contigerit obtinere, nec nos aut heredes nostri vel aliquis nostri aut ipsorum nomine ligna succidet intra terminos bonorum predictorum vel aliquatenus resecabit, nec eciam omnibus dictis[1] bonis frui debeamus quouismodo, sed ipsa ad dictam domum Sancti Spiritus cum omni vtilitate atque fructu, vt expressum est, debent pertinere, quousque ipsis dictam persoluerimus summam effectiue intra muros ciuitatis antedicte. Super premissis omnibus et singulis firmiter obseruandis vna nobiscum data fide in solidum promiserunt domini Hinricus et Hartwicus patrui dicti de Krummesse, Detleuus de Parkentin de Belendorpe, milites; Hartwicus et Thidericus dicti de Ritzerowe fratres, et Hartwicus de Ritzerowe junior, eorum patruus, armigeri, ut, si defectus aut obstaculum aliquod fuerit in premissis, nos et quilibet nostrum in solidum principaliter respondere et satisfacere teneamur in continenti, vel Lubeke intrabimus ad iacendum infra quindenam, postquam de hoc requiremur, nullo tempore exituri, nisi prius ipsi domni antedicte, . . prouisoribus, . . magistro et fratribus ibidem fuerit per omnia satisfactum. Si vero aliquem ex hijs compromissoribus mori contingat, loco illius alium statuere tenebimur equedignum, vel dictam ciuitatem[2] ad iacendum intrabimus infra quindenam. cum requisiti fuerimus, non exituri, nisi loco talis alius sit statutus. In cuius rei testimonium sigilla nostrorum compromissorum vna cum sigillis nostris presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, feria quinta infra sacros dies Penthecostes.

Nach dem im Archive des Heiligen Geist-Hospitales befindlichen Originale, an welchem nur noch die ziemlich erhaltenen Siegel des Detlev und Heinrich Grönau und Heinrich von Crummesse hangen. Eine Wiederholung derselben Urkunde v. J. 1359, Jun. 24, enthält, ausser einigen grösseren zu diesem Jahre anzuführenden Abweichungen, nur die in den Noten angegebenen. Eine Abschrift im Copiarius von 1559, fol. 146b sqq., gleicht durchaus dieser spätern Ausfertigung, trägt dabei aber die willkürliche Datirung: 1353, die Jovis in festo Penthecostes.

CLXXIII.

Bertram, Bischof von Lübeck, bestätigt die Stiftung einer Vicarie in der Marien-Kirche durch Wilhelm von Warendorp und die Ausstattung derselben mit 9½ Hufen in Dunkelsdorf. 1353. Mai 17.[3]

In nomine Domini amen. Nos Bertrammus Dei et apostolice sedis gratia episcopus totumque capitulum ecclesie Lubicensis universis presentes

1) fehlt. 2) ciuitatem predictam.

3) Wilh. von Warendorp's Capelle, in welcher die obige Vicarie gestiftet war, lag an der Südseite der Marienkirche. Darin befand sich der mit einer Messingplatte bedeckte Grabstein, auf dem ein Manns- und Frauen-

Digitized by Google

litteras visuris seu audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Sane dignum et justum arbitramur, ut illorum pia ac justa desideria benigno favore ferventius prosequamur, qui de bonis sibi a Deo collatis ad laudem et gloriam nominis ipsius divinum cultum intendunt salubriter ampliare. Eapropter ad notitiam omnium et singulorum, quorum interest seu interesse pot[u]erit, in subscriptis quomodolibet in futurum deducimus per presentes, quod pridem honestus et providus vir Wilhelmus de Warendorp, civis Lubicensis, filius bone memorie Brunonis de Warendorp olim proconsulis civitatis Lubicensis, pro se suisque veris heredibus ac successoribus villam dictam Dunkerstorp cum omnibus juribus et pertinentiis suis, prout jacet, habentem tredecim mansos adjacentes eidem, sitam in parochia Corow Lubicensis dioecesis, a strenuis famulis Nicolao, Johanne, Augustino et Henrico fratribus dictis de Reuentlow, armigeris filiisque felicis recordationis Nicolay de Reuentlow quondam militis, pro quadringentis et viginti marcis denariorum monete lubicensis justo titulo emptionis compar(a)uit jure et tempore perpetuo habendam et possidendam et in quamcunque personam ecclesiasticam vel secularem transferendam, ac eam pleno jure et cum omni proprietate tam directa quam utili sibi et suis veris heredibus coram nobilibus viris et dominis, dominis Henrico et Nicolao, comitibus Holsatie et Stormarie, per predictos armigeros obtinuit libere resignari, sicut hec omnia et singula premissa in litteris dominorum comitum et famulorum predictorum super emptione, venditione, resignatione et libertatione predicte ville conscriptis et eorundem veris sigillis sigillatis plenius continentur. Porro prefatus Wilhelmus, gerens sincere devotionis affectum, ad augmentandum divinum cultum in ecclesia gloriose virginis Marie in civitate Lubeke, tam in et ob suorum progenitorum quam etiam sue proprie ac uxoris ipsius et suorum posterorum animarum salutem novem mansos cum dimidio de predictis tredecim mansis ad prefatam villam Dunkerstorp, ut premittitur, spectantibus, quorum quilibet solvit annuatim duas marcas cum dimidia et sex denarios, et confrontantur seu convicinantur cum agris abbatisse et sancti-

---

bild eingegraben war, mit einem kleinen Knaben in der Mitte. Umschrift: M. CCC. LIX. in die profesto Divisionis apostolorum obijt dominus Willelmus de Warendorp, cuius anima requiescat in pace, amen. Anno Domini M. CCC. . . obijt domina Elizabet, vxor domini Willelmi de Warendorp. Um das Haupt des kleinen Knaben stand: Anno Domini M. CCC. LX. in vigilia Palmarum obijt Hermannus de Warendorp, filius suus, orate pro anima ejus. In seinem 1358 gemachten Testamente sagt Wilh. von Warendorp von dieser Capelle: Item volo, quod post obitum meum duo sacerdotes in capella mea in ecclesia beate Marie per quinque annos teneantur, excepto sacerdote, qui vicariam meam perpetuam in eadem capella officiabit. v. Melle's handschriftliche Ausführl. Beschreibung der Stadt Lübeck 1. S. 211. 276.

Digitized by Google

monialium monasterij sancti Johannis in Lubeke et colonorum de villis Corow, Dakendorp et Greuenhagen hinc inde et circum circa, et villarum aliarum quam plurimarum; predictorum vero mansorum pro nunc Marquardus Bodeman colit unum, Tymeke de Trente unum, Wulff de Dunkerstorp duos [cum dimidio] minus vno quartali, Radolfus de Putsfelde et Reimarus Volquardi duos cum dimidio, Henneke Schildknecht tria quartalia et Elerus Cluuer ac Radeke Zollman[1] duos cum dimidio; ad dotem unius perpetue vicarie per nos de novo creanda in capella per eundem Wilhelmum in predicta ecclesia beate Virginis constructa irrevocabiliter pure et liberaliter ad honorem omnipotentis Dei, ejus benedictissime matris virginis Marie, beati (Mathei) apostoli et sancte Barbare virginis ac omnium sanctorum obtulit, contulit et assignavit, reliquos vero tres mansos cum dimidio superstites una cum dominio seu proprietate directa et cum omni judicio dicte ville sibi et suis heredibus integraliter reservavit, supplicavitque nobis humiliter, ut in et ex bonis predictorum novem mansorum cum dimidio in ecclesia et capella predictis unam perpetuam vicariam de novo creare, fundare, instaurare et authorizare dignaremur. Nos vero attendentes, quod sancte et bone operationis pium propositum nulla occasione debeamus impedire, sed quod magis prompto affectu et alacri studio laborare teneamur, ut ad effectum adoptatum perducatur, ideoque precibus predicti Wilhelmi gratiosius inclinati, vocatis ad hoc vocandis in termino peremtorio competenti ad hoc assignato maturaque deliberatione prehabita et accedente ad hoc concordi ac expresso consensu capituli predicte ecclesie nostre Lubicensis, in et ex predictis novem mansis cum dimidio ac in bonis et redditibus eorundem ad dotationem hujusmodi vicarie instaurande oblatis et assignatis unam perpetuam vicariam ad honorem omnipotentis Dei ejusque pie matris gloriose virginis Marie ac beati Mathei apostoli et sancte Barbare virginis ac omnium sanctorum in ecclesia et capella predictis de novo creamus, fundamus, instauramus, authorizamus, prefate quoque vicarie bona sub ecclesiastica recipimus et reponimus protectione et ecclesiastice asscribimus libertati, decernentes et ordinantes, quod vicarius, qui pro tempore dictam vicariam obtinuerit, fructus, redditus et proventus ejusdem sibi debeat integraliter applicare, exceptis quatuor marcarum redditibus, quorum duas marcas post mortem dicti Wilhelmi et duas post mortem uxoris sue predicte, domine Telseu, singulis annis perpetuis futuris temporibus in anniversarijs

1) l. Zolman?

Digitized by Google

eorundem dominis nostris canonicis ecclesie Lubicensis predicte expedite dare et persolvere debebit tantum inter presentes tam[1] in vigilijs et missis defunctorum equaliter dividentes,[2] qui quatuor marcarum redditus de universis bonis ad dictam vicariam assignatis percipientur. Adijcimus etiam, quod predictus vicarius missas suas tempori congruentes celebrare debebit, et quod cum aliis vicarijs debitis horis chorum visitare et diuinis officijs interesse teneatur. Ceterum quia ecclesiasticis utilitatibus deservientes equum est pijs consolationibus honorare, prefato Wilhelmo gratiose concedimus, quod ipse, quam diu vixerit, et post ipsum uxor sua solum, si supervixerit, et post eos filij sui et filie, et semper senior solum, ultimo vero filij et filie filiorum et filiarum in una generatione tantum, et similiter senior tantum, jus presentandi ad dictam vicariam, quoties ipsam vacare contigerit, debeant obstinere. Ipsis vero omnibus defunctis et deficientibus collatio dicte vicarie ad capitulum predicte ecclesie nostre Lubicensis solum et insolidum sine cujusquam requisitione, consilio vel consensu libere pertinebit. Et nos Bertrammus, episcopus Lubicensis predictus, decernimus irritum et inane, si secus a quoquam contra premissa vel premissorum aliquod contigerit attentari. Et [quod] ad perpetuam firmitatem omnium premissorum sigillum nostrum una cum sigillo predicti capituli nostri ex nostra certa scientia presentibus est appensum. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, sexta feria infra festum Pentecostes, que fuit mensis Maij dies decima septima. Et nos canonici totumque capitulum predicte Lubicensis ecclesie publice profitemur, nos predictis omnibus et singulis consensisse et presentibus expresse consentimus. Ideo sigillum predicti capituli nostri de nostro expresso mandato una cum sigillo predicti reverendi patris et domini nostri, domini Bertranmi episcopi Lubicensis, presentibus est appensum in testimonium omnium premissorum. Datum et actum, ut supra. Et ego, Wilhelmus de Warendorp predictus, in testimonium hujusmodi donationis sigillum meum duxi presentibus appendendum.

Nach einer aus dem Archive des Stockelsdorfer Justiziariats stammenden Copie, welche von einem am 10. April 1772 nach Copien des deutschen Kanzlei-Archives zu Kopenhagen vom Archivar Chr. Eberh. Voss ausgestellten und mit dem königl. Siegel versehenen Vidisse genommen ist.

1) l. tum. 2) l. dividendas.

Digitized by Google

CLXXIV.

Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, bestätigt den durch seinen Schwiegersohn, Herzog Albrecht von Meklenburg, bis zu kommender Mariä Geburt verlängerten Waffenstillstand. 1355. Mai 18.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus, Dei gracia rex Suecie, Norwegie et Scanie, salutem in Domino sempiternam. *(Das Folgende, wie No. 140. bis* obseruari. *Abweichungen: Z. 4—6 d. Urk.* karissimus plene. *Z. 7.* nostro et auctoritate nostra fultus. *Z. 8* et displicenciis. *Z. 9.* ordinauerat. *Z. 10.* vsque ad festum Purificacionis beate Virginis iam venturum. *Z. 11.* accedente ad id. *Z. 19.* nostris regnis. *Z. 22.* dimittere. *Schluss:)* Datum Bauohus, anno Domini MCCCL tercio, sabbato proximo ante dominicam Trinitatis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem zum Theil zerstörten Siegel des Königs.

CLXXV.

Der Apotheker Friedrich bekennt, von Wessel Raceborch im Auftrage des Johann Wellinghof 90 Mark Silber, und zwar 3 Goldgulden für jede Mark, für den Grafen Heinrich von Holstein und den Ritter Heinrich Brunchorst empfangen zu haben. 1355. Mai 25.

Notum sit, quod Fredericus apotecarius, ciuis Lubicensis, publice recognouit, se integraliter recepisse secundum suam voluntatem graciose ad vsum comitis Hinrici terre Holzsatie, et domini Hinrici Brunchorst, militis, a Wesscelo Raceborch LXXXX marcas puri argenti ex parte Johannis Wellinghof, ciuis Ludosiensis, pro qualibet marca puri V aureos lubicenses. Testes sunt domini Bernardus Plescowe et Johannes Plescowe, consules Lubicenses. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, in die Corporis Christi.

In dorso: Littera memorialis Frederici apotecarii.

Litterae memoriales auf der Registratur.

Digitized by Google

CLXXVI.

Der Rath von Stockholm urkundet, auf Grund eines Zeugnisses der dortigen Bürger Tideke Swarte und Gerlach, Sohnes des Münzers Tideke, über das zwischen dem dortigen Bürger Johann Berkhof und dem verstorbenen Lübeckischen Bürger Johann vam Sten bestandene Schuldverhältniss und die in Folge davon abseiten des Ersteren geschehene Besitzergreifung von Gütern des Verstorbenen, und ersucht den Rath von Lübeck, den dortigen Bürger Friedrich den Apotheker, welcher, unter der Behauptung der Unrechtmässigkeit jener Besitzergreifung, die Güter der in Lübeck verstorbenen Schwester des Johann Berkhof, Christine, mit Arrest belegt habe, anzuhalten, dass er diese Güter dem Sohne des Johann Berkhof, Rötger, verabfolge. 1355. Mai 30.

Honorabilibus, prudentibus et preclaris viris ac suis amicis in Christo karissimis, dominis consulibus civitatis Lubicensis, consules | in Stokholm cum sincere dilectionis et amicicie vinculo salutem et honoris continuum incrementum. Constituti coram | nobis discreti viri Tidikinus Niger et Gerlacus filius Tidikini monetarii, nostri concines dilecti, iuramento suo coram nobis | prestito firmiter affirmauerunt, se in extremis Johannis vamme Stene bone memorie, dum adhuc compos bone esset mentis et racionis, audiuisse ab eius ore, quod veraciter obligaretur honesto viro Johanni Berkhof, consulari nostro, in XXIIII^{or} marchis denariorum nostre monete, quam pecuniam sibi reddi et solui summopere exorabat, ne exinde anime sue periculum im(m)ineret. Preterea idem Johannes Berkhof requisiuit ab eodem Johanne vamme Stene super valorem XXX marcharum eiusdem monete, quam pecuniam sibi in pannis, lino et aliis bonis mercemonialibus supra predictas XXIIII marchas mutuo commiserat, prout ipse Johannes Berkhof expresse dixit et super hoc, quod iuris est, fecerat. Qui Johannes vamme Stene, vertens se ad parietem, nullam sibi de prenominata pecunia reddidit racionem. De predicto autem debito prefatus Johannes Berkhof ab honestis viris Heinone Hane et Folmaro Winman, concinibus nostris, XXVI marchas denariorum supradicte monete et de rebus supradicti mortui vnam cistam et vnum kissenbire modicumque de filis depallidatis manifeste subleuauit iusto iudicio precedente ac ciuilis iuris forma realiter obseruata, nichilque plus sepedictus Johannes Berkhof de supradicti mortui pecunia leuauerat siue rebus. Occasione tamen predictarum pecunie et rerum per memoratum Johannem subleuatarum quidam nomine Fredericus apothecarius, vester concinis, omnia et singula bona mobilia et immobilia ad

Digitized by Google

eundem Johannem Berkhof post obitum dilecte sororis sue Cristine intra ciuitatem Lubicensem legaliter denoluta arestauit, asserens, supradictum Johannem Berkhof omnia bona predicti defuncti violenter absque iuris forma et ausu temerario totaliter subleuasse. Igitur prudencie vestre circumspecte multarum precum instanciis obnixius supplicamus, quatenus supradicta bona premissa occasione seu causa arestata penes vos seu occupata Rothgero, filio eiusdem Johannis Berkhof, exhibitori presencium, libere presentari faciatis, cum dictus Johannes circa predicta leuata processerat iuxta iuris formam. Qui quidem Johannes Berkhof, coram nobis constitutus, prenominato Rothgero, filio suo, circa premissa bona sic arestata aut occupata respondendi et faciendi coram vobis ad omne interesse inrisque ac iusticie complementum exigendi plenam et liberam dedit et tradidit facultatem, et in hoc negocio vos fauorabiles iusticie cooperatores innocamus, idipsum erga vos et vestros in consimilibus requisiti promereri benigne et amicabiliter cupientes. Dominus vos conseruet. Datum sub sigillo nostro, anno Domini MCCCLIII, in Octaua Corporis Christi, in testimonium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CLXXVII.

Der Rath von Stockholm beglaubigt bei dem Rathe von Lübeck den Rötger Berkhof als Bevollmächtigten seines Vaters Johann. 1353. Mai 30.

Honorabilibus et discretis viris ac amicis suis dilectis, consulibus ciuitatis Lubicensis, consules in Stokholm dilectionis et amicicie constanciam toto cum affectu. Constitutus in nostra presencia Johannes Berkhof, noster dilectus consularis, dedit libere et simpliciter resignauit Rotghero, filio suo, presencium oblatori, omnia bona et singula intra vestram ciuitatem ad ipsum per obitum sororis sue Cristine Berkhof iure hereditario denoluta, dans eidem Rotghero plenam et liberam facultatem eadem bona exigendi, emouendi, subleuandi, alienandi, vendendi et ad librum vestre ciuitatis inscribendi et exscribendi de eodem, et generaliter faciendi et dimittendi secundum suum libitum voluntatis, ratum et gratum habiturus perpetuo, quicquid idem Rotgherus faciendum decreuerit in hac parte. Quare vestre commendabili supplicamus honestati prece multa, quatenus dicto Rotghero in hiis fauorabiles esse dignemini promotores, jnbentes sibi huiusmodi bona, vt ipsis frui poterit, libere

Digitized by Google

presentari, quod singulariter cupimus promereri; securam ad nos habituri creditiuam et respectum, quod pro huiusmodi bonis sibi presentatis nulla iterata monicio aut posterior accio vos sequi debet, sed vos et omnes, quorum interest aut intererit, immuniti manebitis et quitati. Vnde a dicto Johanne, consulari nostro, volentes vos indempnes preseruare, comodosam accepimus cauconem. Datum nostro sub sigillo, quod sub anno Domini MCCCLIII, in Octaua Corporis Christi, presentibus est appensum in testimonium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CLXXVIII.

Marquard von Züle der Aeltere und Andere dieses Geschlechts urkunden über die Namens der ganzen Familie mit dem Rathe von Lübeck geschlossene vollständige Sühne. 1353. Jul. 15.

Nos Marquardus de Tzule senior dictus de Stenhorst, Volradus et Mako filij eius, Volradus de Woterisse, Volradus de Borchardestorpe et luscus Dethlenus frater eius, magnus Dethlenus de Tzule, Mako Muggesveld, parum Vicko de Tzule et Cono de Tzule. Recognoscimus vnanimiter et publice per presentes, quod nos cum honorabilibus viris, dominis.. consulibus ciuitatis Lubicensis, pro nobis et pro omnibus nostris, qui de Tzule vocantur, placitauimus stabilem, integram et totaliter terminatam composicionem, ita quod post hunc diem dampnum eorum ammodo agere non debemus publice vel occulte, nisi forte verus noster dominus, cuius mandatis astricti sumus, eorum fieret aduersarius et nos contra eos in expedicionem suam et obsequium euocaret. Aut si forte alteri domino, eorum aduersario, pro sallario seruire possemus, tunc ipsis dominis.. consulibus Lubicensibus nostrum seruicium prebere primitus deberemus, quod si ipsis habere placeret, carius eis quam cuiquam alteri seruire vellemus; si autem ipsis non placeret, extunc seruire possemus illi domino cuicumque. Presertim pro illo ante portam sancti Georgij prope ciuitatem Lubicensem nuper interfecto, vbi Hermannus, predicti Marquardi senioris filius, in comitiua interfuit, sexaginta marcas lubicensium denariorum et pro spolio equorum sancti Georgij ibidem facto quinquaginta marcas denariorum lubicensium emendabimus. Quam quidem pecuniam, videlicet LX et L marcas, ipsis dominis.. consulibus Lubicensibus a data presencium infra annum et diem proximum continuum indubie persoluere tenebimur et debemus. Quod

Digitized by Google

si non fecerimus, extunc nos prenominati decem de Tzule ciuitatem Lubeke statim intrare debemus et inde nullatenus exire, nisi de ipsorum dominorum consulum Lubicensium voluntate fuerit et fauore. Et insuper cum centum viris validis, militibus et armigeris, ad sancta Dei jurabimus, quod ipsis pro huiusmodi plene emendauerimus scandalum atque dampnum, ita quod, si nobis ab eis simile contigisset, idipsum ab eis recipere vellemus et in eo eciam contentari. Quod adimplere debemus nunc in proximo Assumpcionis beate Marie virginis die dimidiatim, et exhinc dimidiatim in beati die proximo Michaelis. Et sic predictus Hermannus eciam in hac composicione comprehensus erit et ipse ad sancta Dei jurabit, quod dampnum consulum Lubicensium et suorum nunquam amplius agere debeat et ipsorum ciuitatis campimarchiam Lubicensem nusquam intrare, nisi in ipsorum voluntate et gracia poterit hoc habere. Et per premissa inter ipsos dominos . . consules atque suos et nos de Tzule atque nostros omnis dissensio, omnis querela et omnis actio finem habet, quecumque inter ipsos et nos quomodocumque huc usque fuisse creditur communiter aut diuisim, et ipsi pre nobis et nostris et nos pre ipsis et suis securi inuicem erimus vbicumque. Sed proscriptos eorum defendere vel cibare vel in domicilia nostra recipere non debemus. Nam si in huiusmodi vel super manifesto spolio deprehenderemur et ipsi pro eo contra nos quidquam facerent, in hoc predictam composicionem nullatenus violassent, voto eciam suo, quod ad communem terre pacem fecerunt, ipsis saluo, cuius obligacione[m] si ipsos contra nos aliquid facere contingeret, in illo contra hanc composicionem nullatenus deliquissent. Hanc itaque prescriptam composicionem nos prenominati decem de Tzule pro nobis et pro omnibus nostris, qui de Tzule nominati sunt, ipsis dominis . . consulibus ad suum et suorum ciuium vsum data fide nostra promisimus in solidum, et ad sancta Dei iurauimus, quod eam omniquaque sine omni dolo fideliter obseruare volumus et debemus. Si vero aliquis de Tzule se ab hac predicta composicione excipere vellet, illum statim dominis . . consulibus nominatim expresse intimabimus et illi vel illis, si plures essent, nullo deinceps presidio assistemus, sed extra hanc composicionem manebunt et proprium enentagium suum stabunt. In quorum omnium firmam obseruanciam et testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, in die Diuisionis Apostolorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden acht Siegeln. Von den beiden ersten, den Siegeln des ältern Marquard und seines Sohnes Volrad, sind nur noch die Bänder vorhanden.

Digitized by Google

CLXXIX.

Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, gestattet, dass die Lübeckischen Rathmänner Johann Woltvogel und Johann Wittenborch das Schloss Dömitz bis zum nächsten Tage Mariä Himmelfahrt inne haben. 1353. Jul. 18.

Wy Erik de iungher, van Godes gnaden hertogh to Sassen. Bekennet | vnd bethyghet in dessem breue, dat dat vse wille wol is, dat de | erliken lvde, her Johan Woltvoghel vnd her Johan Wittenborch, | ratlvde to Lvbeke, holden dat slot to Domtze bet to vser Vrowen daghe der irsten, de nv neghest to kommende is. To euer bethvghinghe is use ingheseghel hir an ghehenghet, na Godes bort drutteynhundert iar in dem dre vnd vifteghesten iare, des Donredaghes vor sunte Marien Magdalenen daghe.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem, aber völlig verdrücktem und unkenntlichem Siegel.

CLXXX.

Urfehde der Knappen Mane von Altena und Marquard von Buchwald für Marquard von Vokendorf. 1353. Sept. 8.[1]

Nos Mane de Altena et Marquardus de Bucwolde, famuli. Tenore presencium publice recognoscimus, | quod pro iurata orueyda honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum | conciuibus vniuersis facta per Marquardum de Vokendorp, qui hanc orueydam iurauit pro vo, quod per familiares iamdictorum dominorum fuerat captiuatus et in turrim positus, manu in manum promisimus et per presentes insolidum promittimus premarratis dominis consulibus et eorum ciuibus communibus, quod prelibata orueyda per Marquardum de Vokendorpe et omnes amicos suos natos et nascendos omni dolo postergato penitus debet inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla nostrorum omnium presentibus duximus apponenda. Datum Lubeke, anno Domini MCCCL tercio, in die Natiuitatis beate Marie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln, von denen das des Marq. Vokendorp in der Umschrift theilweise verletzt ist.

1) Eine nur in unerheblichen Ausdrücken abweichende Verbürgung der Knappen Heinrich Buchwald und Volrad Bichel für die Urfehde des vom Marschall des Lübecker Rathes, Eccard Schiphorst, in den Thurm gesetzten Sengestake, mit anhangenden Siegeln der beiden Aussteller, d. d. 1353, Nov. 17. (dom. die ante diem Elizabed) befindet sich gleichfalls auf der Trese.

Digitized by Google

CLXXXI.

Haku Hildebransson, Rathmann von Lund, und Peter Hinriksson, Bürger und Münzmeister daselbst, bezeugen, dass dem Tidemann Loos, Rathmanne in Wisby, von den Campenern während ihres Waffenstillstandes mit Schweden Güter aus dem Schiffe des Tidemann Droseker im Sunde geraubt seien. 1355. Sept. 29.

Omnibus presens scriptum cernentibus Haquinus Hildebransson, consul | Lundensis, et Petrus Hinriksson, ciuis et monetarius ibidem, | salutem in Domino sempiternam. Coram omnibus, quorum interest, publice | per presentes protestamur, quod honorabili viro, exhibitori presencium, domino Tidemanno Los, consulari in Wysby Godlandie, bona sua, videlicet quinque frusta pannorum, in passagio Oræsund ex naui Tidemanni Drosekere per illos de Campen, qui pro tunc congregacionem ibidem habuerunt, durantibus securis treugis inter inclitum dominum nostrum, regem Swecie, et inter illos de Campen factis et condictis, accepta fuerant et ablata, prout eciam constat quamplurib̃us fidedignis. In cuius protestacionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa, anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, in die beati Michaelis archangeli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

CLXXXII.

Der Rath von Wisby ersucht den Rath von Lübeck, dem Rathmanne Tidemann Loos zu seinem Rechte gegen den Anführer der Campener Schiffe zu verhelfen, welcher ihm während des Friedens und unter sicherem Geleite Güter aus dem Schiffe des Tidemann Droseker geraubt habe. 1355. Oct. 10.

Commendabilibus et honore fulgentibus viris, amicis suis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, consules in Wisby Gotlandie sincere amicicie | et seruitutis firmitatem. Noueritis, nos ex relatibus veraciter percepisse, quod Thidemannus Loos, noster consularis, illorum de Campen et nauium | suorum pridem in portu Norssunde existencium capitaneum in ciuitate vestra jure impecierit et arrestanerit quod[1] bonis suis sibi per | eos infra bonam securitatem ibi acceptis, videlicet quinque frustis pannorum, in naui vnius, qui Thidemannus Droseker nominatur. Cum tamen pre illis de Campen securi eramus

1) l. pro.

Digitized by Google

vite et rerum, et nec ipsi nobis dedixerant, ymmo cives eorum circa idem tempus portum nostrum intrantes et exeuntes cum bonis suis pace et securitate, sicut communis mercator, ad placitum fruebantur, et neque nos cum domini regis Swecie gwerris quidquam disponere habeamus, sed, cum necesse habuerit producere exercitum ad paganos, tunc sibi vnius nauis dicte snicke subsidium facientes: quocirca honestatem vestram affectuis precibus deprecamur, quatinus Dei et justi juris consideracione predictum nostrum consularem juxta vestri juris ordinem dignemini promouere, vt bonorum suorum predictorum sibi durante bona securitate inter nos et ipsos, vt predicitur, acceptorum restitucionem integram consequatur. Quod libenter deseruire volumus in maiori aut conformi. Datum Wisby, anno Domini MCCCLIII, die sancti Gereonis et sociorum eius, nostro sub maiori sigillo, quod presentibus a tergo est impressum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

CLXXXIII.

Der Rath von Lund bezeugt, dass dem Tidemann Loos, Rathmann in Wisby, von den Campenern während des Waffenstillstandes mit dem Könige von Schweden Güter aus dem Schiffe des Tidemann Droseker geraubt seien. 1355. Oct. 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis proconsules et consules Lundenses salutem in Domino ‖ sempiternam. Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter, quod viro discreto, ‖ domino Tidemanno Loos, consuli Vysbycensi Gothlandie, bona sua per illos de Campen ‖ ex naui Thidemanni Drosekere tempore, quo prefati de Campen in passagio dicto Øræsund cum classe sua moram fecerunt, veraciter sunt ablata, firmis tamen et securis trengis inter illustrem principem, dominum nostrum karissimum, dominum Magnum Dei gracia regem Swecie, Noruegie et Scanie, et illos de Campen positis et condictis. Quod coram omnibus, quorum interest, secundum relatum plerorumque fidedignorum et virorum notabilium in verbo veritatis tenore presencium protestamur. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo tercio, die beatorum Symonis et Jude apostolorum, sub sigillo nostre ciuitatis tergotenus impresso.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel ist abgesprungen.

Digitized by Google

CLXXXIV.

Anundus Hatter, Vogt auf Oeland, bezeugt dem Rathe von Lübeck, dass nach der Aussage von vier Edelleuten die Campener dem Tidemann Loos während des Waffenstillstandes Güter aus dem Schiffe des Tidemann Droseker geraubt haben. 1353. Nov. 4.

Vos viros honorabiles, prouidos et discretos, proconsules, aduocatos ceterosque consules Lybicenses, ‖ ego Anundus Hatter, ex parte domini regis Swecie et domine Ingeburghis, ducisse Olandie, ‖ aduocatus in Olandia, saluto sinceriter in domino Jesu Christo, vestre prouide honestati signans et ‖ per presentes testificans, quod quatuor viri nobiles, discreti et fidedigni de regno domini mei regis et de terra domine mee, quorum quilibet mille marchas puri sufficeret, michi testimonialiter asserebant addito iramento ad sancta, quod bona, que de naue quadam, quam possidet Tidhemannus Droseker, que eciam bona viro honorabili Tidhemanno Los, consuli Wisbycensi, attinebant, desumpta erant per illos de Campen. Hoc factum fuit bona et quieta securitate stabilita et instante. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Borgholmis, anno Domini MCCCLtercio, feria secunda proxima post Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CLXXXV.

Ritter Nicolaus Thurisson, Lagman der zehn Provinzen, urkundet über die vor ihm geschehene, das Obige bestätigende Aussage von vier Kalmarer Bürgern. 1353. Nov. 7.

Honorabilibus viris et discretis, dominis proconsulibus et consulibus Lubicensibus, Nicholaus Thurisson, miles, decem ‖ prouinciarum legifer, dilectionem in Domino et salutem. Quod honorabili viro, domino Thidemanno Loos, consulari in ‖ Wisby Gotlandie, bona sua, videlicet quinque frusta pannorum, in portu Norssunde ex naui vnius, qui vocatur ‖ Thidekinus Droseker, per illos de Campen ibidem tunc cum classe suarum nauium existentes, durantibus securis treugis inter inclitum dominum meum, regem Swecie, et illos de Campen factis et condictis, accepta fuerunt, hoc quatuor ciues Kalmarnenses, viri honorabiles et fidedigni, hereditates et fundos proprios ad valorem bonorum

Digitized by Google

predictorum eidem domino Thidemanno Loos per illos de Campen, vt predicitur, ablatorum Kalmarnie habentes, protestati sunt coram me legitime cum suis iuramentis prestitis super eo. Quod eciam protestor publice per presentes. In cuius protestacionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Kalmarnie, anno Domini millesimo CC̊CL tercio, feria quinta proxima post festum Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

CLXXXVI.

Verordnung über den Verkauf von finnigem Fleisch. 1355.

In deme iare Godes MCC̊C vnde in deme dre vndeveſtighesten iare hebbet desse heren dat verboden, dat nen vleschhower scal vinnech vlesch verkopen, mer vppe den leeden bi des vronen hus, vnde men scal dar vnder dat vinneghe vlesch eyn wit linen laken leggen. We hir en ieghen deyt, de scal wedden en half pund lubescher penninghe, vnde des nicht to latende, vnde dar to scal he sines ammetes eyn ganz iar vntberen.

Aeltestes Wettebuch, fol. 1.

CLXXXVII.

Willkür der Krämer. 1355.

Anno Domini MCCC quinquagesimo tercio scriptum est hoc arbitrium institorum consilii ex consensu, et manebit, quamdiu consilio sic placebit.

Welk gast heft crûde to verkopende, de mach van iewelkem crûde verkopen twe liueschepund, vnd nicht min, vthghenomen neghelken, cobeben, des mach he eyn liuespund verkopen, vnde nicht min, mer van saffarane mach he verkopen eyn half liuespund, vnd nicht min, vnd wat also verkoft wert, dat scal men vp der stades waghe weghen, vnd anderes nerghen.

Kremer, de gheste sin, de moghen dre daghe in deme iare, vnd nicht dicker, mit erer kremerie stan vor den kerken edder vp deme markede.

Gheste, de kolnische haue hebben, moghen verkopen ver pund gharnes, vnd nicht min, vnd eyn hunderd bendels, vnd nicht min, vnd eyn half pund syden, vnd nicht min, vnd eyn half hundert kogheleres, vnd nicht min, vnd

Digitized by Google

eyn half hunderd bûrdokes,[1] vnd nicht min, vnd eyn half pund sydener bindeken, vnd nicht min, vnd eyn half dosyn parisescher borden, vnd nicht min, vnd eyn grot dosyn goltuel vnd sulueruel, vnd nicht min, vnd ses vntze goldes vnd sulueres, vnd nicht min, vnd ses tzetere, vnd nicht min, vnd eyn dosyn hardoke, vnd nicht min, vnd eyn half hunderd nûrenberghescher messede, vnd nicht min, vnde eyn dosin stekemessede, vnd nicht min, vnd eyn dosin slote, vnd nicht min, vnd eyn grot dosyn paternoster, vnd nicht min, vnd eyne gantze reseme papyres, vnd nicht min.

Gheste, de yresche lakene hebben edder sardoke eder syden wand, de ne moghen se nicht sniden to der elen, mer bi gantzen lakenen vnd doken scholen se de verkopen. Gheste de moghen twe liueschepund thimiane verkopen, vnd nicht min, vnd vifvndtwintich pund mandelen, vnd nicht min, vnd vifvndtwintich pund rises, vnd nicht min, vnd men schal dat goet weghen oppe des stades waghe, vnd anders nerghen.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris . . scabini et . . consules ciuitatis de Campen ‖ salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus vnanimiter et publice per presentes, quod super ‖ omni dissensione et discordia, inter honestos viros, dominos . . consules et ciues ciuitatum ‖ Stralessund, Rozstok et Wysmar, ex vna, et nos ac nostros ciues, parte ex altera, hactenus ventilata et suborta, ad[d]iuimus. ***Das Folgende wie No. 230, mit den dort angegebenen Abweichungen.***

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem theilweise erhaltenen Siegel der Stadt Campen.

CCXXXII.

Klageartikel und Verantwortung der Schöffen und des Rathes von Campen gegen die Bürger von Stralsund. 1355. Jul. 8.

Dit is de claghe,[1] de wy . . scepene vnde . . raadt van Campen claghen van ghebreke, dat dy borghere van dem Strallessund ghedaen hebben ‖ vnsen borgheren vnde vnser stadt van Campen. Toe dem eersten, dat se sloghen dree neder vnser borghere, daer een vp der ‖ walstede doet bleef, vnde dy twee vor doet ligghen leeten, eer den jenich borgher van Campen argh toe kerede den borgheren ‖ van dem Sunde. Voertmeer quam de voghet van dem Sunde mit sijnen borgheren vnde claghede swaerlike claghe ouer vns des konynghs voghede vnde den ghemeenen vogheden vppe Schonen, also dat dy borghere van Campen solden oere burghere van dem Sunde ghemoerdet hebben vnde ghedoedet dy vrouwen in den vnmehanghe, dy kyndere in der weghen. Doe stonden vp dy voghede van Rozstoc vnde Wysmer vnde segheden, daer men dy moete swoer, wes dy van dem Sunde claghede, dat claghede see mede. Voert claghede dy voghet van dem Sunde, dat onse borghere hedden leersen ghestoelen vnde ander gůet vnde hedden reeroef ghedaen, welker swaerliker claghe vnse borghere, dy sij daer mede berochtighet hadden, doe vnschuldich waren vnde noch vnschuldich sin, als men dat in der waerheydt sal vinden. Voertmeer is ons doen verstaen, dat dy voghet vnde dy heren

1) brekinghe vnde claghe. 2.

Digitized by Google

van dem Sunde hebben dese voerscreuene claghe mit eren breuen gheclaghet dem koninghe van Sweden, vnde ver middes der claghe is onse stadt vnde vnse burghere an grote sweernisse ghecoemen, vnse burghere gheslaghen, ghevanghen, ghescattet vnde gheschaedet an vnseme gûede vnde ghenoemen toe tweentwintich hondert pûndt groeten.[1] Voertmeer so quamen drie vnser borghere in dy stadt toe dem Sunde vnde vermoededen em gueder vrientschap sunder jenigherhande hûde, want see der saeke, dy toe Schone gheschiede, allent onschuldich waren. De woerden aen ghesproken voer mordere, deue vnde reeroenere mit swaerliker claghe vnschuldichlijken, des sy nicht van dannen coemen moghten beholden oeres lijues, sy en mosten burghen setten voer vierhûndert marc wendesch, des sy onser breue noch jenegherhande dinghen gheneeten moghten, sy en mosten dat gheldt betaelen, daer sy mede verderft sin. Voertmeer, dat sy toe sestich personen ofte meer vnser borghere der besten coeplude van vnser stadt hebben bescreuen in oer register voer reeronere vnde vor schoe dene, daer wy sy vnschuldich inne kennen. Voertmer hebben sy leede ghedichtet, dy schendelic sin, vp vnse borghere, alse wy vernoemen hebben.

Dit is dat antworde vppe de eersten claghe vp dat eerste ghebrek, dat de vamme Sunde segghen, dat sij hebben by de van Campen, alse tom eersten: Dat sy segghen, dat twelef borghere der van Campen quemen in der eerster nacht to Schonore, des nicht en is in der waerheyt, mer alle deghene, de me veresschen kunde, de daer schuldich ane weren, de leten de scepene van Campen bescrijuen, sie weren burghere to Campen eder gheste, dy sanden sie bescrenen den heren van dem Sunde in ere stad vnde beheelden sij seluen bescreuen vnde beden de heren van dem Sunde, woer sij dy veresschen konden, dat sij daer toe vorderden, dat daer richte ouer ghinghe alsulk, als daer billeken ouer ghinghe. Des de raet van Campen dree hebben ghekreghen vnde hebben daer ouer richtet vnd vort nicht an sparen wolden, oft sij der meer kunden krijghen, dat sie daer ouer richten wolden. Vnde wy claghen Gode vnd voert allen gûeden luden, dat sie doe vnse borghere beruchteden vnde noch verclaghen, de vnschuldich sin. Went sij oec segghen, dat viere van oeren burgheren woerden vanghen vnde woerden ghevoert in des voghedes

1) Der Sühnbrief, welchen König Magnus von Schweden wegen der 1352 auf Schonen vorgekommenen Excesse am 21. Juli 1355 an Rath und Gemeinde von Campen gegeben, ist nach dem Originale des Campener Archives abgedruckt in: Dipl. Norv. V., 1. No. 222. und Charters en Bescheiden van Kampen. Deventer 1861. No. 29.

Digitized by Google

boden, de vnse voghet heelt went in den dagh, dat vnse voghet dede vmme vredes willen vnde des besten. Des quemen des morghens vnses doeden vrent an vnsen voghet vnde beghereden mit vnsem voghede, dat sie claghen mosten ouer de vere mit irme doden vrunde. Des ghink vnse voghet toe vnde weygherde vnsen borgheren, dat se nicht ouer die vere klaghen mosten, vnde dat dede he vmme vrede vnde ghenaede vnde vmme vre(n)tschap willen, vnde leet sie gaen. Oek, do dat schrichte vnde dat ruchte des nachtes waert vppe dem lande, doe worden onse burghere sere verveert, vnde en wisten nicht, van wannen em dat schrichte ane quam, vnde weren in groeten angheste oers lijues vnde oeres gûedes. Des boet vnse voghet vnsen borgheren, dat sij nicht en scholden gaen van onser vitten, wen wolde ienich man em argh toe keren, dat sie dat eme scholden helpen keren. Vnde segghen ons der tighte vnschuldich vnde al vnse borghere, vnde de wy noch veresschen kunden, sonder de hantdadeghen, dy wy hem hebben gheuen bescrenen. Vppe dat ander stucke, wen sie segghen, dat sie onser borghere dree an spreken toe dem Sunde vor deue, vor reeroners vnde vor mordere, des wy in der waerheyt wol weten vnde bevünden hebben, dat sie der tichte vnschuldich sin, soe dreef sie daer toe de koninglijke woldt, dat sie borghen setten mosten, want sie ghewarnt worden van eren vrunden, dat sie de schomekere van deme Sunde toe vnrechte vamme lijue scolden ghesworen hebben. Vnde voer de vnrechte bescattinghe, de en schagh toe dem Sunde, soe hebben sie oer ghedt der van dem Sunde, dat toe Campen was, mit rechte ane sproken, vnde de ansprake schagh buten vredes, also dat nenerhande vrede was twisschen en vnd ons, als wy dat mit der waerheydt vulbringhen willen. Des hebben vnse borghere dat gûedt mit rechte beholden, vnde mit neneme onrechte. Voertmer so wille wy des mit der waerheydt vûllen coemen, dat sie vnse borghere, dy vp de tijd in Pruszen weren vnde na des to dem Sunde quemen, an spreken vor dueue, vor mordere vnde vor reerouere, went vnse voghet vnde vnse menen borghere der saeke vnschuldich sint: so hoepe wy des, dat sy nener misdedegher Inde schuldt beteren scullen, de wy nicht en weten, we de sint. Vppe de claghe der heren, der raetmanne van Rozstok, wen sie segghen, dat binnen velicheyt vnde vrede by nacht tijden vnse borghere nemen enen erer borghere vnde enen erer borgher knecht vnde voerden sie vppe vnse vitten vnde sloghen sie daer doet vnde nemen en alse gûedt, alse twee hondert marc lubescher penninghe, daer antworde wy also toe, dat wy der ticht vnschuldich sin, alse vredes vnde gûedes te nemende, mer een man

Digitized by Google

waert ghebracht vp onse vitten, des wy nicht ne wisten, wee de weren, de ene daer brachten, eder van wenne sie weren. Des waert gheseghet to Jacob Prummere: So, Jacob, dit is de ghene, de dijnen broeder doet slaghen heft vnde den anderen toe doede wûnt. Doe hoerde wy segghen, dat de Jacob toe leep vnde wûndede den man toe doede, des doe vnse burghere nicht ne wisten, wee he was, wen hadde he leuendich an vnsen voghet vnde vnse borghere koemen, so hadde en vnse voghet gherne gheheghet, als he de viere dede, de he hadde van dem Sunde. Vnde doe leet was vnde noch leet is (vns) vnde al vnsen burgheren, vnde hoepen jo des toe allen tijden, dat jenich[1] vnschuldich man des anderen misdaet beteren sal. Vppe de claghe der heren, der raetmanne van der Wysmer, wen sij segghen, dat binnen velicheyt vnse borghere doet hebben gheslaghen twee erer borghere vnde ghenomen alse gôedt, alse twee hondert marc lubescher penninghe, daer antworde wy alsus toe, dat wy vnde onse burghere des degher vnschuldich sin der ticht, men de iene, de wy hebben den heren van dem Sunde bescreuen gheuen, went wy nv to desser tijt nemende schuldich en westen. Men wisten sie iemende schuldich to nomende van den saeken, daer wolde wy en guede richtere to wesen. Vnde bidden sie des, dat sie dar neue vnschuldeghe lude mede betyen, wente wy hoepen des jo to allen tijden, dat neen vnschuldich man des anderen missedaet beteren schal. Voert, went de van dem Snnde also groete claghe, als van seuentich personen, dy op Schonen solden doet ghebleuen wesen vnde ghedoedet de vrouwen in den vnmehanghe, de kyndere in der weghen, aen dien konyngh van Sweden ghebracht hebben ouer ons vnd onse burghere, welke claghe men also groet ter waerheydt nyet envindet, dan to seuen mannen van dem Sunde, Rozstoc vnde Wysmer, so sin wy vnde vnse burghere ver middes der swarer onrechter claghe in vnsem guede gheschadet toe tweentwintich hondert pont groeten, als voerscreuen is. Ghegheuen onder onser stad seghel, int jaer ons Heren dusent drehundert vijf ende vijftich, op sunte Kylianis daghe.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem am Rande etwas beschädigten Siegel. Ebendaselbst zwei gleichzeitige Abschriften, deren eine (2) die obige Klage, die andere (3) die Verantwortung enthält.

1) Ebenso in 3. Lies: neen oder nicht en beteren sal.

Digitized by Google

CCXXXIII.

Die Cardinäle und der Schatzmeister der Kirche des Apostels Jacob von Compostella in Galizien erklären, dass der Priester Hermann Fusor seine Pilgrimschaft für die Seele des Marquard Westensee ordnungsgemäss vollbracht habe. 1355. Jul. 9.

Vniuersis in Christo fidelibus presentes litteras inspecturis cardinales et thesaurarius ecclesie sancti Jacobi apostoli de Compostella in Gallecia salutem in Domino, | qui est omnium uera salus. Noueritis, dominum Hermannum dictum Fusor, presbiterum | peregrinum, latorem presencium, causa peregrinacionis faciende racione uoti sui et nomine honorabilium uirorum, consulum et uniuersitatis ciuitatis Lubicensis Alamannie, et pro anima Marquardi Westenste, armigeri iam deffuncti, ecclesie sancti Jacobi apostoli de Gallecia limina uisitasse et ibi peregrinacionem suam bene et perfecte peregisse. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedimus sigilli altaris sancti Jacobi in dorsso munimine sigillatas. Datum Compostelle, nona die mensis Julij, anno Domini [Domini] MCCC quinquagesimo quinto.

Nach dem auf der Treve bewahrten Originale, einem unregelmässig abgeschnittenen Stücke Pergament, 6 Zoll breit 4 Zoll hoch. Es ist doppelt zusammengelegt, und dann ein Siegel darauf gesetzt, von dem nur noch die grünen Wachsspuren vorhanden sind.

CCXXXIV.

Der Rath zu Rostock compromittirt in der Streitsache zwischen den Städten Rostock und Campen auf die Entscheidung der Räthe von Lübeck und Greifswalde. 1355. Jul. 13.

Nos consules in Rozstoch. Ad vniuersorum noticiam deducimus per presentes publice profitentes, quod. *Das Uebrige, bis auf die angegebenen Abweichungen, gleichlautend mit No. 250.*

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Secret.

CCXXXV.

Klage der Stadt Rostock gegen die Stadt Campen wegen der im Jahre 1352 in Schonen verübten Gewaltthätigkeiten. 1355. Jul. 13.

Dit is de claghe der radmanne van Rozstoch ouer de borghere van Campen, | de in den iaren der bord Godes dusend drehunderd in deme twe

Digitized by Google

vnde vifteghesten iare vppe Schone weren, dat de Campere dar selues in den vorsproneken[1] | iaren der bord Godes, achte daghe vor sunte Michaelis daghe, bynnen velecheid vnde vrede vnde bi nachtiden eynen erer borghere vnde eynen erer borghere knecht van Rozstocke hebben ghenomen van der schomaker straten vnde vorenden se vppe ere vitten vnde sloghen se dar dod vnde vppe der seluen straten nemen en also gůd, alse twehunderd mark lubescher penninghe. Dar bidden de vorsprokenen radmanne van Rozstocke lik vmme van den van Campen an rechte edder an vrundschap. Gheuen is desse claghe vnder deme hangheden ingheseghele der suluen radmanne, in den iaren der bord Godes dusend drehunderd in deme vif vnde vifteghesten iare, in sunte Margareten daghe der hilleghen iuncvrowen.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

CCXXXVI.

Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, und Nicolaus, Graf von Holstein und Stormarn, erklären, dass vor ihnen über den Todtschlag des Marquard Westensee dessen Sohn Marquard samt seinen Freunden und Rath und Bürger von Lübeck sich endgültig gesühnt und jene für die Haltung der Sühne eine besondere Gelöbniss-Urkunde ausgestellt haben. 1355. Jul. 19.

Waldemarus, Dei gracia Danorum Slauorumque rex, et Nicolaus, eadem gracia Holtsacie et Stormarie comes. | Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium | publice protestantes, quod super homicidio Marquardi Westensee inter ipsius filium Marquar|dum et omnes eius amicos et omnes, qui pro ipsis facere uel dimittere quicquam volunt, ex vna parte, et consules atque ciues Lubicenses, ex altera, de nostro consensu et consilio et in nostra presencia plena et perfecta composicio placitata est et finaliter terminata. Pro qua quidem composicione fideliter obseruanda strennui militares, videlicet dictus Marquardus, Marquardi interfecti filius, Hartwicus Breyde et fratres eius Nicolaus et Helricus, necnon Hartwicus Zabel et Teneke frater eius, et ipsius Hartwici Zabel filius dictus

1) l. vorsprokenen.

Digitized by Google

Bredehouet, data fide et coniuncta manu in solidum promiserunt, sicut in eorum litteris desuper traditis lucide continetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCL quinto, die dominica ante festum beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Secreten.

CCXXXVII.

König Waldemar IV. und Graf Nicolaus erklären, dass Rath und Bürger von Lübeck dem jungen Marquard Westensee die in der Sühne gelobten 1000 ℔ ausgezahlt haben, und verpflichten sich, dieselben zurückzuzahlen, so wie die Lübecker in Schutz zu nehmen, falls durch die Gegenpartei die Sühne verletzt werde. 1355. Jul. 19.

Woldemarus, Dei gracia Danorum Slauorumque rex, et Nicolaus, comes Holtsacie ac Stormarie. Vniuersis presencia inspecturis salutem in Domino sempiternam. Recognosimus publice protestantes, quod pro homicidio Marquardi | Westensee ipsius filio Marquardo et eius amicis, sicut in composicione placitatum fuit, consules ac ciues | Lubicenses mille marcas denariorum lubicensis monete integraliter persoluerunt. Vnde et nos data fide coniuncta manu in solidum promisimus et promittimus dictis consulibus et ciuibus per presentes, quod, si fideiussores, qui pro Marquardi Westensee filio predicto et eius amicis composicionem promiserunt, fidem suam non seruauerint communiter uel diuisim, extunc nos ipsis consulibus et ciuibus Lubicensibus intra ciuitatem Lubicensem dictas mille marcas lubicenses prompte persoluere tenebimur infra vnius anni quartam continuam a die, quo nobis fuerit intimatum, quod iam dicta composicio sit realiter et veraciter violata, et deinceps huiusmodi composicionis violatorum inimici erimus et contra illos consulum ac ciuium Lubicensium adiutores, donec ipsis pro tali violacione fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Helsyngoor, anno Domini MCCCL quinto, dominica die ante festum beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Secreten.

Digitized by Google

CCXXXVIII.

Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, quitirt den Rath von Lübeck über 900 Mark Lüb. Pf. 1355. Jul. 29.

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus, Dei gracia Danorum Sclauorumque rex, salutem in Domino. Notum ‖ facimus vniuersis, nos de subsidio nobis per viros discretos, dominos consules Lubycenses, promisso ‖ nongentas marchas denariorum lubycensium argenteorum subleuasse. In cuius rei testimonium ‖ secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Holbek, anno Domini M̊CC̊CLV̊, die beati Olaui regis et martiris.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem kenntlichen Stücke des Secrets.

CCXXXIX.

Magnus, König von Schweden, bevollmächtigt für die zu vereinbarende Verlängerung des zwischen ihm und der Stadt Lübeck durch Vermittelung des Herzogs Albrecht von Meklenburg abgeschlossenen Waffenstillstandes den Tideke Veregge. 1355. Jul. 30.

Magnus, Dei gracia rex Suecie, Noruegie et Scanie. Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino ‖ sempiternam. Nouerint vniuersi, quod discreto viro Tidechino Fereggedhe, nobis dilecto, plenam ‖ et meram tenore presencium committimus et conferimus potestatem treugas inter nos, ex vna ‖ parte, et ciuitatem Lybicensem, ex altera, per dominum ducem Magnopolensem alias receptas ad tempus et terminum, prout sibi videbitur, nostro nomine prorogandi, gratum, firmum et ratum habere volentes, quidquid idem Tidechinus fecerit in premissis. Datum Laghaholm(is), anno Domini M̊CC̊CL quinto, in crastino beati Olaui regis et martiris.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

CCXL.

Das Domcapitel zu Hamburg einerseits und Bürgermeister, Rath und Gemeinde daselbst andererseits erwählen aus ihrer Mitte den Propst Werner, den Cantor Ludolf und die Bürgermeister Nicolaus Franzoiser und Johann Ritters, und für den Fall, dass diese sich bis Bartholomäi nicht einigen, die gegenwärtigen Rathmänner von Lübeck, um ihre gegenseitig erlittenen Schäden und Unkosten abzuschätzen. 1355. Aug. 5.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris, nos, . . decanus, canonici et capitulum Hamburgensis ‖ ecclesie, nec non proconsules, consules et commune ciuitatis Hamburgensis, Bremensis dyocesis, cu|pimus esse notum, quod super dampnis et expensis, que et quas in informacionibus nostris ‖ hinc et inde trademus, compromittimus in hiis scriptis bona fide sub forma et pena infrascriptis, nos videlicet . . decanus, canonici et capitulum in honorandos viros, dominos Wernerum, prepositum, et Ludolfum, cantorem ecclesie nostre, pro parte nostra, et nos proconsules, consules ac commune in honestos viros Nicolaum Fransoyser et Johannem Militis, proconsules Hamburgenses, pro parte nostra, tamquam in arbitros, amicabiles compositores et arbitratores, vt, quidquid ipsi quatuor pronunciauerint et dixerint concorditer infra hinc et festum beati Bartholomei nunc proximum inclusiue super dampnis et expensis predictis, seruabimus et complebimus integraliter cum effectu sub pena centum marcarum puri auri coloniensis ponderis, quas dabit pars non seruans dicta et pronunciata per dictos arbitros et amicabiles compositores parti ea seruanti infra tempus, sicut fuerit arbitratum, et pars seruans contra partem non seruantem potest et debet agere super vtroque, scilicet super pronunciato et pena. Si uero predicti quatuor infra tempus supradictum, quod absit, non poterunt concordare, ex tunc famosi et sapientes viri, . . consules Lubicensis ciuitatis presentes, habebunt plenam potestatem super premissis dampnis et expensis eis, ut predicitur, verbo et in scriptis tradendis pronunciandi et diffiniendi usque ad festum beati Michaelis nunc venturum, et quidquid pronunciauerint et diffiniuerint, sub pretacta pena centum marcarum puri auri coloniensis ponderis, ut supra narratur, erogandarum ratum et gratum inuiolabiliter seruare volumus et tenere. In cuius rei testimonium sigilla nostra, videlicet capituli et ciuitatis Hamburgensis, presentibus sunt appensa. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCLV, mensis Augusti die quinta.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

Digitized by Google

CCXLI.

Der Rath von Hamburg giebt dem Rathe von Lübeck, als erwähltem Schiedsrichter zwischen Rath und Capitel von Hamburg, die Unkosten auf, welche ihm aus den auf Andringen des Capitels in Holstein geführten Fehden, aus dem Process mit demselben am römischen Hofe und aus späterer Ehrenkränkung erwachsen seien. 1355. Sept. 4.

Domini reuerendi et amici dilecti, domini . . consules Lubicenses. Scire vos cupimus, quod nos, . . consules et ciues Hamburgenses, in gwerris, quas habuimus cum Johanne Hummersbuttel et illis de Crummedike et eorum complicibus et cum dominis ‖ terrarum, quas habuimus et sustinuimus ad procuracionem et instanciam . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Hamburgensis, recepimus ‖ dampnum XL milium marcarum hamburgensium denariorum et vltra, et si necesse esset, vellemus confirmare juramento nostro, quod illas gwerras habuimus sine culpa nostra ad procuracionem . . capituli Hamburgensis. Item . . capitulum et canonici traxerunt nos ad litem primo extra curiam et postea in curia Romana per vndecim annos sine omni culpa nostra, Deo teste, et fecimus expensas ad XVI milia florenorum et vltra. Item post conposicionem sub anno Domini millesimo CCCXLIX mediante domino Adolfo, comite in Schowenborch bone memorie, Willekino, preposito in Herwerdeshude, et Detleuo de Golnisse, armigero, rite et racionabiliter placitatam et acceptatam ab vtraque parte, ore et manu collaudatam, juramentis confirmatam, campanis et cantibus organorum per totam ciuitatem per . . canonicos publicatam, racione inhoneste infamacionis statum et honorem nostrum et nostre ciuitatis tangentis fecimus expensas sine omni culpa nostra ad X milia florenorum. Premissa omnia volumus confirmare juramentis nostris, si necesse fuerit, et probare priuilegijs, instrumentis et alijs legitimis probacionibus, habita deliberacione super taxu expensarum et dampnorum. Vnde, domini et amici karissimi, cum grauiter sine culpa simus vexati, humiliter deprecamur, vt de causa nostra taliter agatis et cogitetis, cum vobis quasi de omnibus constet, quantum secundum Deum et iusticiam facere potestis, et sicut de vobis confidimus et speramus. In cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Hamborch, anno Domini millesimo CCC quinquagesimo quinto, quarta die mensis Septembris.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Secret.

Digitized by Google

CCXLII.

Werner, Propst, Johann, Decan, und das Capitel der Hamburgischen Kirche reichen bei dem Rathe von Lübeck die Aufgabe der ihnen durch Plünderung ihrer Besitzungen und auf andere Weise entstandenen Kosten und Schäden ein, und weisen die gegnerischen Anschuldigungen zurück. 1355. Sept. 5.

Nos Wernerus, Dei gracia prepositus, Johannes, decanus, et capitulum ecclesie Hamburgensis. Coram vobis, honorandis | et sapientibus viris, dominis. . consulibus Lubicensibus, pro informacionibus nostris tradimus et exhibemus, quod honesti | viri, . . consules Hamburgenses, cum erecto uexillo et excercitu ciuitatis Hamburgensis bona et villas ecclesie | Hamburgensis incendijs et rapinis post inhibicionem a sede apostolica eis factam et causa inter ipsos et nos stante in iudicio deuastauerunt, scilicet Barrekesbutle, Osterstenbeke, Wedinghehusen, Stenwarde, Kroneshorst, Papendorpe, Grotense, Hoyerstorpe, Wolkesuelde, Sprenghe et Todendorpe, que ville ad nos et ecclesiam nostram cum omni proprietate et libertate nec non cum iudicio maiori et minori spectant pleno iure, ac propterea non solum secundum ius canonicum, sed eciam secundum leges imperiales in hoc ipsi . . consules Hamburgenses nimium excesserunt. Et huiusmodi dampnum, in quantum nos concernit et tangit, vltra decem milia marcarum denariorum lubicensium estimamus, et hoc, prout de iure tenemur, nos offerimus ad probandum. Et perpendendum est, quod dicti . . consules Hamburgenses recte non possint dicere, licet de facto dicant, quod dictum dampnum fecerint super dominos . . comites Holtzacie tantummodo, quia tempore combustionis et spoliacionis ipsi incendiarij et spoliatores voces suas extollentes clamauerunt: Excommunicent nos modo . . canonici, videntes, in quo proficiant! Secundo apparet, quod, si non ex speciali odio fuissent moti ad incendendum et spoliandum villas ecclesie Hamburgensis, vtique illas non incendissent nec spoliassent, sed depactassent, id est dingnesse recepissent, sicut de villis illorum de Reynenvelde et Reynenbeke depactaciones receperunt.

Item coram vobis, dominis . . consulibus Lubicensibus, super expensis per . . consules Hamburgenses nobis refundendis loco informacionis proponimus, quod dicti . . consules in Romana curia sunt condempnati ecclesie Hamburgensi in expensis, que taxate sunt iudicialiter ad sexcentos et sexaginta quatuor florenos, quod ipsi . . consules non possunt denegare.

Item dicimus, quod, quemadmodum vos, sapientes viri, domini . . consules Lubicenses, recolitis, quod parati fuimus, iam sunt tres anni, et ad hoc

Digitized by Google

coram vobis ipsis presentibus nos obtulimus, quod super quadam pretensa composicione, quam prefati . . consules allegabant, tunc in vos libenter voluissemus conpromisisse, sed ipsi consules hoc facere expresse recusabant, qua de causa et eciam propter ipsorum manifestam inobedienciam negocium iterato uenit ad curiam, vbi denuo expensas fecimus ad summam mille et sexcentorum florenorum.

Insuper vltra huiusmodi expensas et dampna supradicta ex eo, quod in ciuiloquio eorum publice communitatem contra nos concitauerunt, de beneficijs nostris cessimus et non potuimus residere, sicut prius ante litem: ex hoc dampnum perpessi sumus vltra tria milia marcarum denariorum lubicensium.

Petimus igitur, quatinus consilio et matura deliberacione prehabitis infra tempus in compromisso vobis decretum pronunciare et diffinire dignemini, quod pretactas summas marcarum et florenorum dicti . . consules Hamburgenses infra certum terminum ipsis a vobis in pronunciacione prefigendum nobis et ecclesie nostre restituant et restituere teneantur sub pena apposita in ipso conpromisso, et quod pronunciacio et diffinicio vestra per vos facienda, postquam facta est, nobis vestris sigillatis litteris presentetur.

Discuciat eciam vestra prudencia, vtrum . . consules Hamburgenses racionabiliter possint exigere dampnum, quod sustinuerunt racione gwerre, quam cum dominis . . comitibus Holtzacie habuerunt.

Item discrecio vestra videat, vtrum ijdem . . consules iuste possint petere expensas, quas in Romana curia fecerunt, ex quo ibidem tres diffinitiuas sentencias perdiderunt, quia non victor victo, sed victus victori tenetur ad expensas. Huiusmodi informaciones nostras presenti scripto sub sigillo nostro, quo ad causas vtimur, vobis damus sub anno Domini millesimo CCC^{mo}. quinquagesimo quinto, sabbato ante festum Natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXLIII.

Der Rath zu Stralsund compromittirt bezüglich der zwischen den Städten Stralsund und Campen obwaltenden Irrungen auf die Rathmänner der Städte Lübeck und Greifswalde. 1355. Sept. 11.

(Bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautend mit No. 230.)

Nach dem auf der Trese befindlichen Originale, mit anhangendem Secret.

Digitized by Google

CCXLIV.

Klage der Stadt Stralsund über die von Campensern im Jahre 1352 auf Schonen verübten Gewaltthätigkeiten. 1355. (Sept. 11.)

Hec est querela, quam mouent ciues Sundenses contra Campenses. Primo, ‖ quod in nundinis Scanore in anno Domini M̃CCC̃LII duodecim[1] viri de ‖ Campen nocturno[2] tempore in mera tranquilitate et pace fregerunt bo‖das duas et res ciuium dictorum spoliare nitebantur, quos dicti nostri ciues cum adiutorio ciuium Wismariensium comodose depulerunt. Alia vero nocte adueniente dicti ciues Campen(ses)[3] venerunt cum magno excercitu, clamore et congregacione, (et)[4] armata manu nocturno tempore inuaserunt ciues nostros in multis suis rebus jacentes et pacem speruntes, ipsosque spoliarunt omnibus suis rebus in valore quingentarum marcarum sundensium, ibidem sex de ipsis interfecerunt, tres wlneruerunt et quatuor captiuatos duxerunt in bodam aduocati Campen(sis),[5] quos ibidem detinuit vsque in diem, et quod[6] tandem fuerunt dimissi, prefecta tamen caucione per nostrum aduocatum. Pro ista violencia nichil juris a dictis suis malefactoribus consequi poterant de omnibus sibi per ipsos minus iuste illatis.

Item, cum dicti nostri ciues Sundenses[7] venerunt, de dictis suis iniuriatoribus inuenerunt tres in Sundis, quos pro suis veris spoliatoribus et occisoribus jure lubicensi inpetebant, a nobis, quod juris fuit, super ipsos fieri postulantes. Tunc superuenienti Maas Tochslegere,[8] aduocato Campensi et scabino, ibidem nobis instanter supplicauit, vt dicti tres fideiussoribus traderentur. Tandem factum fuit ad ipsius rogatum, quod dicti tres fuerunt fideiussoribus traditi super terminum deputatum, quod in illo termino esse deberent in Sundis et dictis nostris ciuibus facere de iniurijs, contumelijs et violencijs ipsis illatis totum et de omnibus sibi obicientibus,[9] quod esset juris lubicensis: quod si non facerent, deberent esse convicti[10] in quadringentis marcis sundensium denariorum nostris ciuibus dandis. Quem terminum, quamuis sepissime ad ipsorum instanciam per nos prorogatus fuit, neglexerunt et seruare contempserunt. Quo viso per nos dicti nostri ciues huiusmodi pecuniam per ipsos Campenses arbitratam et neglectam pleno jure lubicensi a dictis fideiussoribus sunt consecuti, a quibus et alijs adhuc sibi instician fieri affectant.

1) venerunt duodecim. 2. 2) et nocturno. 2. 3) Campenses. 2. 4) et. 2. 5) Campensis. 2. 6) l. qui. 7) l. Sundis, wie 2. 8) Thoslegher. 9) l. obiciendis, wie 2. 10) denicti. 2.

Digitized by Google

Item conquerimur nos consules Stralessundenses, quod, stantibus istis amicabilibus treugis, per Hermannum de Rode, ex vna, et Johannem Brunen, ex altera, factis et treugatis et postmodum per nos ad peticionem ipsorum et dominorum consulum Lubicensium prolongatis, dicti Campenses bona nostrorum ciuium, que ob spem pacis et securitatis in portum suum deuenerunt, vsurparunt et de omnibus hijs se intromiserunt, que adhuc detinent minus iuste in nostrorum ciuium dispendium et grauamen,[1] videlicet XVII lastas siliginis et X lastas allecium et alia multa plura, a quibus nobis justiciam petimus et fieri postulamus.

Nach der mit angehängtem Secret der Stadt Stralsund versehenen Ausfertigung auf der Trese. Ebendaselbst eine gleichzeitige unbeglaubigte, zugleich die Klagepunkte von Rostock und Wismar in Kürze enthaltende Aufzeichnung (2), deren bessere Lesarten und wesentliche Varianten angemerkt sind.

CCXLV.

Der Rath zu Lübeck giebt in Streitigkeiten zwischen dem Rath und dem Domcapitel zu Hamburg eine compromissarische Entscheidung. 1355. Sept. 12.

Vobis reuerendis viris, dominis .. Wernero, preposito, Johanni, decano, totique capitulo ecclesie Hamburgensis, vobisque honorabilibus viris, domiuis .. consulibus ‖ et ciuibus Hamburgensibus, nos .. consules ciuitatis Lubicensis tamquam diffinitores vestri arbitrarij in causa dampnorum et expensarum, quam ‖ ad nos compromittendo diffiniendam dimisistis, non perspicaces quidem iuris canonici, secundum ius nostrum Lubicense dicimus, pronunciamus et finaliter ‖ diffinimus, quod vos domini .. consules Hamburgenses pro dampnis, que reuerendi viri, domini .. prepositus, .. decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis, a vobis se recepisse proponunt, primo quidem vos ipsis, cum actores sint, infra hinc et proximum beati Martini episcopi diem parum aut multum ponere debetis et ad hoc tres ex vestris .. consulibus, vbi juramenta sua prestare tenentur predictis dominis .. preposito, .. decano et capitulo presentibus, si ipsi carere non voluerint juramentis suis, debent confirmare, quod per illud

1) In 2 heisst der Schluss: a quibus nobis iusticiam petimus inpendi. Dann von anderer Hand: Et bona ista fuerunt decem laste allecium. Item XVII laste siliginis nostris ciuibus acceperunt. Item conquerimur, quod nostris ciuibus decem lastas allecium in die beati Steffani in festo Natiuitatis Christi acceperunt, prout met recognouerunt se tali die predicto accepisse. Der letzte Satz ist durchstrichen, scheint also nur die vorhergenannten zehn Last zu bezeichnen

Digitized by Google

parum vel multum, quod eis posueritis pro huiusmodi dampnis, pro quibus vos inpetunt, ipsis nichil plus teneamini emendare. Quo facto ex tunc vos, domini W(ernere), preposite, Jo(hannes), decane, totumque capitulum ecclesie Hamburgensis, pro dampnis, que honorabiles viri, domini .. consules Hamburgenses, a vobis se recepisse proponunt, e conuerso ipsis infra hinc et proximum beati Martini episcopi diem predictum parum aut multum ponere debetis et ad hoc tres ex vestris canonicis capitularibus, vbi juramenta sua prestare tenentur predictis.. consulibus presentibus, si ipsi carere non voluerint juramentis suis, debent confirmare, quod per illud parum vel multum, quod eis posueritis pro huiusmodi dampnis, pro quibus vos inpetunt, ipsis nichil plus teneamini emendare. Super expensis vero per vos hinc inde vtrobique factis sic dicimus: Cum causa vestra in iudicio suspensa nondum iure diffinita videatur, et dubium sit, quis vestrum alteri, si causa iure canonico decisa fuisset, expensas factas refundere teneretur, quod expense huiusmodi per vos hinc inde vtrimque facte estimari debent et haberi perdite atque nulle. Pronunciamus quoque vobis irrevocabiliter obseruandum, quod per hanc diffinicionem nostram vos, domini.. preposite,.. decane et totum capitulum ecclesie Hamburgensis, nec non vos, domini.. consules et ciues Hamburgenses, racione premissorum deinceps amici esse inuicem debeatis, et omnis causa, lis et actio inter vos hactenus racione premissorum habita debet esse totaliter terminata, et debet inter vos racione premissorum esse composicio integralis sub pena et condicionibus in vestro compromisso in nos facto sub sigillis vestris ex vtraque parte desuper nobis tradito contentis Incide seu expressis. In cuius diffinicionis nostre robur et testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in nostro consistorio, anno Domini MCCC quinquagesimo quinto, Sabbato infra octauas Natiuitatis Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXLVI.

Willeke Beverstede und Volmar Buxtehude quittiren den Rath von Wismar über den Erlös aus schiffbrüchigen, Bürgern von Lynn gehörig gewesenen Gütern. 1355. Sept. 26.

Notum sit, quod Willekinus Beuerstede et Volmarus Buxtehude coram consilio constituti coniuncta manu promiserunt domino Johanni Moyleke, dominorum consulum in Wysmar notario, pro illis octingenta marcis denariorum

Digitized by Google

argenteorum lubicensium, que ex quodam Anglicorum naufragio prope portum Wysmariensem commisso prouenerunt et dicto Willekino per dictum notarium Wysmariensem presentate et sub ipso deposite (fuerunt), indempnem exinde eundem notarium nomine suorum dominorum et dicte ciuitatis Wysmariensis atque quitum (fore). Quando autem consules opidi Lynnensis in Anglia dictis consulibus Wismariensibus suam apertam litteram iuxta notulam ipsis missam, eorum sigillo sigillatam, in qua dicti consules Wysmarienses contentantur, transmiserint, tunc hec scriptura debet cancellari, et dicti fideiussores ab huiusmodi promisso erunt quiti et soluti, saltim quando dicti consules Wysmarienses suam litteram quitancie huc transmiserint et transmisisse videantur. Actum coram consilio, in profesto Cosme et Damiani.

Inscription des Nieder-Stadtbuches vom Jahre 1355.

CCXLVII.

Johann de Strigonio, Pönitentiar des Papstes, bescheinigt, dass Hermann Fusor für die Seele des Marquard Westensee seine Pilgrimschaft in Rom vollbracht habe. 1355. Sept. 27.

Frater Johannes de Strigonio, domini pape penitenciarius. Vniuersitati et consulibus ciuitatis Lubicensis ‖ salutem in Domino. Noueritis, presbiterum Hermannum dictus (!) Fusor pro anima Marquardi Westense ‖ limina apostolorum Petri et Pauli visitasse et se coram nobis humiliter presentasse. In cuius ‖ rei testimonium presentes litteras nostro sigillatas sigillo sibi duximus concedendas. Datum Rome apud sanctum Petrum, V Kalendas Octobris, pontificatus domini Innocencij pape VI^te^ anno tercio.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem unkenntlich gewordenen Siegel in rothem Wachs.

CCXLVIII.

Aufzeichnung über in Lübeck geschehene Ratenzahlung und geleistete Bürgschaft weiterer Zahlung der Kaufsumme für das vom Deutschen Orden an Marquard von Stove überlassene Gut Krukow, welche Summe der Rath von Lübeck, nach erfolgter Ausfertigung des Kauf- und Cessionsbriefes, dem Landmeister von Livland auszuzahlen habe. 1355. Oct. 9.

Notum sit, quod domini, videlicet Thidemannus de Warendorpe, Hermannus de Wickede et Johannes Schepenstede, presentes ad librum lucide recognouerunt, se a Marquardo de Stoue seniore quingentas marcas puri

Digitized by Google

argenti, CC marcas puri argenti in bohemicis denariis, duos denarios bohemicos super qualibet marca puri argenti computando, et trecentas marcas puri argenti in denariis argenteis lubicensibus, semper XLV solidos denariorum lubicensium argenteorum pro qualibet marca puri argenti, ad vsum tamen magistri Lyuonie et suorum fratrum subleuasse. Preterea recognouerunt, ipsos pro quadringentis marcis puri argenti, ducentas[1] marcis puri in denariis bohemicis, duos denarios bohemicos super qualibet marca puri, et CC marcis puri in denariis argenteis lubicensibus, semper XLV solidos denariorum argenteorum lubicensium (pro qualibet marca puri) computando, fideiussoriam accepisse cautionem, eas quidem ante festum Michaelis proximum persoluendo. Hec enim pecunia, quam actu subleuauerunt, et quam adhuc debent subleuare, debet ad vsum magistri Lyuonie et Marquardi antedicti iacere tamdiu, quousque magister generalis de Prutzia cum suis preceptoribus et magister Lyuonie cum suis preceptoribus suprascriptis dominis consulibus Lubicensibus litteras super vendicione et resignacione super bonis dictis Crankowe et suis attinenciis alloquentes, prout inter se sunt mutuo concordati, fecerint ad vsum predicti Marquardi presentari. Quo facto tota pecunia suprascripta ad vsum magistri Lyuonie et suorum fratrum debet iacere et manere.

Inscription des Nieder-Stadtbuchs vom Jahre 1355, Dyonisii.

CCXLIX.

Albrecht und Johann, Herzoge zu Meklenburg, Herren zu Rostock und Stargard, und Otto, Graf zu Schwerin, urkunden über die von ihnen mit den Städten Lübeck, Wismar und Rostock vereinbarte, in dem geschlossenen Landfrieden nicht vorgesehene Art der Vorladung der Friedensbrecher. 1355. Nov. 14.

Wy Albrecht vnde Johan, brodere, van gnade Godes herteghen to Mekelenborch, to Rozstok vnde to Stargarden heren, vnde wy Otto, van der svluen gnaden grene to Zweryn. Bekennen openbare in desser schrift, dat wy mit den erebaren mannen, den radmannen der stede Lubeke, Wismer vnde Rozstok, hebben ghedeghedinghet vnde vp en dreghen vmme de voreladinghe der lude, de man schuldeghen wil in deme lantfrede, na dem male dat dat

1) 1 ducentis.

Digitized by Google

in deme lantfrede nicht begrepen eder gheschrenen is, in desser wys: Dat men iewelken man, den man schuldeghen wil, laden scal to siner kerspel kerken. dat he vore kome binnen den negesten vierteynachten, oft he to lande sy; is he auer ouer see, dat he binnen ses wekenen to antwarde kome: eder men scal vort varen mit rechte, alse de lantfrede to secht. Vnde desse brief scal waren wente to Paschen vort ouer en iar vnde scal neuerleye hinder wesen allen anderen brieuen vnde rechticheyt in alle iren stycken. Hir vmme sint vse inghesegele vnde der stede vorbenomet ghehanghen an dessen brief, de gheghenen is to der Wismer na Christi bord dritteynhvndert iar in deme vif vnde viftegesten iare, des Svnnauendes na svnte Mertens daghe.

Nach dem Originale im Rostocker Stadtarchive, mit noch anhangenden vier Siegeln des Herzogs Albrecht und der drei Städte.

CCL.

Kaiser Karl IV. bestätigt der Stadt Lübeck die ihr von seinen Vorgängern verliehenen Privilegien, insbesondere dass sie niemals verpfändet oder sonst vom Reiche getrennt werden solle. 1355. Nov. 29.[1]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator ‖ semper angustus et Boemie rex. Vniuersis sacri Romani imperij fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Imperialis ‖ excellencie decus tunc nere laudis titulis sublimatur et eminenti decore prefulget, cum fidelium subditorum profectibus clementer attendit et eis de sua ‖ liberalitate confirmat, que a suis predecessoribus sibi collata uidentur, cum in confirmandis beneficijs non minus quam elargiendis inperatoria laus accrescere uideatur. Nouerint igitur presentis etatis homines et future, quod nos, prudentum virorum, ciuium Lubicensium, nostrorum fidelium dilectorum, experte deuocionis et fidelitatis constanciam, in qua erga nos et sacrum Romanum imperium solidius permanserunt et adhuc non desinunt permanere, racionabiliter intuentes, dictis ciuibus Lubucensibus omnia priuilegia, libertates, gracias, consuetudines et jura, a diuis Romanorum imperatoribus et regibus et ab hijs, qui Romanum regnum et

1) Um die Lesung des Wortlauts der Urkunde nicht zu erschweren, ist diese in ihrem Hauptinhalt mit Urk.-B. II., 974 (935. 265) übereinstimmende Bestätigung hier nochmals ganz abgedruckt.

Digitized by Google

imperium in sua gubernacione seu mandatis hactenus tenuerunt, eis indulta et tradita ac concessa, liberaliter innouamus et ex potestatis imperatorie plenitudine confirmamus, annuentes de eadem nostre benignitatis gracia ac clemencia liberaliter et inuiolabiliter statuentes, quod, sicut ab antiquo et singulariter per felicis recordacionis Fridericum secundum, Romanorum imperatorem, Jerusalem et Sicilie regem, et Rudolfum, Romanorum regem, dinos predecessores nostros, ipsis est indultum, predictos ciues Lubucenses in nullo casu uel euentu obligari, impignorari aut alienari ab imperio nolumus ullo modo, pront id ipsis alias generaliter confirmauimus, sed ipsos inter speciales sacri Romani imperij alumpnos computari uolumus, specialibus nostris, successorum nostrorum et imperii usibus et obsequiis eos imperpetuum reseruantes, ita videlicet, quod predicta ciuitas Lubicensis sit specialis ciuitas et locus imperij et ad dominium imperiale specialiter pertinens, nullo vmquam tempore imperpetuum ab ipso speciali dominio imperij separanda, ita sane, quod ipsi censum imperio debitum, videlicet sexingentas libras denariorum lubicensium, sicut ab antiquo dare consuenerunt, annuatim in festiuitate Natiuitatis beate Marie virginis, et non amplius, nobis et imperio soluere teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innouacionis et confirmacionis paginam infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, imperatoriam indignacionem se nouerit incursurum. Signum serenissimi principis et domini, domini Karoli quarti, Romanorum imperatoris inuictissimi et gloriosissimi, Boemie regis. Testes huius rei sunt illustris Rupertus, comes Palatinus Reni, sacri imperij archidapifer et dux Bauarie, sororius et princeps noster; nec non venerabiles Johannes Argentinensis, Gerhardus Spirensis, Fridericus Ratisponensis et Bertoldus Eystetensis ecclesiarum episcopi; et illustres Johannes Opaniensis, Bolko Falkenbergensis, Bolko Opoliensis et Przimko Teschinensis duces; ac spectabiles Johannes Nurembergensis et Burghardus Magdeburgensis burggrauii; Vlricus de Helfenstein, Albertus de Sacromonte et Albertus de Anhalt comites, et alij quam plures nostri et sacri Romani imperij ac eciam regni Boemie principes, comites et barones. Presencium sub bulla aurea typario nostre imperialis maiestatis impressa testimonio litterarum. Datum Nuremberg, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octaua, III Kalendas Decembris, regnorum nostrorum anno decimo, imperij uero primo. [1]Ego Johannes, Dei

1) Das Folgende von anderer Hand.

Digitized by Google

gracia Luthomuschlensis episcopus, sacre imperialis aule cancellarius, vice reuerendi in Christo patris, domini Gerlaci, Moguntini archiepiscopi, sacri imperij per Germaniam archicancellarij, recognoui.

Nach dem Originale auf der Trese, mit dem kaiserlichen Handzeichen und anliegender, von der seidenen Schnur abgerissener Goldbulle.

CCLI.

Magnus, König von Schweden, Norwegen und Schonen, genehmigt den durch seinen Bevollmächtigten Tiderich Veregge mit der Stadt Lübeck auf zwei Jahre abgeschlossenen Waffenstillstand. 1355. Dec. 8.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus, Dei gracia rex Swecie, Norwegie et Scanie, salutem in Domino sempiternam. ‖ Recognoscimus publice per presentes, quod nos amicabiles treugarum dies, quos fidelis noster famulus Tidericus Voreggede, plene in hac parte nostro mandato et auctoritate fultus, cum honorabilibus viris, consulibus ciuitatis Lubicensis super ‖ omnibus dissensionibus et displicenciis inter nos et ipsos motis hactenus et subortis pro parte nostra ordinauerat, a die beati Martini episcopi hyemali proxime preterito per biennium integrum continuum vsque post huiusmodi biennium ad proximum beati Johannis Baptiste Natiuitatis diem in omni securitate et firme pacis federe vbilibet duraturas, accedente ad id pleno consensu consiliariorum nostrorum et omnium, quorum interesse potuit, approbamus, ratificamus et presentibus confirmamus, ita videlicet, quod ipsi et eorum ciues vniuersi infra prefinitum tempus possint omnia regna nostra, Swecie videlicet, Norwegie et Scaniam, ac alia quecunque dominia nostra secure visitare, inibi moram facere et suas mercaturas seu negocia libere exercere et secure recedere et bona sua abducere, quando et prout ipsis fuerit melius oportunum, omnibusque juribus, libertatibus et conswetudinibus ipsis per predecessores nostros et nos sigillatis libere et pacifice frui debeant, sicut eis frui liberius conswevuerunt in regnis nostris omnibus supradictis, et vsque tunc eciam omnia stabunt amicabiliter, sicut vsque modo steterunt, quos quidem treugarum dies pro nobis et pro omnibus, qui mandatis nostris astringuntur, nec non pro omnibus ad voluntatem nostram facere vel omittere volentibus promittimus firmiter obseruari. In quorum omnium euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Et nos Benedictus, Dei gracia Osterlandiarum et vtriusque Hallandie dux, vna cum domino nostro, rege predicto, compromittimus, quod scilicet predicti

Digitized by Google

treugarum dies inuiolabiliter seruari debeant, secretum nostrum vna cum ipsius domini nostri sigillo presentibus apponentes. Datum Stocholm(is), anno Domini M̂CĈCL quinto, octaua die mensis Decembris.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

CCLII.

Die Knappen Heyno Breide und Detlev von Siggem verbürgen sich für eine Sühne des Ritters Otto von Hoo mit der Stadt Lübeck, die beiderseits bis zehn Wochen nach geschehener Aufkündigung in Kraft bleiben soll. 1356. Jan. 10.

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos Heyno dictus Breyde et Dethleuus de Sigghem, famuli, ‖ cupimus fore notum, quod pro strennuo milite, domino Ottone de Hoo, et suis amicis promisimus ac presencialiter ‖ promittimus vnita manu discretis et honestis viris, dominis .. consulibus et ciuibus vniuersis ciuitatis Lubicensis, ‖ firmas securitates ac pacis tranquillitatem, ita quod ipse dominus Otto aut sui amici dampnum predictorum dominorum et ciuium agere vel in malo scire non debeant publice vel occulte, quousque ipse eis aut ipsi sibi per decem septimanas fecerint preintimare. Et hec securitas racione discordie mote inter eos hincinde durare debet inuiolabiliter, donec prefatus dominus Otto eandem securitatem cum amicis suis poterit certificare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̂CĈCLVI, dominica die infra octauas Epyphanie domini nostri Jesu Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

CCLIII.

Klage-Artikel des Rathes von Wismar gegen die Stadt Campen wegen der in Skanör verübten Gewaltthätigkeiten. 1356. Jan. 29.

Nouerint vniuersi hoc scriptum inspecturi, quod nos consules ciuitatis Wismer pro querimonia ‖ nostra contra Campenses damus et ponimus articulos infrascriptos: Primo, quod Campenses interfecerunt ‖ crudeliter in nundinis in Skanoer nocturno tempore duos de nostris ciuibus infra bonum pacis et securitatem ‖ regis ibidem juratam et ciuitatum, et hunc articulum probare volumus

Digitized by Google

sufficienter, vt de jure debemus, si et in quantum ipsum vltra hoc, quod dicta interfectio nostrorum ciuium satis publica est et notoria, probare debeamus. Nam retulit nobis dominus Hinricus Ghunter, noster consularis, qui tempore huiusmodi interfectionis et litis aduocatus noster fuerat in Skanoer, quod, sicut de nocte huiusmodi interfectiones et lites fuernnt, quod sequenti die de mane venit aduocatus Campensium, qui tunc temporis aduocatus eorum erat, ibidem ante vniuersos Theuthonicos aduocatos, et se dolere multum de huiusmodi homicidio et interfectione asserebat, et rogabat ipsos aduocatos, vt amore Dei ipsum iuuarent ab huiusmodi incommodo et infortunio in amicicia et fauore, et querulose conquerebatur, suos ita predominanter esse insanientes, quod compescere eos non valeret. Secundo, quod nocturno tempore ipsis res suas in valore ducentarum marcarum lubicensium denariorum abstulerunt, vt proximiores amici eorundem nostrorum ciuium interfectorum conqueruntur, et hunc articulum probare non intendimus, sed ad vnicam manum ipsis ponimus articulum memoratum. In testimonium dacionis et posicionis premissorum secretum nostrum presentibus est appensum sub anno M̊CCCL sexto, feria sexta ante festum Purificacionis beate Marie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

CCLIV.

Johann Cros, Bertold Cros und dessen Bruder, so wie Johann Cros der Jüngere, bekennen, dass aller zwischen ihnen und den Vorstehern des Heiligen-Geist-Hospitals in Lübeck in Betreff der Auszahlung der Kaufsumme für ihre dem Letzteren überlassenen Hufen und Güter in Wangeren auf Pöl entstandene Zwist freundschaftlich ausgeglichen sei, mit Ausnahme des Grundstücks von Henneke Cros, in Bezug auf welches das beiderseitige Recht vorbehalten werde. 1556. Apr. 4.

Omnibus hoc scriptum inspecturis nos Johannes Cros senior, Bartoldus Cros et Cros, eius frater, nec non Johannes Cros junior, ciuis in Wismer, salutem in Domino. Tenore presentium recognoscimus lucide et testamur, quod omnis discordia et controuersia, que erat vsque in hodiernum diem inter honestos viros, dominos Hermannum de Wickeden, proconsulem, Bartrammum Vorraet, consulem ciuitatis Lubicensis, prouisores, et magistrum ac personas singulas domus Sancti Spiritus in Lubeck, ex vna, et nos, parte ex altera, occasione dampni, quod incur(r)ebamus in persolutione nobis per antedictos

Digitized by Google

prouisores, magistrum et singulas personas eiusdem domus Sancti Spiritus facienda ex parte mansorum et bonorum nostrorum in villa Wangeren in terra Pole sitorum, ipsis prouisoribus, magistro et personis antedictis per nos venditorum, prout hoc nostre aperte littere ipsis per nos date demonstrant et testantur, et omninm eorum, que emerserunt et emergi poterunt in futurum inter nos occasione dampni memorati, per viam amicabilis compositionis in omni bono sedata et complanata ac totaliter terminata sunt et finita, nolentes nec debentes per nos vel alium seu alios super premissis loqui vel agere in futurum, excepta solummodo area illa, super qua loquitur Henneke Cros, in qua area hinc et inde ex vtraque parte in futurum saluum manebit jus, et vnusquisque, premissa compositione non obstante, sui iuris in ipsa area inneglectus. Placitatores et testes horum premissorum fuerunt et sunt honesti viri Reymarus de Plesse, (Rauen) de Barnekowe, Heyno Bersze, famuli; Hermannus Walmerstorp et Johannes Dargetzowe, proconsules ciuitatis Wismer. Anno Domini MCCC quinquagesimo sexto, feria secunda post dominicam Letare.

Nach einer Abschrift im Copiarius des Heiligen-Geist-Hospitales von 1539, fol. 97b.

CCLV.

Aufzeichnung über das den Eingesessenen der Dörfer Vorwerk und Krempelsdorf als Entschädigung für die Aufstauung der Falkenbeke gewährte Recht des freien Holzhiebes in ihren Feldmarken. 1356. Apr. 24.

Notum sit, quod domini consules Lubicenses sub anno Domini MCCCL sexto, Pasche, vnaniniter decreuerunt ac dederunt villanis in villis Droghenuorwerk videlicet et Crempelstorpe habitantibus vniuersis presentibus et futuris in recompensam instagnacionis aque dicte Valkenbeke, site intra campimarchias ciuitatis Lubicensis et ville Stockelstorp, occasione cuius instagnacionis ijdem villani villarum vtrarumque iam dictarum amissionem et eradicacionem suorum lignorum et pratorum ibidem existencium sunt perpessi, liberam succidendi facultatem omnia ligna quercina ibidem stancia pariter et alia ligna, quecunque fuerint dictis duabus villis attinencia, ita quod quelibet villa eisdem lignis vti debet juxta suam distinctionem, et quantum sibi cedere poterit, eaque possunt modo predicto deportare et fruibilia sibi facere libere et secure, saluo tamen ciuitati nostre omnibus lignis, que super idem fossatum dicte ciuitatis

Digitized by Google

stare dinoscuntur, nam huiusmodi ligna non debent secare quouismodo neque vti. Dicta eciam instagnacio ad fodiendum piscariam cinitati Lubicensi et domino Bertrammo Vorraed pertinentem dinoscitur fore facta.

Nach einer Aufzeichnung im dritten Kämmerei-Buche.

CCLVI.

Der Knappe Thiderich Dunker sühnt sich mit der Stadt Lübeck und verspricht, ihr auf ein Vierteljahr selbzehnt Kriegsdienste zu leisten. 1356. Apr. 27.

Ek Tyderik Dvnker, Hermann Dvnkers sone, en knape. Bekenne vnde betûghe openbare in desseme breue, dat ik my vm̃e alle schelinghe vnde veyde, de ghewesen heft wente an desse tyd twischen den erbaren mannen, den ratmannen ‖ der stad tô Lubeke vnde eren borgheren, af ene syt, vnde twischen my, af ander syt, ghentzliken vnde altômale ghesonet ‖ hebbe in desser wys, dat ik den vorbenomeden heren, den ratmannen, schal denen vnde wille in ereme orloghe sullef teynde wapent vp al, de leuen, de ere vyende synt, svnder arghelyst en verndel iares vmme, wanne se my dar vmme eschen tô voren sees weken, vp myn eghene wyn vnde vorlûst vnde vp eres stades kost. Were ouer dat ik vnde de myne venghen enen ghoderhanden man, den scholde wy en antworden, venghe wy over enen hûsman, de ere vyant were, den scholde wy beholden tô hûlpe tô vseme schaden. Vortmer were dat ik vnde de myne nemen enen rof eren vyenden, were dar wat mede, dat den heren evende, des scholden se weldich wesen tô sik tô nemende tô hulpe erer kost. Were ok dat ik vnde de myne reyseden myt eren anderen deneren vp ere vyende vnde wat nemen, dar scholen se myt vs vnde wy myt en tô likeme dele ghan de haue tô butende. Ok en schal ik noch en wille na desser tyd eres stades noch erer borghere ergheste nicht weten noch dôn. Ok en schal ik noch en wille ere vyende vnde ere vredelosen lûde nicht houen, nicht hûsen, nicht spisen, noch nene hûlpe dôn, svnder arghelyst. Vnde were dat ik desse vorscreuene stücke nicht en helde, so en schal desse sone nene macht hebben. Dat ik al desse vorbenomeden stücke stede vnde vast holden wille, dat loue ik den vorscreuenen heren, den ratmannen, vnde tô erer hand hern Johanne Wittenborghe vnde hern Johanne Pertzeualen, eren kvmpanen des rades, by mynen truwen, de desse stücke myt my van erer weghene ghededinghet hebben. Vnde tô merer betûghinghe so hebbe ik dessen bref

Digitized by Google

beseghelet myt myneme ingheseghele, de ghescreuen is to Lübeke na Godes bord dritteynhundert jar in deme sees vnde vefteghesten jare, des Midwekenes in den hilghen daghen to Paschen.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCLVII.

Aufzeichnung über zwei dem Rathmanne Bertram Vorrad vom Ratzeburger Domcapitel auf Lebenszeit zum Niesbrauch überlassene Teiche beim Dorfe Lauen. 1356. Mai 1.

Notum sit, quod dominus Bertrammus Vorrad recognouit, quod ex speciali gracia haberet duo stagna, que conduxit a dominis Hinrico, preposito, Johanne, priore, et toto capitulo ecclesie Razceburgensis anno Domini MCCCLV, in die Ascensionis Domini, que sunt situata iuxta villam eorum dictam Lowen. Quibus stagnis vti debet temporibus vite sue et dabit an(n)uatim pro predictis stagnis ipsis dominis canonicis predictis infra octauas Pasche duas marcas lubicensium denariorum. Ipso autem domino Bertrammo defuncto quocunque eciam tempore anni hec duo stagna ad ipsos canonicos predictos libere reuertentur, et heredes ipsius domini Bertrammi nichil iuris aut proprietatis obtinebunt in premissis.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches vom Jahre 1356, Quasimodogeniti.

CCLVIII.

Der Rath von Stolpe dankt dem Rathe von Lübeck für dessen Bemühungen zur Wiedererlangung eines von dem Grafen Adolf von Holstein angehaltenen, Stolper Bürgern gehörigen Schiffes und versichert, dass wegen desselben keine weiteren Ansprüche gemacht werden sollen. 1356. Mai 6.

Nos proconsules et consules ciuitatis Stolpe volumus ad vniuersorum et singulorum et precipue dominorum consulum Lubicensium ‖ noticiam per presentes nostras litteras publice peruenire, quod nos regraciamur et regraciari non sufficimus ipsis dominis consulibus pro eo, quod ‖ ipsi quandam nauem nostris concinibus, videlicet Johanni Anthonii et Eghardo Heynonis, pertinentem, per nobilem virum dominum ‖ Adolphum, Holtzacie et Stormarie comitem, suosque aduocatos et familiares in portu maris terre sue Cymbrie arrestatam

Digitized by Google

et occupatam, ordinauerunt ipsis nostris conciuibus liberam, quitam et solutam. Propter quod supradictos consules Lubicenses presentibus nostris certificamus, quod nulla monicio seu aggrauacio predicto comiti et suis occasione dicte arrestacionis, dampnorum et interesse de nostris conciuibus ac omnibus, quorum interest, deinceps subsequatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLXVI, feria sexta post dominicam Quasi modo geniti.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCLIX.

Contract des Blidenmeisters Matthias mit Johann Morneweeh und Volquard Holste wegen einer von dem Ersteren an der Ecke der Petersgrube zu erbauenden Mauer. 1356. Mai 8.

Witlyk sy, dat ich mester Mathias, de blydemester, my vorwylkore, dat ‖ ich Johanne Morneweghe vnde Volquarde Holsten eyne steynen mûren ‖ twyschen twen husen vppe der Peternkenscrachen orde loue vptorichtende ‖ vnde to makende. Daruore hebben se my ghelouet to gheuende teyn ‖ mark lubisch, wanne de mûre rede is. Vnde is dat ich de mûren nicht snorrecht vnde lotrecht enrichte, also dat se en vnde eren vrunden behage, so wil ich dat arbeyt touorgheues hebben ghedaan. Desser vorwort sint tûghe her Berent Pleschouwe vnde her Seghebode Crispin, Johan Dymmerstorp vnde Johan Slamerstorp. Dit is ghescheu to Lubeke, na Godes borth MCCCLVI yar, verteynacht na Paschen.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCLX.

Der Rath zu Lüneburg urkundet über den Verkauf einer Salzpfanne in dem untern Hause Cluving Seitens der Vormünder der Geschwisterkinder Elisabeth Warendorp und Hermann Warendorp an den Rath von Lübeck. 1356. Jun. 7.

Nos consules ciuitatis Luneborch Thidericus Schilsten, Hinricus Viscule, Borchardus de Luchowe, Johannes ‖ Garlop, Ludolphus Hartwici, Johannes Longus, Albertus Hoyke junior, Nicolaus de Toppenstede, Ludolphus ‖ Vintlo,

Digitized by Google

Albertus de Molendino, Hartwicus Holste, Nicolaus Garlop. Tenore presentium publice recognoscimus | protestantes, quod Tidemannus de Warendorpe, Seghebodo Crispin, Johannes Wittenborch et Johannes Pertzcenaal, prouisores seu tutores Elizabeth, filie Wedekindi, et Hermanni, filii Hermanni, fratrum dictorum de Warendorpe pie memorie, dicto prouisorio nomine de consensu dictorum puerorum et coheredum suorum nec non de beneplacito omnium, quorum intererat aut interesse poterit in futurum, iusto vendicionis tytulo vendiderunt et in iudicio resignauerunt honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, ementibus et recipientibus suo et sue ciuitatis nomine, vnam integram sartaginem in salina Luneborch, cum dominio ipsius sartaginis, habentem tres choros salis quolibet flumine tollendos, liberos, nullo censu obligatos, sitam in domo inferiori Cluuinghe ad sinistram manum, cum intratur ipsa domus, Wechpanne wlgariter dictam, ad possidendum eandem cum omni proprietate et jure in perpetuum, quo predicti pueri et eorum patres ipsam per multos annos pacifice possederunt, ita quod prefati consules Lubicenses et eorum successores in perpetuum suo et dicte ciuitatis sue nomine plenam habeant facultatem cum dicta sartagine et eius prouentibus tam pro pijs quam pro quibuscunque vsibus ordinandi, quicquid decreuerint ordinandum. In premissorum euidenciam et certitudinem firmiorem sigillum nostrum ad rogatum partium presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, feria tercia infra octauas Ascensionis domini nostri Jesu Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCLXI.

Schöffen und Rath von Campen ersuchen den Rath von Lübeck um Beschleunigung der Entscheidung ihres Streites mit den Städten Stralsund, Rostock und Wismar. O. J. (1356.)[1] Jun. 18.

Commendabilibus, honestis et discretis viris, dominis .. proconsuli et .. consulibus | ciuitatis Lubecensis, amicis suis dilectis, .. scabini et .. consules in Campen | honoris, amicicie et seruicij promptitudinem cum omni studio complacendi. | Quia honestati et discretioni vestre ac dominorum .. consulum

1) Vgl. No. 229 ff. 264.

Digitized by Google

ciuitatis Grypeswolde super causa, inter dominos,.. consules ciuitatum Stralessund, Rotstoc et Wysmarie, eorumque conciues, ex vna, et nos ac nostros conciues, parte ex altera, pendente, sedanda credidimus, et quia nos et nostri concines per immoderatas et enormes eorum graues querelas apud dominum regem Norwegie ac Swecie contra nos innocue suscitatas sumus dampnis grauibus periclitati et grauati, honestatem vestram attente rogamus, quatenus in pronunciatione vestra nobis ac nostris taliter prouidere dignemini, vt nobis super premissis exhibeatur, quid vestre circumspecte discretioni esse videbitur rationis. Omnipotens felicitatem vestram conseruare dignetur longeuis temporibus duraturam. Datum sub nostro secreto, Sabbato post Penthecostes.

In dorso: Commendabilibus, honestis et discretis viris, dominis.. proconsuli et.. consulibus ciuitatis Lubecensis, amicis suis dilectis.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese, mit aufgedrücktem grösstentheils erhaltenen Secret.

CCLXII.

Der Rath von Campen meldet dem Rathe von Lübeck, dass die Arrestation Stralsundischer Güter in Campen nach Ablauf des Waffenstillstandes geschehen sei. O. J. (1356.)[1] *Jun. 18.*

Commendabilibus *(wie No. 261)* complacendi. Honestati vestre presentibus innotescat, super treugis, alias inter honestos viros, dominos.. consules ciuitatum Stralessund, Rocstoc et Wysmarie eorumque conciues, ex vna, et nos ac nostros conciues, parte ex altera, ordinatis et datis, de quibus ipsi altercantur, quod treuge huiusmodi precise exspirabant ipsa die Natalis Domini, ad quam erant ordinate, et post illam diem bona ciuium Stralessundensium in opido nostro existencia per omnem viam, formam et juris ordinem arrestata prosecuta fuerant et optenta. Omnipotens vos conseruet. Datum sub nostro[s] secreto, Sabbato post Penthecostes.

In dorso: (wie No. 261.)

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese. Das aufgedrückte Secret, dasselbe, wie auf No. 261, ist theilweise erhalten, die Handschrift dieselbe.

1) Vgl. No. 261.

Digitized by Google

CCLXIII.

Ritter Heinrich Buchwald und dessen Bruder Marquard erklären, dass die von ihnen für Bezahlung von 200 ℔ Pf. dem Lübecker Detlev Holste gesetzten Pfänder, falls die Bezahlung nicht auf kommenden Martini erfolge, demselben als volles Eigenthum verfallen sein sollen. 1356. Jun. 22.

Notum sit, quod dominus Hinricus de Bucwolde, miles, et Marcquar|dus, suus frater, armiger, recognouerunt lucide coram honestis viris, | testibus infrascriptis, se posuisse Dythleuo Holsten, ciui Lubicensi, pignera | pro ducentis marcis denariorum in aureis lubicensibus proximo festo sancti Martini intra ciuitatem Lubicensem integraliter persoluendis. Quod si non fecerint dicto termino festi sancti Martini, extunc predicta pignera antedicti Dythleui aut suorum heredum debent esse iusta empcio cum eis faciendi et dimittendi, quicquid velint. Testes sunt domini Johannes Wyttenborch et Johannes Pertzeual, consules Lubicenses. Actum anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo sexto, in vigilia Corporis Christi.

In dorso: Littera memorialis domini Hinrici de Bucwolde, militis, Marquardi, sui fratris, et Dithleni Holzsten.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCLXIV.

Schiedsrichterliche Entscheidung der Rathmänner von Lübeck und Greifswalde in dem Streite der Städte Stralsund, Rostock und Wismar gegen die Stadt Campen. 1356. Aug. 4.

Vmme sodane schelinghe, de de rad van[d] dem Svnde vnd ere borghere, de rad van Rozstok vnde ere borgere, | de rad van der Wismer vnde ere borghere, | af ene syd, vnde de rad van Campen vnd ere borghere, af ander syd, | hadden vnder syk, de dar schach vppe Schone, na Godes bord XIII^{c} iar in deme twevndevefteghestem iare, | achte daghe vor svnte Micheles daghe, in deme iarmarkede to Schonere, der si gheghan sin in beyden siden to vns ratmannen van Lubek vnde Gripeswold to entschedende in minne ofte in rechte, wes wi dar vmbe spreken also, alse si vns ere opene briene vnde clage vnde antwarde vnder eren inghesegelen dar vp gheghenen vnde sant hebben, to deme irsten male dat irste artikel, dat de van deme Svnde claghet vppe de van Campen,

Digitized by Google

alse vmme de twelf man, hebbe wi aldus entscheden: Ouer de handdadeghen, de de van Campen den van dem Svnde in schrift ghegheuen hebben, alse si seggen, scholen de van Campen richten mit vredelosem vnde anderem richte, dat dar to hord, ift si si nicht rede vredelos gheleghet hebben. Des ghelykes moghen de vorenomeden drie stede si voruolghen in ereme rechte nach erer misdat. Were auer dat de van Campen se en nicht beschreuen gheuen hedden, so scolden si si en noch in schrift gheuen. Vortmer, alle dat gud, dat den vorbenomeden misdederen to horde vnde hord, dat dar gheleghen is in deme ghebiede der van Campen, dat scal bliuen de helfte der svluen misdedere negesten eruen. De andere helfte scal men in dre delen: dat dridde del scal bliuen der stat, dat dridde del dem richte, dat dridde del deme ghenen, deme de schade schen is. Willen de van dem Svnde, de van Rozstok vnde van der Wismer hir bouene iemede schuldeghen erer borgere der van Campen, den scholen de van Campen to rechte setten in erer stad vor ereme rade, vnd worde dar iemend vorwunnen, so scolde id gan vmbe dat gud, alse hir vore sproken is.

Dat ander artikel, vmme de dre van Campen, de to deme Sunde ane sproken worden vor mordere vnde vor dieue, entschide wi aldus: Na dem male, dat Thomas Thoslegher, de do voghet vppe Schone vnde schepen to Campen was, dar vore bat, dat si to borghe dan worden, vppe ene beschedene tyd si weder in to bringhende, ere recht to stande, ofte IIII$^{C.}$ mark svndesch to betalende, oft si nicht inne quemen, vnde si nicht inne quomen sin, so sin sy der IIII$^{C.}$ mark vorwunnen vorgenomet.

Dat dridde artikel, alse vmbe dat gud, dat de van Campen nemen den van dem Svnde, entschiede wi aldus: Na dem male, dat de van Campen also dane gud nemen dor der IIII$^{C.}$ mark willen, der si hir vore vorwunnen sin, so scollen si dat gud betalen den ienen, den dat to hord, twischen hir vnde svnte Mertens daghe, also gnd also id do was, do id ghenomen ward, bi eren eden.

Vortmer, vmme den ersten artikel der wederklaghe der van Campen ieghen de van dem Svnde, alse vmb dre man, de nederslaghen worden, dar en van dot blef, vnde vmme dat andere, dat si erer borghere LX berichteghet hebben vor rerouere vnde schódieue, vnde vmme dat dridde, dat si secghet, dat liede vp en ghedichtet sin, dat hebbe wi aldus entschieden: Willen de van Campen iemende schuldeghen van dem Svnde vmme desser stucke welk, dat scolen si don vor deme rade to dem Sunde, dar scholen de van dem Sunde en rechtes ouer pleghen.

Digitized by Google

Dat vierde artikel, dat de van Campen klaghen ieghen de van dem Svnde, de van Rozstok vnde Wismer, also dat si klaghet hedden deme kønighe vnde sinen vogheden mit brieuen eder mit munde, dat entschiede wi aldus: Na dem male, dat ere borghere dot gheslaghen weren vnde ere gud ghenomen was van den Camperen, dat des not was, dat si dat mosten klaghen deme kønighe van Sweden vnde sinen vogheden, in des leyde vnd vielecheyt si dar weren, so scolen si nene schult hebben in der klaghe. Vortmer, willen de van Campen iemende schuldeghen van den dren steden vmbe schaden, we dar gheschuldeghet werd, de scal dar lecghen luttik ofte vele vnde sweren dar to, dat he en nichtes mer plichtich si van des schaden weghen. Dat svlue scolen de van Campen den steden dren weder doen, of si si schuldeghen willen vmbe scaden.

Vortmer, de claghe der van Rozstok ieghen de van Campen, alse dat een ere borghere vnde een erer borgher knecht vppe der Camper vitten dot gheslaghen worden vnde den svluen IIC. mark worden ghenomen, hebbe wi aldus entschieden, dat de van Campen ouer de richten scolen vnde richten sin gud, alse vor ghesproken is, vnde vmbe dat gheld, dat dar nomen is den van Rozstok, wil iemend van Rozstok ieneghen borgher van Campen dar vmme schuldeghen, dar scolen de van Campen eme rechtes ouer helpen.

Vortmer, den irsten artikel der claghe der van der Wismer ieghen de van Campen, alse dat de Campere twe erer borghere dot slogen, alse si dat noghafteghen bewisen willen, entschiede wi aldus: Moghen de van der Wismer de bewisinghe don vor deme rade van Campen, so scolen de van Campen en helpen, des en recht is na ereme rechte.

Dat ander artikel, alse vmbe de IIC. mark, de eren borgheren worden nomen dar svlues in nachtiden, entschiede wi aldus: Wil iemend van der Wismer der van Campen welk dar vmme schuldeghen, dar scholen de van Campen en vmbe doen vor ereme rade, des ere recht is.

Vortmer, alle kleghere vte dessen vier steden vorbenomet, wen si klaghen willen, so scolen si vielich wesen af vnde to in beyden siden vor alle de ghene, de dor eren willen doen vnde laten willen, svnder argeliste. Vnde mit desser entschidinghe scolen si ghesonet wesen vnde vrunt bliuen, wor si komen, to watere eder to lande, van dessen vorbenomeden saken, beholden doch eneme iewelkem siner klaghe, alse hir vore steyt gheschreuen.

Ghegheuen vnde gheschreuen to Lubeke, na Christi bord XIIIC. iar in deme LVI. iare, des Donredaghes na svnte Peters daghe, alse em de bende vntsprunghen.

Digitized by Google

In dorso: Littere diffinicionis inter Campenses, ex vna, et ciuitates Stralessund, Rozstok et Wismer, parte ex altera. ***Und darüber mit grösserer Schrift:*** In Lubeke permanebit.

Nach der auf der Tresc befindlichen, durch Auszahnung oben kenntlichen Original-Aete. — Abgedruckt nach einer dem Rostocker Archive entnommenen Ausfertigung in den Wöchentl. Rostock. Nachr. und Anzeigen a. d. J. 1754. St. 8. 9. S. 30 fgg.

CCLXV.

Willkür der Nädeler. O. J. (1356. Aug. 15.)[1]

Witlich is,[2] dat de heren van Lubeke ghebuwet hebbet XIIII stede to behone der netelere in den swyboghen,[3] vnde nyman scal synes sulues werden in den swyboghen, dar en sy en stede ledich.[4]

Vortmer, were genich vrowe eder man, de deme anderen koplude in den swyboghen vntrepe, de scolde den heren wedden dre mark suluers.

Vortmer, were genich man eder vrowe, de koplude sochte van huse to huse, van straten to straten, by der Trauene eder an scepen, de scholde auer den heren wedden dre mark suluers.

Vortmer, were genich man, de dar mengede dat kleyne to deme grouen vnde vorkofte dat also, de scal den heren wedden eyn halef punt also manich dusent, also he des vorkofte.

Vortmer hebbe wy eyn recht van Gode vnde van den heren, dat neman natelen scal sellen tho Lubeke, men de nethelere, de dar sitten in der heren wyn.

Vortmer hebbe wy by vnseme ammethe van oldes veyle hat slote, sûwelen, stilos, pater noster, plauen vnde spysseryge.[5]

Vortmer, were genich man, de dar kofte vromet werk, de scolde dat voren ut der stat, wente he nynen manne dar mede vul doon mach to der se wort.[6]

Vortmer, queme en gast to Lubeke, de scal dar mede stan, also eynes gastes recht is, dre daghe in deme iare. Men sochte he koplude van huse

1) Die Datirung, welche übrigens unverfänglich ist, findet sich nur in der unten angeführten späteren Rolle, nach welcher die obigen Bestimmungen abgedruckt sind bei C. Wehrmann, die älteren Lübeckischen Zunftrollen. Lüb. 1864. S. 339 ff 2) sy. 3) der natteler, de dar sitten in der heren winne. Vgl. Urk.-B. II. p. 1052. Pauli, Lübeckische Zustände S. 51. und Wehrmann a. a. O

4) dar en sterne ein vdt den vertein stedenn. 5) Die beiden letzten Wörter von anderer Hand, und vor planen verlöscht: vnde. Der ganze Absatz fehlt in der späteren Bestätigung. Vgl. Wehrmann S. 342. 6) Der Absatz fehlt. Vgl. S. 261. Anm. 2.

Digitized by Google

tho huse, van straten tho straten, de[1] scolde den heren wedden dre mark suluers. Were it auers vals, men scolde dar mede varen, also der heren recht tho segede. Were it auer wandelbar, he scolde den heren also manich halef punt wedden, also manich dusent dar were. Were dat it ok genich man kofte an vnseme ammethe, de scolde den heren wedden also manich halef punt, also manich dusent dar were, vnde also dicke, also it vnder em worde ghevunden.[2]

Vortmer nyn knecht scal synes sulues werden, he vnde[3] hebbe ghedenet mit vns iar vnde dach. Ok scal he hebben ver mark vnuorborghet: dat scal he beholden mit twen borgheren.

Vortmer, were genich man eder vrowe, de den meysteren weghe-ringe dede tho besende eres werkes. de scolde den heren wedden dre mark suluers.

Vortmer nyman scal mer holden, wen twe knechte in synen brode vnde eynen iungen. Den iungen scal he holden ver iar to lerende; bynnen den ver iaren scal de iunge also vele leren, dat he syn brod vordenen mach, vnde so scal de iunge denen dat vifte iar (deme),[4] de ene leret heuet, vnde so scal he eme geuen eyne mark to lone. Vnde nyn ledich knecht scal arbeyden by synen eghenen brode.

Vortmer, were genich man eder wif an vnseme ammethe, de sos penninge wert stele, de were vnses ammethes nicht werdich.

Vortmer, were genich vrowe, de sich voranderde buten vnseme ammethe, de scolde sich buten vnseme ammethe mit den manne neren.[5]

Vortmer, were genich vrowe eder man, de sich sculde in den swyboghen mit quaden worden, de scolde den heren wedden eyn halef punt.

Vortmer, were genich knecht eder maghet, de sich twen heren vormedede vnde ere ghelt vp borede, de were vnses ammethes nicht werdich.

Vortmer nyman scal synen knechte mer to voren, wen teyn scillinge, it ne were em[6] sukedage to donde eder not syne ere to warende.[7] Dede he em mer dar enbouen, also manige ver scillinge (also he em dede),[8] also manighe dre mark suluers scolde he den heren wedden.

---

1) l. he. 2) Hier folgt der Absatz: Vortmehr schal nein man offte fruwe in vnserm ampte kopen fromedt ogenwerck; also mennig dusent alsz he kofft, also mennig dre marck suluers schal he wedden. Vgl. S. 260 Anm. 6. 3) l. en. So auch die Rolle. 4) nemant denen dat vofftе jahr, men. 5) Der Absatz fehlt 6) l. om oder vmme. Die Rolle: vme. 7) In der Abschrift ist werende fälschlich corrigirt, wie auch die Rolle liest. 8) alse he eme dede.

Digitized by Google

Vortmer scal eyn iewelich vmme gan in den swyboghen, also dat de heren hebbet ghevoghet.

Vortmer de dratsmede hebbet vns de heren ghegheuen, dat se vns scolen smeden, wen wy behouen.

Vortmer, qneme ienich man vp eynen kop an vnseme ammethe, den scolde he kopen to behoue des gansen ammethes, beyde arm vnde rike. Worde he dar mede bewaren, dat he ene allene behelde vnde deme ammethe vorewegheringe dede, he scolde den heren wedden dre mark suluers.

Vortmer nyman scal des anderen knecht to spreken vmme denest, men vertinnacht vor Paschen eder vertinnacht vor Michaelis. Were dat he dar ienighen boden vp sende eder suluen spreke, de[1] scolde den heren wedden dre mark suluers vnde scolde auer des knechtes nicht behalden.[2]

(Vortmer),[3] wen de meystere an vnseme ammethe scolen ere recht vorderen vor den wedde heren, ladede he[4] gemende dar to buten vnseme ammethe, alsɔ manich man dar worde gheladen, also manich halef punt scolde he den heren wedden.

Vortmer, uordobelde ienich knecht eyn ieghen den anderen mer, wen ses penninghe, de scolde den heren wedden dre mark suluers.[5]

(Vortmer),[6] were dat ienich man vt vnseme ammethe wolde werk ut voren, welich hent dat he wolde,[7] he scolde des nicht vt voren, he vnde[8] dede den meysteren dat ersten to besende. Dede he em wegheringe, he scolde den heren wedden dre mark suluers.

Vortmer, were ienich knecht, de syme heren vntghynge mit syme ghelde vnde mit syme denste, de were vnses ammethes nicht werdich.[9]

Nach der Aufzeichnung auf einer in Quart zusammengehefteten Pergamentlage des 15. Jahrhunderts, welche auf der Registratur bewahrt wird. Ebendaselbst eine Rolle des 17. Jahrhunderts, welche ausser den angeführten wesentlichen Abweichungen und Zusätzen spätere Rathsbestimmungen enthält, von denen bei Wehrmann a. a. O. S. 342 ff. die meisten abgedruckt sind. An diese ist sodann eine spätere Confirmation vom 3. Dec. 1661 angeheftet worden.

---

1) l. he. 2) Der Absatz fehlt an dieser Stelle, folgt aber später verkürzt. 8. Anm. 9.

3) Vortmehr. 4) jenich. 5) In der Rolle heisst es statt dessen: wen sosz penninge, alsz mennig half pundt schall he wedden. Und folgt der Absatz: Vortmehr, lete jenig man werck macken butten vnser companye, dar scholen de meisterlude tho gahen vnd scholen dat beschen, offt he dar ful mede don moge eder wahren: den meistern schal he nene weigeringe don, by dren marcken suluers.

6) Vortmehr. 7) vdt thoren, wor he wulde. 8) l. en.

9) In der Rolle folgen noch die Zusätze:

Vortmehr schal sick nemandt vnsers amptes vnderwinnen, de berechtett isz, he sy man edder fruwe, vnd schall wesen echte bohrenn.

Vortmehr neyn man offte fruwe schall desz andern denere tho sprecken edder hoden vp senden er verteinnacht vor Paschen vnd vertennacht vor Michaelys dage, by 3 marck suluers. (Anm. 2.)

Digitized by Google

CCLXVI.

Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, (der Ruth von Hamburg) compromittirt in seinem Streite mit den Städten Bremen, Hamburg und Stade (mit dem Könige Waldemar) auf den Bischof und den Rath von Lübeck. 1356. Aug. 29.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus, Dei gracia Danorum Sclauorumque rex,[2] salutem in Domino. Constare volumus vniuersis presentibus et futuris, nos omnes dissensiones, controuersias ac inimicicias inter nos, vna parte, ac ciuitates, opida, consules et communitatem Bremen, Hamborch et Staden, parte ex altera, vertentes[3] in reuerendum patrem, dominum Bertrammum, episcopum Lubicensem, et dominos consules ibidem compromisisse in iusticia vel amore terminandas,[4] jure tamen partis vtriusque per istam compromissionem minime violato. Nos igitur ratum et gratum[5] habere nos astringimus, quidquid dicti domini episcopus et consules Lubicenses fecerint in premissis. Huius vero compromissionis auctoritatem a festo Pasche proximo vltra ad annum volumus ex(s)pirare. Datum Lubek,[6] anno Domini M°C°C°LVI°, die sancti Johannis in Decollacione, nostro sub sigillo[7] presentibus appenso[8] in testimonium premissorum.

Nach einer im Hamburgischen Archive bewahrten gleichzeitigen Pergamentrolle, welche die Signatur in dorso führt: Rex Dacie. Magnopolensis. Hamborch. Auf die Abschrift obiger Urkunde folgen in ihr die Copien des bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautenden Compromisses des Rathes von Hamburg, des Compromisses Herzog Albrechts und des Hamburger Rathes (No. 267), sowie der beiden dazu gehörigen Vollmachten (No. 268).

Vorthmer ein jewelick man schall meden den gesellen vp ene beschedene titt: queme he eme dar buuen tho warcke, de scholde wedden dre marck sulwersz.

Vorthmer welck geselle sinem heren mitt sinem denste entgeit twye, so schall men chn bringen vor de heren.

Welck geselle vthe schlapett, de schal wedden ein halff punt.

Datum Lubeck, dusent dre hundert quinquagesimo sexto, festo Assumtionis Mariae, sub proconsulibus D. Lydemanno *(Tydemanno)* de Warendorp et Hermano de Wickede.

1) Vgl. Sartorius II. S. 438. 2) consules ciuitatis Hamburgensis. 3) nos super omnibus dissensionibus ac inimiciciis inter magnificum principem, dominum Waldemarum, Danorum Slauorumque regem, ex vna parte, et nos et nostros ciues, ex altera parte, vertentibus.
4) terminandis. 5) Nos gratum et ratum. 6) Hamborch.
7) in die Decollacionis beati Johannis Baptiste, sub nostro secreto. 8) apposito.

Digitized by Google

CCLXVII.

Der Rath von Hamburg (Herzog Albrecht von Meklenburg) compromittirt in seinem Streite mit dem Herzog Albrecht von Meklenburg (dem Rathe von Hamburg) und dessen Helfern auf Graf Heinrich von Holstein und den Rath von Lübeck. 1556. Aug. 29. (Oct. 9.)[1]

Wy ratmanne der stad tho Hamborch.[2] Bekennen an desser scrift vnde thughen openbare,[3] dat wy vmme schelinghe[4] vnde twydracht, de twyschen deme edelen vorsten, hern Alberthe, hertthoghen tho Mekelenborch, tho Stargard vnde Rozstock here, vnde synen helperen, vnde beschedeliken Lodewich dem Rømere, markgreuen tho Brandeborch, Otten, ertzebischope tho Meydeborch, Rodolphe, hertzeghen tho Sassen, den greuen van Anehald, Otten, greuen tho Zwerin, den Lutzowen, den Scarpenberghern, den Plessen vnde iren vrenden vnde helperen,[5] van der enen weghene, vnde vns vnde vnsen borgheren vnde helperen, van der anderen weghene, vnde by namen Henneken Schacken,[6] (ghewesen heft,) hebben ghedeghedinghet ene gantze, stede, wulthoghene zone, tho holdene sunder arghelyst in desser wys: Wat greue Hinrick van Holsten, vnse leue here,[7] vnde de erbaren man, de ratmanne der stad tho Lubeke, spreken vmme desse sake an beydent syden an mynne eder an rechte, dar schole wy vnde alle de yene vorbenomd vns an ghenoghen laten, vnde dar mede scal alle schelinghe vnde twydracht twyschen vns an beydent syden endet vnde lendet[8] wesen. Tho ener betughinghe desser ding hebbe wy vnse hemelke yngheseghel henghet to dessen breue, de ghegheuen vnde ghescreuen is tho Hamborch,[9] na Ghodes bord dusent[10] drehundert jar in deme sesvndviftighesten jare, an sûnte Johannis daghe, als eme dat honed afgheslaghen ward.[11]

Nach einer Abschrift auf der zu No. 266 angeführten Pergamentrolle. Auf ihr geht dem obigen Compromisse der des Herzogs Albrecht voran, bis auf die angeführten Abweichungen gleichlautend.

---

1) Vgl. Sartorius II. S. 439. 2) Wy Albert, hertthoghe tho Mekelenborch, Stargarden, Rozsteke en here. 3) scrift openbare. 4) alle schelinge. 5) de twischen den wysen luden, den ratmannen tho Hamborch vnde eren borgheren, vnde allen eren helperen, vnde benamen Henneken Scacken. 6) vnde vns vnde alle vnsen helperen Lodewighe — Plessen, vnde alle eren vrenden vnde helperen, van der anderen weghene. 7) om. 8) ghelendet 9) Lubeke. 10) borde dusend jar. 11) an sûnte Dyonisius vnde syner kumpane daghe, als he ghemartelet worden.

Digitized by Google

CCLXVIII.

Der Rath von Hamburg (Herzog Albrecht von Meklenburg) ermächtigt den Grafen Heinrich von Holstein und den Lübecker Rath zur endgültigen Entscheidung seines Streites mit dem Herzog Albrecht von Meklenburg (dem Rathe von Hamburg). 1356. Aug. 29. (Oct. 9.)

Wy ratmanne der stad tho Hamborch.[1] Bekennen in desser schrift vnde betughen openbare, dat wy vnsen leuen heren,[2] greuen Hinrike van Holsten, vnde den erbaren mannen, den ratmannen der stad tho Lubeke, hebben ghegheuen[3] vnde gheuen in desser yeghenwardeghen scryft gantze wulle macht: alz, wat se vmme alle schelinghe, de twyschen deme edelen vorsten, hern Alberthe, hertoghen tho Mekelenborch, Stargard vnde Rozstock here, vnde synen helperen,[4] dem markgreuen tho Brandenborch, den byschop van Meydeborch, hertoghen Rodolue van Sassen, den greuen van Anehald, greuen Otten van Zwerin, den Lutzowen, den Scarpenbergheren vnde Plessen, vnde alle eren vrůnden vnde[5] helperen, van der enen weghene, vnde vns vnde vnsen borgheren vnde helperen, vnde[6] Hennecken Schacken, van der anderen weghene, (ghewesen heft,) endrachtliken spreken vnde zegghen an mynne eder an rechte, dar schal vns an ghenoghen ane yenegherleye verwyt, vnde willen dat stede vnde vast holden Tho ener betughinghe desser ding hebbe wy vnse hemelke yngheseghel (henghet)[7] tho dessem breue, de gheuen vnde screuen is tho Hamborch,[8] na Godes bord dusend[9] drehunderd jar in deme sesvndvefteghesten jare, an sunte Johannis daghe, alz eme dat honed afgheslaghen ward.[10])

Steht zuletzt auf der zu No. 266 fg. angeführten Rolle, vorher geht eine bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautende Erklärung des Herzogs Albrecht.

1) Wy Albert, herthoghe tho Mekelenborch, Stargharden, Rozstocke en here
2) vnsem leuen ome. 3) gheuen. 4) de twischen vns vnde vnsen helperen.
5) vrůnden vnde alle vnsen. 6) vnde den wysen, den ratmannen tho Hamborch, vnde eren borgheren, vnde bynamen. 7) henghet. 8) Lubeke. 9) dusent jar.
10) an sunte Dyonisius daghe, des hilghen mertelers, vnde syner kumpane.

Digitized by Google

CCLXIX.

Notariatsinstrument über die von dem Bürgermeister Tidemann Warendorp Namens des ganzen Lübecker Rathes an den Bürgermeister Hermann von Wickede und den Rathmann Bernhard Paul ertheilte Vollmacht zur Führung des Processes gegen Bischof Bertram wegen beanstandeter Bestätigung zweier vom Rathe präsentirter Vicare der Marienkirche. 1356. Dec. 21.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLVI, indictione decima, mensis Decembris die XXI^a^, hora completorij vel quasi, in domo dominorum consulum in ciuitate Lubicensi, in presencia honorabilium virorum, dominorum proconsulum et consulum eiusdem ciuitatis protunc in consilio congregatorum, videlicet Hermanni de Wikede, Bertrammi Heydebu, Nicolai Sconeke, Bertrammi Vorraad, Gotscalci Warendorp, Bernardi Plescowe, Hinrici Plescowe, Johannis Plescowe, Seghebodonis Crispini, Johannis Wittenborgh, Johannis Schepenstede, Hermanni Gallyn, Johannis Wesseler, Bernardi Coesveld, Abrahe Bere, Johannis Pertzeual, Jacobi Plescowe, Bernardi Oldenborgh, Thidemanni Stokeletd, Euerhardi Swartte, Dithardi Sach(t)eleuent, Gotscalci de Atendorn et Holtonis de Alen, meique notarii publici testiumque infrascriptorum constitutus honorabilis vir, dominus Thidemannus de Warendorp, proconsul in ciuitate Lubicensi predicta, nomine dictorum proconsulum et consulum fecit, constituit et ordinauit in veros et legitimos procuratores, actores, factores et nuncios speciales honorabiles viros, dominos Hermannum de Wickede, proconsulem predictum, presentem et onus procuracionis in se sponte suscipientem, Bernardum Pal, consulem prelibate ciuitatis Lubicensis, absentem tamquam presentem, meliori modo et forma quibus fieri potest, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed, quod vnus eorum inceperit, alter prosequi, mediare valeat et finire, in omnibus et singulis causis, quam vel quas mouent vel mouere intendunt predicti proconsules et consules Lubicenses reuerendo in Christo patri ac domino, domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, et specialiter super quadam gracia apostolica per sanctissimum in Christo patrem ac dominum, dominum nostrum Innocencium papam sextum, facta et concessa, aut aliis quibuscumque, si aliquorum de dicta gracia interfuerit, ac que predictus dominus episcopus, aut quicumque de prefata gracia apostolica mouet vel mouere potest, mouent vel mouere possunt dictis proconsulibus et consulibus Lubicensibus viceuersa,

Digitized by Google

coram quocumque judice legitimo vel quibuscumque judicibus delegato vel delegatis, subdelegato vel subdelegatis, dando seu dandis causa in eadem ast[1] causis in eisdem, dans dictis procuratoribus nomine dictorum proconsulum et consulum potestatem appellandi, appellacionem intimandi et insinuandi, prosequendi, apostolos petendi et recipiendi, libellum seu libellos et quascumque peticiones dandi et recipiendi, litem seu lites contestandi, contestacionem litis prosequendi, de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis juramentum in animam suam et dictorum proconsulum et consulum prestandi, ponendi, posicionibus respondendi, articulandi, articulos aduerbe[2] partis reprobandi, terminos et dilaciones quascumque petendi et recipiendi, excipiendi, replicandi, duplicandi, triplicandi et quaslibet excepciones proponendi, crimina et defectus opponendi, testes, instrumenta, litteras et quascumque probaciones alias producendi ac producta ex aduerso reprobandi, testes aduerse partis jurare videndi, in ipsos et ipsorum dicta dicendi, allegandi, concludendi, sentenciam seu sentencias tam interlocutorias quam diffinitinas ferri petendi et audiendi, beneficium absolucionis simpliciter et ad cautelam et restitucionis in integrum implorandi, expensas, dampna, sortem et interesse petendi et recipiendi, causiones[3] quascumque prestandi et recipiendi, a dictis sentenciis aut qualibet earumdem necnon quolibet grauamine appellandi, quociens opus fuerit, appellacionem vel appellaciones prosequendi, copias quascumque dandi et recipiendi, alium vel alios procuratorem vel procuratores loco sui aut eorum cuiuslibet substituendi ac eum vel eos renocandi, quando et quociens ipsis aut alteri eorum videbitur expedire, paciscendi, transfigendi,[4] compromittendi et componendi, et generaliter omnia et singula faciendi et excercendi, que veri et legitimi facere et excercere possunt procuratores, et que ipsemet constituens nomine dictorum proconsulum et consulum facere posset et deberet, et omnia, que predicti proconsules et consules coniunctim vel dinisim facere possent vel deberent, si interessent, eciam si mandatum exigant speciale, promittens vna cum Bertrammo Heydebu, proconsuli predicto, nomine predictorum consulum michi notario infrascripto sollempniter stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum nomine dictorum proconsulum et consulum, quidquid per dictos procuratores vel eorum alterum aut substitutum vel substitutos ab eis uel eorum altero

1) l. ac. 2) l. aduerso. 3) l. cauciones. 4) l. trans[a]igendi.

Digitized by Google

nomine prelibatorum proconsulum et consulum actum, factum, gestum, procuratum et ordinatum fuerit in premissis et circa premissa aut quolibet premissorum, volens nichilominus dictos procuratores aut substitutum vel substitutos ab eis seu eorum altero releuare ab omni onere satisdandi; promisit eciam michi notario indicio sisti et iudicatum solui cum omnibus suis clausulis oportunis sub omnium bonorum suorum ypotheca et obligacione. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris magistro Martino de Golnowe, scolastico Zwerinensi, Gherardo Rademin, vicario Sancti Spiritus in Molne, dictorum dominorum consulum notariis, testibus ad premissa vocatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictorum procuratorum constitucioni, ordinacioni, substitucioni ac omnibus aliis et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc formam redegi, quam manu mea conscripsi et signo solito et consueto meo signaui requisitus.

Nach einer gleichzeitigen Notariats-Abschrift auf der Treve.

CCLXX.

Notariatsinstrument über die von dem Bürgermeister Hermann von Wickede gegen die Weigerung des Bischofs Bertram, die zu Vicaren der Marienkirche präsentirten Geistlichen Gerhard von Mölln und Paul Degenhardi zu bestätigen, Namens des Lübecker Rathes eingelegte Appellation an den Papst. 1356. Dec. 22.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M̂CĈCLVI̊, indictione decima, mensis Decembris die XXII, hora terciarum uel quasi, in curia venerabilis in | Christo patris ac domini, domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, in Lubeke, in mei notarij publici | testiumque infrascriptorum presencia constitutus honorabilis vir, dominus Hermannus de Wickede, proconsul ciuitatis Lubicensis, procurator honorabilium virorum, dominorum proconsulum et consulum dicte ciuitatis Lubicensis, quia presenciam dicti domini episcopi habere non poterat, familiares eiusdem domini episcopi conuocauit et dixit: Nuper, videlicet XIII die mensis Decembris, de annis incarnacionis Domini M̂CĈCLVI, responsum a domino vestro episcopo ego et Bernardus Pal, grauamen non modicum conti-

Digitized by Google

nens, recipimus[1] in quadam papiri cedula, a quo quidem grauamine ego tamquam procurator dominorum proconsulum et consulum Lubicensium volo et intendo appellare. Et immediate quandam cedulam papiream, appellacionem continentem, in manibus tenebat et per modum appellacionis interposuit ac per me notarium infrascriptum legere fecit in hunc modum: In nomine Domini amen. Cum appellacionis remedium ad oppressorum iniuste refugium sit inuentum, idcirco ego Hermannus de Wickede, proconsul, procurator dominorum proconsulum et consulum Lubicensium, prout alias in procuratorio, per Albertum dictum Witte, clericum Bremensis dyocesis, notarium publicum, scriptum,[2] coram reuerendo in Christo patre ac domino, domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, probaui et ostendi et adhuc ex superhabundanti magis sufficienter loco et tempore necessario et oportuno probabo et ostendam, coram vobis Alberto Witte tamquam persona auctentica et testibus hic astantibus dico et propono, quod quedam gracia per sanctissimum in Christo patrem ac dominum, dominum nostrum Innocencium papam sextum, super fundacione sex vicariarum in ecclesia beate Marie intra ciuitatem Lubicensem fundandarum dominis proconsulibus et consulibus dicte ciuitatis Lubicensis facta existit et concessa (et) jus presentandi personas quascumque ad huiusmodi vicarias dyocesano dicte ciuitatis reservatum. Predicti vero proconsules et consules dicto domino episcopo Lubicensi iuxta prefatam graciam apostolicam per dominum Thidemannum Warendorp, proconsulem dicte ciuitatis Lubicensis, Gotfridum Wokenitze, clericum Caminensis dyocesis, ad altare Fabiani et Sebastiani martirum ac Elizabet vidue retro chorum in ecclesia beate Marie predicta presentari fecerunt. Predictus (vero) dominus episcopus pluribus deliberacionibus mature prehabitis fecit, prout de iure debuit, dictum Gotfridum Wokenitze recepit ad presentacionem dicti domini Thidemanni Warendorp et discernebat[3] eum inuesti[g]endum et inducendum, mandauitque dictum Gotfridum induci in corporalem possessionem dicte vicarie et de singulis fructibus, redditibus, pertinenciis et proueutibus dicto Gotfrido integraliter responderi. Ego vero cum alias, videlicet XIII die mensis Decembris, de annis incarnacionis Domini MCCCLVI, nomine procuratorio dominorum proconsulum et consulum predictorum presentaui dicto domino episcopo virtute gracie antedicte Gherardum de Molne, presbiterum Ratzeburgensis dyocesis, Paulum Degenhardi, filium Jacobi Degenhardi, ciuis Lubicensis, eos recipere minime curauit, sed

1) l. recepimus. 2) l. scripto. 3) l. decernebat.

Digitized by Google

magis eosdem sinistra persuasione indigne refutans[1] informatus. Et cum sencio me grauatum nomine dictorum proconsulum et consulum per denegacionem presentacionis personarum antedictarum et per impedicionem et prohibicionem prefati domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, in gracia apostolica memorata, et in futurum acrius posse aggrauari, ad sedem apostolicam in hiis scriptis prouoco et appello, apostolos peto instanter instancius instantissime michi dari, siquis sit, qui eos dare velit et possit, subiciens me michique adherentes seu adherere volentes, bona et iura mea, michi adherencium seu adherere volencium protectioni sedis antedicte. Protestor eciam, quod hanc appellacionem intendo corrigere, emendare, innouare, specificare, declarare, immutare in parte uel in toto, publicare, insinuare illis, quorum interest, apostolos petere et recipere per me uel per procuratorem sufficientem, quociens, quando, vbi videbitur expedire, astringens me ad probandum ea dumtaxat de premissis, que meam fundant intencionem in hac parte. Lecta et interposita est hec appellacio anno, indictione, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus discretis viris magistro Martino de Golnowe, scolastico Zwerinensi, Gherardo Rademin, vicario Sancti Spiritus in Molne, dictorum dominorum consulum notariis, Jacobo de Robele apothecario, Petro Berchof, ciuibus Lubicensibus, et pluribus aliis testibus fidedignis ad premissa vocatis et rogatis.

(*Notariatszeichen*) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, presentis appellacionis lectioni, interposicioni ac omnibus aliis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam manu mea propria scripsi et signo meo solito et consueto signaui requisitus in testimonium premissorum.

Nach einer gleichzeitigen, mit № 270 durch ein Bändchen zusammengehefteten Notariats-Abschrift auf der Trese.

CCLXXI.

Vogt, Rathmannen und Gemeinde der Stadt Lübeck urkunden über die von der Stadt und dem Rathmanne Bertram Vorrad für gemeinschaftliche Rechnung beschaffte Aufstauung der Falkenbeke zu Fischteichen 1357. Jan. 1.[2]

Omnibus presens scriptum cernentibus aduocatus, consules et commune ciuitatis Lubicensis salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus

1) l. refutant. 2) In das dritte Kämmereibuch, fol. 119, ist eine Copie der obigen Vereinbarung eingetragen, mit folgender Ueberschrift: Notum sit, quod instagnacio aque dicte Valken-

Digitized by Google

et constare cupimus vniuersis, quod huiusmodi instagnacio aque dicte Valkenbeke, site in campimarchia campi ciuitatis Lubicensis et campi ville Stokkelstorpe, que cum quatuor aggeribus siue dammonibus ac quatuor instagnacionibus est inchoata et concepta, nos huiusmodi quatuor aggerum et quatuor instagnacionum dimidietatem expensarum inde factarum persoluimus, reliquam vero dimidietatem earundem persoluit dominus Bertrammus Vorraad, noster dilectus consularis, sic tamen, quod omnium prouentuum inde deriuancium ac eciam piscarie dimidietas nobis et nostre cedet ciuitati, alia vero medietas eorundem dicto domino Bertrammo aut suis heredibus vel successoribus debet pertinere. Eciam dimidietatem expensarum reparacionis seu melioracionis dictorum aggerum et instagnacionum, si qua indiguerint tempore affuturo, nos persoluemus, aliam autem dimidietatem instagnacionum et aggerum eorundem idem dominus Bertrammus aut sui heredes vel sequaces. Preterea, si decreuerimus eosdem aggeres et instagnaciones quadam clausura arborea vel alijs lignis seu aliquo alio munimine aut fortificacione firmari, ne ibidem transitus pateat siue fiat, huiusmodi expensas inde faciendas nos solum faciemus, saluo eciam nobis et nostre ciuitati ac dicto Bertrammo aut suis heredibus vel successoribus antiquo aggere et ibidem distinctione, que fuit ab olim, et prout ad fossatum campimarchiam ciuitatis Lubicensis ac terre Holtzacie ac curiam dicti domini Bertrammi distingwens se extendit. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo septimo, in festo Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi.

Nach dem Originale im Stockelsdorfer Gutsarchive, mit an rothseidenen Schnüren hangendem Lübeckischen Stadtsiegel.

---

beke facta est secundum continenciam littere ciuitatis Lubicensis sigillo maiori sigillate, cuius tenor sequitur in hec verba *(folgt die Urkunde. Dann heisst es weiter)*: Sciendum, quod anno Domini MCCCLXXXII concordatum est inter dominos consules, ex vna, dominum Thidericum, filium domini Bertrammi Vorrad, parte ex altera, sic, quod de prenarratis IIIIor. instagnacionibus, piscinis, aggeribus duas superiores habebit perpetuo dictus dominus Thidericus et sui heredes, ita quod habebit fructus et se solo faciet earum emendaciones, quociescunque necesse fuerit, et ciuitas nostra habebit duas inferiores cum omnibus vtilitatibus et faciet eciam de eis, cum opus fuerit, emendaciones.

Digitized by Google

CCLXXII.

Der Rath von Lübeck zeigt dem Johann, Schatzmeister der Kirche zu Rameslo, an, dass er seinen Schreiber Gerhard Rademin bevollmächtigt habe, vor jenem das Ausbleiben des von ihm citirten Lübeckischen Bürgers Otto Lange durch Berufung auf das päpstliche Privilegium de non evocando zu entschuldigen und alle damit zusammenhangenden gerichtlichen Handlungen vorzunehmen. 1357. Jan 4.

Vobis honorabili viro, domino Johanni, thesaurario ecclesie Ramesloensis Bremensis dyocesis, ac aliis omnibus, quorum interest ‖ vel interesse poterit, nos aduocati et consules et commune ciuitatis Lubicensis cupimus fore notum, quod, licet ex priuilegio nobis a sede ‖ apostolica graciose indulto non possimus neque debeamus extra muros ciuitatis Lubicensis ad iudicium euocari, vos tamen, domine thesaurarie, ‖ quia, huiusmodi priuilegii fortassis ignarus, Ottonem Lange, conciuem nostrum, paratum cuilibet conquerenti exhibere insticiam coram quocunque competenti judice [1] infra muros ciuitatis Lubicensis, citastis seu citari mandastis ad instanciam cuiusdam nominantis se Hinricum Lange, perpetuum vicarium in Medinghe Verdensis dyocesis, ad comparendum coram vobis in ecclesia Ramesloensi, eiusdem Hinrici querimoniis responsurus. Vnde discretum virum Gherardum Rademin, vicarium Sancti Spiritus in Molne, notarium nostrum, exhibitorem presencium, (nostrum) et ipsius Ottonis Lange verum et legitimum ordinamus, facimus, constituimus procuratorem et nuncium specialem, meliori modo et forma quibus fieri potest, dantes et concedentes eidem procuratori nostro plenam potestatem coram vobis dictum priuilegium allegandi ac de eodem transumpto et redacto in formam publici instrumenti fidem faciendi, vie pericula allegandi, nos et dictum ciuem nostrum excusandi et petendi ipsum priuilegium admitti, quaslibet excepciones judicij declinatorias, dilatorias et peremptorias et defensiones nostras proponendi et prosequendi, responsum vestrum seu voluntatem vestram super premissis audiendi, appellandi, appellacionem insinuandi, apostolos petendi, appellacionem vel appellaciones prosequendi, juramentum in animas nostrorum consulum et predicti Ottonis prestandi, si opus fuerit, alium procuratorem substituendi ac substitutum reuocandi, ac alia omnia et singula faciendi, que in premissis et eorum quolibet necessaria fuerint et oportuna, eciam si mandatum exigant

1) Uebergeschrieben.

Digitized by Google

speciale, promittentes nos gratum et ratum habituros, quidquid per dictum procuratorem nostrum seu substitutum ab eo actum, procuratum siue factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. In quorum omnium et singulorum euidenciam sigillum[1] nostrum presentibus litteris est appensum, quas eciam in formam publici instrumenti transsumi et redegi[2] mandauimus per notarium infrascriptum. Acta sunt hec Lubeke in consistorio nostro consulum, anno Domini M̂CCĈLVIÎ, indictione decima, mensis Januarij die quarta, hora completorij vel quasi, presentibus discretis viris Johanne Suuarte, Petro Driuod, Thiderico Vunke, ciuibus Lubicensibus, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi procuratoris constitucioni, ratihabicioni ac omnibus aliis et singulis suprascriptis vna cum prefatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam manu mea propria scripsi me(o)que signo solito et consueto signaui in maiorem euidenciam eorumdem. Dictiones vero interliniares, videlicet *iudice* inter quartam et quintam lineam, et *sigillum* inter quindecimam et decimam sextam, reprobo[3] non vicio factas, sed errore.

Nach dem auf der Trese befindlichen Originale, mit anhangendem Siegel nebst Rücksiegel.

CCLXXIII.

Notariatsinstrument über die bei dem Bischof Bertram in Bezug auf die zu Vicaren der Marienkirche präsentirten Geistlichen von den Bevollmächtigten des Lübecker Rathes bis zu ihrer Appellation an den Papst geschehenen Schritte. 1357. Nach Jan. 10.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M̂CCĈLVÎ, indictione nona, mensis Maij die quinta, infra summam missam, in Lubeke, hora sexta vel quasi, sanctissimi in Christo patris ac domini, domini nostri Innocencij pape sexti, anno quarto, in presencia venerabilis patris ac domini, domini Bertrammi, Lubicensis ecclesie episcopi, meique notarij publici testiumque infrascriptorum constitutus honorabilis vir et discretus, dominus Hermannus de Wickede, proconsul ciuitatis Lubicensis, quandam litteram apostolicam, vera

1) Uebergeschrieben. 2) l. redigi. 3) l. approbo.

Digitized by Google

bulla plumbea filo canapis appensa more Romane curie bullatam, produxit et legi fecit, cuius tenor de verbo ad verbum erat talis: *(Folgt No. 219).* Dicta vero littera lecta predictus dominus episcopus copiam peciit de eadem, cui inmediate copia fuit tradita ibidemque correcta et perlecta. Deinde prefatus dominus Hermannus de Wickede nomine dominorum consulum peciit dictum dominum episcopum Lubicensem, vt secundum dictam graciam siue litteram apostolicam presentandos per dominos proconsules et consules et nomine dominorum proconsulum et consulum virtute dicte gracie apostolice ad vicarias sex fundandas in ecclesia beate Marie virginis in Lubeke, prout in dicta gracia continetur, plenius reciperet et decerneret investi[g]endos, et inducendos in corporales possessiones dictarum sex vicariarum mandaret, nichilominus de singulis fructibus et redditibus dictis presentandis ad sex vicarias predictas fundandas integraliter et ex toto, secundum quod iuris et consuetudinis foret, responderi. Prelibatus dominus episcopus responsum super hiis omnibus premissis sequenti die hora prime velle dare asserebat. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu, quibus supra, in aula episcopali curie Lubicensis, presentibus honorabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus Thidemanno Warendorp, Nicolao Sconeken, Bernardo Plescowe, Johanne Plescowe, Bernardo Pal; Reynero Pistoris, clerico Lubicensis, notario publico, ac Rodolfo Sassen, clerico Lubicensis dyocesis predicte, testibus premissorum.

Dicto vero termino, videlicet sext[r]a die mensis Maij predicte[1] aduenient, hora prime vel quasi, reuerendus pater et dominus, dominus Bertrammus, episcopus Lubicensis predictus, ad instanciam domini Thidemanni Warendorp, proconsulis Lubicensis, nomine dictorum proconsulum et consulum Lubicensium presentantis actu ibidem Gotfridum dictum Wokenitze, clericum Caminensis dyocesis, virtute gracie apostolice predicte prefatis dominis consulibus facte ad altare Fabiani (et) Sebastiani martirum ac Elyzabet vidue retro chorum in ecclesia beate Marie virginis in Lubeke situatum, dixit hec verba vel in vi similia: Recipimus te ad presentacionem dominorum consulum Lubicensium virtute gracie apostolice eis facte et discernimus te investi[g]endum et inducendum; mandauitque discreto viro, domino Gherardo de Walle, vicario Lubicensi, vt dictum Gotfridum ad honorabilem virum, dominum Anthonium de Plesse, canonicum Lubicensis ecclesie predicte, duceret ad corporalem possessionem dicte vicarie inducendum, (et) de singulis fructibus et redditibus

1) l. predicti.

Digitized by Google

ac pertinenciis vniuersis mandauit dicto Gotfrido integraliter et ex toto responderi. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu, quibus supra, presentibus discretis dominis Johanne Plescowe, Gherardo de Walle, Reynero Pistoris predictis, Conrado Brugheman layco, ciui Lubicensi, testibus premissorum.

Anno natiuitatis Domini, loco, pontificatu predictis, indictione decima, mensis Octobris die XV^a^, hora terciarum vel quasi, in presencia venerabilis in Christo patris ac domini, domini Bertrammi, episcopi Lubicensis predicti, ac honorabilis viri, domini Thiderici, sepedicte ecclesie Lubicensis decani, meique notarij publici testiumque infrascriptorum constitutus (fuit) honorabilis vir et discretus, dominus Thidemannus Warendorp prelibatus, dicens sub hac verborum forma: Domine reuerende, alias litteram apostolicam, in qua nostris dominis consulibus quedam gracia facta est super sex vicarias fundandas in ecclesia beate Marie virginis in ciuitate Lubicensi predicta, sicuti in pretacta gracia clarius continetur, cuius virtute gracie discretum virum dominum Gherardum de Molne, presbiterum Ratzeburgensis dyocesis, ad vnam dictarum sex vicariarum instauratam intendimus presentare. Dictus reuerendus dominus episcopus Lubicensis respondit: Feria sexta nunc proxima deliberacione vti cum capitulo nostro Lubicensi proponimus, et quidquid facere et ordinare possimus, amicabiliter cum non modica diligencia faciemus. Pretactus dominus Thidemannus respondit: Domine reuerende, vobiscum agimus, et non cum capitulo Lubicensi, de predicta gracia nostra a sede apostolica nobis facta et agere intendimus in futuro. Et post hec inmediate cum quibusdam dominis consulibus ciuitatis Lubicensis sepedicte deliberacionem habuit, qua habita prefato domino episcopo Lubicensi respondit sub hac forma: Feria sexta veniemus, responsum de premissis recepturi. Acta sunt hec indictione, mense, die, hora, quibus supra, presentibus honorabilibus viris, dominis Hermanno de Wickede, Bertrammo Heydebu, proconsulibus, Gotscalco Warendorp, Bernardo Plescowe, Bernardo Pal, consulibus Lubicensis ciuitatis predicte; magistro Johanne Dannenbergh, dictorum consulum notario.

Preterea anno natiuitatis Domini, pontificatu predictis, indictione decima, mensis Decembris die nona, hora terciarum vel quasi, in estuario reuerendi domini episcopi Lubicensis predicti in Lubeke, coram eodem reuerendo patre episcopo Lubicensi constituti (fuerunt) honorabiles et discreti viri, domini Hermannus de Wickede, proconsul, Bernardus Pal, consul sepedicte ciuitatis Lubicensis, procuratores honorabilium virorum, dominorum consulum

Digitized by Google

Lubicensium predictorum, quorum alter eorum, videlicet Hermannus de Wickede, dixit sub hac forma: Reuerende domine, nos habemus vobis quandam graciam apostolicam insinuare, quam eciam alias vobis insinuauimus, et prout nunc habemus in quodam procuratorio a dictis dominis consulibus Lubicensibus in mandatis. Memoratus dominus episcopus Lubicensis respondit: De illa gracia habemus copiam et eam satis audiuimus Deinde dictus dominus Hermannus de Wickede quoddam procuratorium produxit per me notarium infracriptum scriptum et confectum necnon per me legi fecit, cuius tenor de verbo ad uerbum erat talis. In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLVI, indictione decima, mensis Decembris die septima, hora completorii[1] vel quasi, in domo dominorum consulum in ciuitate Lubicensi, in presencia honorabilium virorum, dominorum consulum eiusdem ciuitatis pro tunc in consilio congregatorum meique notarij publici testiumque infrascriptorum constitutus honorabilis vir, dominus Bertrammus Heydebu, proconsul in ciuitate Lubicensi predicta, nomine dictorum consulum fecit, constituit et ordinauit in veros et legitimos procuratores honorabiles viros, dominos Hermannum de Wickede, proconsulem, Bernardum Pal, consulem prelibate ciuitatis Lubicensis, presentes et onus procuracionis sponte suscipientes, et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed, quod vnus eorum inceperit, alter prosequi, mediare valeat et finire, in causa, que vertitur inter reuerendum in Christo patrem ac dominum, dominum episcopum Lubicensem, ex vna, et honorabiles viros, dominos consules Lubicenses prefatos, parte ex altera, super quadam gracia apostolica dictis dominis consulibus facta, et specialiter ad presentandum dicto domino episcopo Lubicensi dominum Gherardum de Molne, presbiterum Ratzeburgensis dyocesis, Paulum Degenhardi, filium Jacobi Degenhardi, ciuis Lubicensis, dans nomine dictorum consulum predictis procuratoribus ad quasdam vicarias virtute gracie apostolice in ecclesia beate Marie virginis in Lubeke dicto domino episcopo potestatem presentandi, agendi, defendendi, prosequendi, alium vel alios procuratorem vel procuratores loco sui et cuiuslibet eorum constituendi ac eum vel eos reuocandi, quando et quociens ipsis aut alteri eorum videbitur expedire, et generaliter omnia et singula faciendi et excercendi, que veri et legitimi facere et excercere possunt procuratores, et que ipsemet constituens nomine dictorum consulum necnon omnes et singuli consules ciuitatis Lubicensis sepedicte

1) Uebergeschrieben.

Digitized by Google

facere posset et possent, si interesset vel interessent, eciam si mandatum exigant speciale, promittens ac singuli consules Lubicenses prelibati promittentes michi notario infrascripto ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum et habituros, quidquid per dictos procuratores vel eorum alterum aut substitutum vel substitutos ab eis vel eorum altero actum, factum fuerit in premissis aut quolibet premissorum. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris Johanne de Waghe, Johanne Warendorp, Johanne Crukowe, ciuibus Lubicensibus, testibus ad premissa vocatis. Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, dictorum procuratorum constitucioni, promissionibus ac omnibus aliis et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, manu mea propria conscripsi et in hanc formam redegi, quam signo meo solito et consueto signaui, rogatus et requisitus in testimonium premissorum. Quo lecto sic, vt premittitur, prelibatus dominus Hermannus de Wickede dixit: Reuerende domine, prout habemus in procuratorio in mandatis, virtute gracie apostolice antedicte nostris dominis, consulibus ciuitatis Lubicensis predicte, facte vobis jam duas personas volumus presentare, videlicet dominum Gherardum de Molne, presbiterum Ratzeburgensis dyocesis, et Paulum Degenhardi, filium Jacobi Degenhardi, ciuis Lubicensis. Quo facto predictus dominus episcopus Lubicensis dixit: Habita copia procuratorij super isto deliberare volumus et responsum feria tercia proxima, hora terciarum, dabimus. Acta sunt hec indictione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris Alberto Brugemaker, Ludolfo Snakenbeke, Conrado Smot et pluribus aliis testibus fidedignis ad premissa vocatis et rogatis. Prefixo vero termino adueniente, scilicet feria tercia, que fuit XIII^a^ dies mensis Decembris predicte,[1] in estuario curie domini episcopi Lubicensis prelibati, honorabilibus viris et discretis, dominis Hermanno de Wickede, proconsuli, Bernardo Pal, consuli ciuitatis Lubicensis predicte, procuratoribus pretactis honorabilium virorum, dominorum consulum Lubicensium predictorum, constitutis, ac honorabili viro, domino Thidemanno Warendorp, eciam procousuli dicte ciuitatis Lubicensis, ibidem constituto, meique notarij publici testiumque infrascriptorum (in) presencia, reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Bertrammus, episcopus Lubicensis predictus, dixit sub hac verborum forma predictis dominis procu-

1) L. predicti.

Digitized by Google

ratoribus dictorum dominorum consulum Lubicensium, prout presens terminus fuit per eundem dominum episcopum respondendo assignatus: Quia vos, domini Hermannus de Wickede, proconsul, et Bernardus Pal, consul ciuitatis Lubicensis, procuratores dominorum consulum Lubicensium, nuper, videlicet feria sexta proxime preterita, dominum Gherardum de Molne, presbiterum Ratzeburgensis dyocesis, Paulum Degenhardi, filium Jacobi Degenhardi, ciuis Lubicensis, ad quasdam vicarias in ecclesia beate Marie virginis in Lubeke occasione cuiusdam gracie apostolice vobis super fundacione sex vicariarum per vos in eadem ecclesia fundandarum, vt dicitis, concesse presentastis et eosdem dominum Gherardum et Paulum in eisdem vicariis per nos institui petiuistis: ideoque deliberacione diligenti mature prehabita super huiusmodi presentacione et peticione vobis procuratoribus dictorum dominorum proconsulum et consulum et eisdem dominis proconsulibus et consulibus in personis vestris iuxta terminum per nos vobis ad hoc assignatum respondemus et dicimus, prout in ista cedula continetur. Et statim prefatus dominus episcopus quandam papiri cedulam produxit et legi fecit ac eandem cedulam dictis procuratoribus pro copia tradidit, cuius quidem cedule de verbo ad verbum tenor erat talis: Nos Bertrammus, Dei gracia episcopus Lubicensis, dicimus et vobis honestis viris, dominis Hermanno de Wickede, proconsuli, ac Bernardo Pal, consuli ciuitatis Lubicensis, procuratoribus honestorum virorum, dominorum consulum dicte ciuitatis, respondemus, quod, cum a primeua fundacione Lubicensis ecclesie pertinuit, prout adhuc de iure[1] et consuetudine dicte ecclesie pertinet, ad decanum et capitulum nostre Lubicensis ecclesie, communiter et coniunctim, personas quaslibet ad quelibet beneficia intra ciuitatem Lubicensem predictam existencia per quoscumque eorundem beneficiorum patronos siue jus presentacionis aut patronatus in eisdem quacumque auctoritate habentes presentatas et presentandas instituere et huiusmodi personis presentatis et presentandis ipsa beneficia conferre et easdem in corporalem (possessionem) vel quasi inducere beneficiorum predictorum, prout hec omnia legitime probari poterunt locis et temporibus oportunis: quare vos dominos procuratores vestro et dominorum vestrorum nomine ad venerabiles viros, dominos Thidericum, decanum, totumque capitulum dicte nostre Lubicensis ecclesie, ac singulas personas nobis per vos occasione cuiusdam gracie vobis, vt pretenditis, per sanctissimum in Christo patrem, dominum Innocencium papam

1) Uebergeschrieben.

Digitized by Google

sextum, super fundacione sex vicariarum in ecclesia beate Marie intra ciuitatem predictam fundandarum concesse presentatas vna cum dicta gracia nobis alias nomine consulum dicte ciuitatis exhibita presentibus remittimus ac dimittimus eisdem decano et capitulo juxta jus et consuetudinem dicte nostre ecclesie, omnia et singula agere et expedire, que in premissis necessaria fuerint et oportuna. Qua littera (lecta) predicti domini procuratores dominorum consulum Lubicensium antedictorum quoddam instrumentum publicum per manus Nicolai Hauerbergh, clerici Lubicensis dyocesis, publici notarij, scriptum produxerunt, et legebatur per me notarium infrascriptum in hunc modum: In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M°CC°LVI°, indictione nona, mensis Maii die XXIIII^a^, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape sexti, anno quarto, coram reuerendo in Christo patre ac domino, domino Bertranno, episcopo ecclesie Lubicensis, honorabiles viri, domini Thidemannus Warendorp, Hermannus de Wickede, proconsules, Bernardus Pal, consul Lubicenses, necnon magister Johannes Dannenbergh, consulum Lubicensium notarius, auctoritate ac nomine tocius consilij Lubicensis, in mei notarij publici ac testium infrascriptorum presencia constituti, Gotfridum dictum Wokenitze. clericum Caminensis dyocesis, presentem presentauerunt eidem domino episcopo Lubicensi antedicto ad vicariam per ipsos consules Lubicenses in ecclesia beate Marie virginis Lubicensi ad altare sanctorum Fabiani ac Sebastiani martirum ac Elyzabeth vidue retro altare summum seorsim situm dotatam ac super gracia[m] per sedem apostolicam ad instauracionem quarundam vicariarum, prout asseruerunt, sibi facta instauratam, instanter supplicantes, eundem Gotfridum per ipsos presentatum in vicaria et ad vicariam per dictum dominum episcopum recipi et admitti necnon in corporalem eiusdem vicarie possessionem ac omnium jurium et pertinenciarum eiusdem induci. Quorum dignis peticionibus prefatus dominus episcopus Lubicensis fauorabiliter annuens, predictum Gotfridum ad genua flexum manibus suis complicatis in vicarium et ad vicariam antedictam in dicta ecclesia ad dictum altare sic per antedictos consules nouiter fundatam virtute gracie, prout dixerunt, sibi facte gratanter recepit et admisit ipsumque in corporalem possessionem vel quasi eiusdem vicarie induci sibique de omnibus juribus et pertinenciis suis integraliter responderi decreuit. Quam quidem corporalem inductionem per discretum virum, dominum Gherardum de Walle, plebanum in Luttekenborgh Lubicensis dyocesis, presentem fieri commisit et mandauit. Acta sunt hec in

Digitized by Google

aula episcopali Lubicensi, presentibus discretis viris, domino Gherardo de Walle, presbitero antedicto, Radolfo Sassen Lubicensis dyocesis, Hinrico de Turen Coloniensis dyocesis clericis, ac Enghelberto dicto Cancelbergh, Ratzeburgensis dyocesis layco, necnon quam pluribus aliis testibus fidedignis. Ceterum paulo post horam antedictam idem dominus Gherardus de Walle antedictus prefatum Gotfridum Wokenitze superpellicio indutum ad altare prememoratum, videlicet sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum ac Elyzabeth vidue in eadem ecclesia beate Marie virginis retro summum altare situm, presentauit ac eum in corporalem dicte vicarie possessionem omniumque jurium et pertinenciarum eiusdem auctoritate per dictum dominum episcopum Lubicensem sibi commissa vel quasi induxit. Acta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu, quibus supra, in ecclesia beate Marie virginis antedicta ante altare antedictum, presentibus discretis viris, dominis Johanne Pruzen, capellano, Johanne dicto de Steene, perpetuo vicario, necnon Thimnone Tolner, officiante in eadem ecclesia beate Marie virginis antedicta, presbiteris, ac quam pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Lecta et acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco supradictis, presentibus discretis viris magistro Martino de Golnowe, scolastico Zwerinensi, dictorum consulum notario, Hinrico Witte, Marquardo Kokemester, Ludolfo Snakenbeke, ciuibus Lubicensibus, et pluribus aliis testibus fidedignis ad premissa vocatis et rogatis. Preterea anno incarnacionis Domini MCCCLVII, indictione decima, mensis Januarij die decima, hora completorij vel quasi, in aula episcopali reuerendi in Christo patris ac domini, domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, in Lubeke, in presencia mei notarij publici testiumque infrascriptorum constitutus honorabilis vir, dominus Bernardus Pal, consul Lubicensis predictus, procurator honorabilium virorum, dominorum consulum Lubicensium prelibatorum, dum presenciam dicti domini episcopi habere non poterat, famulos quosdam in dicti domini episcopi curia existentes conuocauit et quandam appellacionem produxit et ibidem insinuauit, publicauit, apostolos peciit primo, secundo, tercio cum debita instancia sibi dari, si quis esset, qui dare eos vellet et posset. Tenor vero appellacionis per me notarium infrascriptum de verbo ad uerbum legebatur in hunc modum: *(Folgt No. 270).* Dicta vero appellacione lecta et insinuata idem procurator quoddam procuratorium produxit (et) per me notarium infrascriptum legi fecit in hunc modum: *(Folgt No. 269).* Dicto procuratorio sic, ut premittitur, de verbo ad uerbum lecto

Digitized by Google

Bernardus Pal, procurator prefatus, apostolos iterato cum debita instancia peciit, si quis esset, qui eos dare posset aut vellet, et vtrum in termino juris uel ante sibi peciit certum terminum assignari, et cum sibi super petitis nullus respondebat, copias dicte appellacionis et procuratorij predicti famulis in dicta curia tradendo recessit. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco antedictis, presentibus discretis viris Conrado Holle, clerico Hildesemensis dyocesis, Martino Holste, layco Lubicensis dyocesis, Euerhardo, famulo domini Bernardi Pal predicti, ac Ottone, seruitori dominorum consulum Lubicensium memoratorum, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, appellacionis publicacioni, insinuacioni, apostolorum peticioni, copiarum tradicioni ac omnibus et singulis premissis in hiis quinque peciis contentis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in publicam formam redegi, quam manu mea propria scripsi et signo meo solito et consueto in qualibet combinacione peciarum signaui in testimonium premissorum. Dictionem vero interliniarem *altaria* inter XX. et XXI. lineam a capite numerando, et dictionem *Kalendas* inter XXX. et XXXI. lineam similiter a capite numerando,[1] et dictionem *completorij* in secunda pecia a capite numerando inter VII. et VIII. lineam, dictiones vero *de iure* inter VIII. et IX. lineam in secunda pecia a fine sursum computando, approbo non vicio factam et factas, sed errore.

Nach der Originalrolle auf der Treve, welche aus fünf mit Pergamentbändchen an einander gehefteten Pergamentblättern besteht, über deren jedesmaliger Zusammenheftung dasselbe Notariatszeichen gesetzt worden ist, welches am Schluss zur Beglaubigung dient.

CCLXXIV.

Hildegund, Aebtissin, und ganzer Convent des St. Johannisklosters in Lübeck nehmen das Nonnenkloster zu Distorp in die Gemeinschaft ihrer guten Werke auf. 1357. Jan. 13.

Hildegundis, Dei gratia abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium monasterii b(eati) Johannis Evangeliste in Lubeke. Religiosis in Christo monialibus, priorisse totique conuentui monasterii in Distorp, deuotas orationes in filio Virginis gloriose. Cum varii et inexcogitabiles sint humane fragilitatis euentus, nec quisquam scire potest, quando aut quo fine diem claudat extremum — —: hinc est, quod scire vos cupimus per presentes, nos ob specialem

1) Vgl. № 219 S. 219 Z. 16 d. U. S. 220 Z. 3 d. U.

Digitized by Google

denotionem, quam ad nos — —, vobis dedisse et contulisse plenam fraternitatem et participationem omnium bonorum operum spiritualium, videlicet missarum, orationum, vigiliarum castigationumque, que pro vinis ac defunctis facta fuerint apud nos die noctuque Domino concedente, ut sitis participes in vita pariter et in morte. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLVII, in octaua Epyphanie Domini, nostro sub sigillo.

Nach dem aus dem Originale des Kloster-Archives Distorp genommenen Abdrucke in Gercken Diplomataria Vet. Marchiae II. p. 213 sq.

CCLXXV.

Johann, Thesaurarius der Kirche zu Ramesloe, welcher in Folge einer Aufforderung des Decans der Hamburgischen Kirche den Lübeckischen Bürger Otto Lange in einer Streitsache mit dem Vicar in Medingen Heinrich Lange vor sich hatte citiren lassen, erklärt, dass er, nachdem der Abt von Reinfeld Eccard das den Lübeckischen Bürgern ertheilte Privilegium de non evocando zu seiner Kenntniss gebracht habe, in der Sache nicht weiter verfahren könne. 1357. Jan. 14.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLVII, indictione decima, mensis Januarij die XIIII., hora terciarum uel quasi, in ‖ ecclesia Ramesloensi Bremensis dyocesis, in mei notarij publici testiumque infrascriptorum presencia, coram honorabili viro, domino Johanne thesaurario Ramesloensis ecclesie predicte, constituti discreti viri, videlicet dominus Hinricus Lange, perpetuus vicarius in Medinghe Verdensis dyocesis, parte ex vna, et Gherardus Rademin, vicarius Sancti Spiritus in Molne, procurator honorabilium virorum, dominorum proconsulum et consulum Lubicensium, ac Ottonis Lange, ciuis Lubicensis, idem Gherardus quoddam mandatum siue inhibicionem produxit et dicto domino thesaurario presentauit, et idem thesaurarius ad manus suas recepit et legebat de uerbo ad uerbum in hunc modum: Echardus, miseracione diuina abbas monasterij in Reyneuelde *(Das Folgende bis auf die anderen Namen und unwesentliche Abweichungen gleichlautend mit No. 126)* per notarium infrascriptum. Acta sunt hec Lubeke in curia, que vocatur minor Reyneuelde, anno Domini MCCCLVII, indictione decima, mensis Januarij die septima, hora terciarum uel quasi, presentibus discretis viris Gysilberto de Munstere, ciui Lubicensi, Martino de Arndssee, clerico Verdensis dyocesis, Hinrico Slutere et Alberto, laycis in dicta curia seruientibus, testibus ad pre-

Digitized by Google

missa vocatis et rogatis. Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi mandati emissioni ac aliis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque de mandato reuerendi in Christo patris, domini Echardi abbatis monasterij in Reyneuelde supradicti, propria manu conscribendo in hanc formam redegi meoque signo solito et consueto signaui requisitus in maiorem euidenciam premissorum. Quo lecto predictus dominus thesaurarius dixit: Domine Hinrice, vos videtis, quod inhibitum est michi, ne procedam in ista causa. Et continue sedendo in quodam scampno in medio dicte Ramesloensis ecclesie dixit: Ego dimitto causam michi commissam per dominum decanum Hamburgensem, que vertitur inter Hinricum Lange, vicarium in Medinghe Verdensis dyocesis, et Ottonem Lange, ciuem Lubicensem. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris Borchardo Sector, perpetuo vicario sancti Blasii in Brunswich Hildesemensis dyocesis, Nicolao Steynbeke, layco Ratzeburgensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, mandati presentacioni, perlectioni, remissioni ac omnibus aliis et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam manu mea propria scripsi et signo meo solito et consueto signaui rogatus et requisitus in testimonium premissorum omnium.

In dorso: Obseruancia priuilegij papalis de ciuibus extra muros ciuitatis ad ecclesiasticum iudicium non citandis.

Nach dem auf der Treve befindlichen Originale.

CCLXXVI.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter welchen der Hof des insolvent verstorbenen Heinrich Winkelmann in Utecht an Lubbert von Bülow übertragen werden soll. 1357. Apr. 6.

Notum sit, quod, cum curia et domus hereditatis Hinrici Winkelman sita in Vthech cum suis attinencijs prosecuta fuerat per debitores suos, sic decretum fuit per dominos . . consules Lubicenses. Qui, domini Johannes Plescowe et Bernardus Kysfeld, prouisores monialium beati Jo-

Digitized by Google

hannis in Lubeke, secundum quod dictauerat ordo iuris terre, predictam curiam et domum cum suis attinencijs, videlicet II mansis et vno quartali agri dicte curie adiacentibus, cum omni fructu et vtilitate, prout predictus Hinricus habuit et possedit, Lubberto de Bylowe resignauerunt, ita videlicet, quod idem Lubbertus primo et principaliter dedit et persoluit Ghertrudi, relicte prefati Hinrici, XX marcas denariorum et vnam vaccam, et per hoc eadem a predictis bonis separata est et diuisa. Debet eciam idem Lubbertus vniuersis debitoribus, qui debita sua probabiliter demonstrare poterunt ordine iuris, persoluere vniuersa debita, que memoratus Hinricus veraciter tenebatur, et sic pacifice predicta bona cum proprietate perpetua possidebit, ita quod nec pueris predicti Hinrici neque cuiquam alteri exinde quidquam facere tenebitur, nisi motu pietatis et bona voluntate ipsis pueris predictis quidquam beniuoli facere velit, saluis tamen redditibus, iudicio et iure vniuersis predictis monialibus beati Johannis in Lubeke in bonis supradictis. Acta sunt hec et scripta ex iussu dominorum predictorum Johannis Plescoweet Bernardi Kvsfeld, anno (MCCC)LVII, in Cena Domini.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuchs.

CCLXXVII.

Der Ritter Heinrich und die Knappen Marquard und Timmo von Buchwald, wohnhaft in Snikrode, verkaufen dem Heiligen-Geist-Hospital in Lübeck für 1000 m. lüb. Pf. das ganze Dorf Gleschendorf. 1357. Apr. 6.

Sciant omnes, quibus directum fuerit presens scriptum, quod nos Hinricus, miles, Marquardus et Thymmo, famuli, dicti de Bucwolde, morantes in Snicrode, accedente consensu nobilium dominorum nostrorum, domini Johannis et Adolfi eius filij, comitum Holtzacie et Stormarie, necnon nostrorum heredum ac omnium, quorum ad | hoc consensus fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidimus honorabilibus viris et discretis, dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Vorraad, consulibus | Lubicensibus, prouisoribus, . . magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke, et in eorum personis ipsi domui integram villam dictam Gleskendorp cum ipsius molendino et vijs vtrobique liberis sibi adiacentibus, sitam in dyocesi Lubicensi, cum omnibus bonis dicte ville adiacentibus, videlicet agris cultis et incultis, pratis, paludibus, lignis, rubetis et nemoribus, aquis, piscacionibus, riuis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, vijs et invijs, terminis et terminorum

Digitized by Google

distinctionibus, sicuti in litteris predictorum dominorum nostrorum dictorum terminorum distinctiones annotantur, velut dicta bona iacent, et cum omni jure, iudicio supremo et infimo, manus videlicet et colli, et omnibus iudicijs intermedijs, necnon cum omnibus redditibus, fructibus, emolimentis, commoditate ac libertate ecclesiastica et seculari, et perpetua proprietate pro mille marcis lubicensium denariorum nobis integraliter persolutis et in vsus nostros necessarios expositis et conuersis. Dictis ergo bonis predicti . . prouisores et eorum successores perpetuis temporibus in omnibus condicionibus et libertatibus presentibus ac litteris dominorum nostrorum predictorum insertis, non obstantibus quibuscumque gwerris, sentencijs, inhibicionibus, mandatis uel iuris aut facti excepcionibus, pacifice, quiete et libere perfruentur, ita quod nec ipsi nec dictorum bonorum coloni debent nobis aut nostris heredibus seu sequacibus aut cuiquam alteri ad aliquas exactiones seu prestaciones, prout dicuntur, grenenschat, precarias, seruicia et vectigalium onera, seu ad aliqua alia grauamina aliquatenus obligari. Hec quidem bona predicta vniuersa et singula vna cum heredibus nostris et omnibus, quorum intererat uel interesse poterit, predictis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui Sancti Spiritus ac domui eiusdem in personis eorum coram dominis nostris supradictis resignauimus et per presentes resignamus, nichil penitus iuris, proprietatis et emolimenti nobis reseruantes in eisdem, ita quod ea, quacumque decreuerint, alienacione possint predicta bona absque requisicione nostra ac heredum nostrorum transferre in alias quascumque personas, vbi et quando eis fuerit oportunum; renunciantes omni nostro iuri, proprietati et dominio nobis competentibus aut in futurum competere valentibus in bonis antedictis. Predicta eciam bona dictis . . prouisoribus et eorum successoribus ac domui Sancti Spiritus predicte a cuiuslibet hominis et vniuersitatis inpeticione defendere et disbrigare volumus et debemus ac eisdem veram et iustam warandiam facere de premissis; hec omnia et singula grata et rata habere volentes nec contrafacere vel venire de iure uel de facto, publice vel occulte. Super hijs quidem firmiter obseruandis promisimus in solidum et data fide ac presencialiter promittimus prefatis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui domus supradicte vna cum compromissoribus nostris infrascriptis. Et nos Sifridus de Parkentyn, Sifridus et Ekhardus fratres de Bucwolde, alias dicti de Potenitz, Lambertus morans in Roberstorpe, Otto et Lambertus fratres, Sifridus morans in Hordestorpe, Borchardus et Kreeteke fratres dicti de Bucwolde, famuli, publice recognoscimus, nos vna cum predictis domino Hinrico,

Digitized by Google

Marquardo et Thymmone fratribus dictis de Bucwolde, patruis nostris, grata et rata habere volentes omnia et singula premissa, promisisse in solidum et certa nostra fide predictis . . pronisoribus, . . magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke et ipsi domui in personis eorum, omnia et singula premissa in omnibus suis condicionibus presentibus, vt premittitur, ac litteris dominorum nostrorum insertis firmiter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla omnium nostrorum ex cuiuslibet nostrum iussu atque certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo. in Cena Domini nostri Jesu Christi.

Nach dem im Archive des Heil.-Geist-Hospitals befindlichen Originale, mit anhangenden acht Siegeln. Es fehlen von den Bändern die Siegel von Heinrich, Burchard und Kreteke von Buchwald. (No. 1. 10. 11).

CCLXXVIII.

Die Knappen Volrad von Züle und Lüder von Hagen verbürgen sich für die von Heinrich von Blücher und dessen Genossen Finke dem Lübeckischen Rathe geschworene Urfehde. 1357. Apr. 11.

Ego Volradus dictus de Tzule de Borcherdestorpe et Luderus de Haghene, ‖ filius Hermanni de Haghene, famuli. Recognoscimus publice per presentes, quod pro iurata ‖ orueyda commendabilibus viris et honestis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum ciuibus vniuersis, facta, pro eo quod Hinricus de Bluchgere et Vynko, socius suus, per Tydericum Dunker, aduocatum dictorum dominorum consulum, capti fuerunt et in turrim positi, qui hanc orneydam iurauerunt, manu in manum et data fide promisimus et per presentes promittimus, quod dicta orueyda per dictum Hinricum de Bluchgere et Vynkonem, eius socium, et eorum omnes amicos natos et nascendos debet penitus et sine omni dolo inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo septimo, feria III^{a} in sacris diebus Pasche.

Nach dem Originale, mit anhangenden beiden Siegeln.

Digitized by Google

CCLXXIX.

Johann III. und dessen Sohn Adolf, Grafen von Holstein und Stormarn, bestätigen dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck den Erwerb des Dorfes Gleschendorf von den Brüdern Heinrich, Marquard und Timmo von Buchwald. 1357. Apr. 16.

In nomine Domini amen. Johannes Dei gracia et Adolfus eius filius comites Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia visuris seu audituris, salutem cum noticia veritatis. Sagax nature plurimum docuit experimentum, ea, que aguntur in tempore, ne lapsu temporum euanescant, scripture testimonio perhennari. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam futuris, fideles nostros Hinricum, militem, Marquardum et Thymmonem, famulos, fratres dictos de Bucwolde, morantes in Snicrode, de nostro ac heredum suorum ac omnium, quorum intererat vel interesse poterit in futurum, beneplacito et consensu rite et racionabiliter ‖ vendidisse, dimisisse et cessisse honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Vorraad, consulibus Lubicensibus, prouisoribus, . . magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke et in eorum personis ipsi domui integram villam dictam Gleskendorp cum molendino adiacente et vijs eius vtrobique Lubicensis dyocesis pro mille marcis lubicensium denariorum eisdem nostris fidelibus in numerata pecunia persolutis ac in vsus suos necessarios conuersis, vt coram nobis confessi sunt euidenter. Qua quidem villa dicti emptores frui debent libere et pacifice absque omni obstaculo cum omnibus attinencijs suis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, molendinis, molendinorum in locis sibi conuenientibus aquarum seu ventorum instauracionibus, aggeribus, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc ipsa villa iacet, et prout nostris fidelibus ac eorum patri, domino Hinrico de Bucwolde, militi, hucusque pertinuit, et velut se terminorum distinctiones secundum mensuram dictam hufslach extendunt a riuulo currente de magna palude vsque ad montem distinctiuum apud viam, que transit de Gleskendorp versus Stenrod, ab illo vero monte linialiter vsque ad campum dictum Graserod, a quo vlterius protenduntur circa lapidem distinctiuum vsque ad campum dictum Ketteskamp, ab illo vero vsque ad campum dictum Brunesrod, a quo vlterius predicte distinctiones protrahuntur vsque ad campum dictum Mettekenrod, ab illo vero extendunt se ex obliquo vsque

Digitized by Google

ad montem distinctinum situm in campo dicto Mewenrod, ab illo vero vsque ad angulum circa riuulum dictum Woldbeke, vbi separantur campi Stenrod et Gleskendorp, et circa eundem predicte distinctiones ducunt vsque ad locum paludosum, quo congregatur aqua, vt vulgariter dicitur en sech, apud campimarchiam ville Hauekkorst,[1] a quo usque ad montem distinctinum situm inter siluam dictam Stûuete et fagum dictam Hackenboeke, a quo transit ad paludem dictam Hillersbrok, per quam itur ad riuulum dictum Stenrod, circa quem vsque ad viam transeuntem ad magnam paludem dictam Grotemore, que via vlterius distinguit vsque ad antiquum montem distinctiuum situm in Vriesenkolinghe, et vltra proceditur circa quandam *(sic)* ampuem et plures lapides distinctiuos vsque ad montem distinctiuum situm in angulo apud locum dictum Kuhaghe, circa quem extendit se campimarchia ville de Woluestorpe, vlterius vero ducunt predicte distinctiones vsque ad paludem dictam Merschbrok, a quo protenduntur ad paludem dictam Schrapenbrok, et vltra circa fossam distinctinam vsque ad paludem dictam Kercbrok, vlterius vero vsque ad paludem dictam Jardenbrok, cuius medium distinguit campimarchias Woluestorpe et Gleskendorpe, vlterius vero ad paludem dictam Bârenbrok, in cuius medio transit ampnis diuidens vlterius campimarchias supradictas vsque ad montem distinctiuum situm apud magnum Barenbrok, per quam *(sic)* transeunt linialiter predicte distinctiones vsque ad montem situm ab alia parte paludis eiusdem, et vlterius procedunt prefate distinctiones vsque ad montem distinctiuum situm apud campimarchiam Schulendorp, a quo protenduntur vsque ad fluuium dictum Swartouwe, circa quem proceditur vsque ad riuulum currentem de magna palude supradictum; et cum omni jure, iudicijs supremis et infimis, manus videlicet et colli, et cum omnibus judicijs internedijs, necnon cum omni ecclesiastica libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate et emolimentis vniuersis, libertata a nobis et nostris heredibus et successoribus ab omni omagio et vasallatu, ab omni jure seruitutis uel exactionis, quod greuenschat dicitur, et ab omni onere precariarum, prestacionum et exaccionum vniuersarum, quocumque eciam nomine nominentur, emancipata et exempta de exactionibus dictis borchwerk et brûchwerk et earum seruitute, ac gwerrarum expedicione, excepto duntaxat, quando ingruente necessitate hostili populus ad defensionem terre fuerit communiter euocatus. Insuper predicti dominus Hinricus et Marquardus et Thymmo, nostri fideles, dicti de

1) l. Hauekhorst.

Digitized by Google

Bucwolde, predicta bona vendita, vt premittitur, cum omnibus heredibus suis et omnibus, quorum intererat, coram nobis legitime resignauerunt antedictis . . prouisoribus et domui Sancti Spiritus et, renunciantes omni suo iuri et proprietati et fructui per eosdem in dictis bonis habitis et habendis in futurum, renunciauerunt eciam omni actioni et exepcioni doli mali et omni alij auxilio iuris uel facti, quo premissus contractus posset quomodolibet inpediri, promittentes bona fide, quod ea bona debeant et velint dictis . . prouisoribus et eorum sequacibus ac dicte domui Sancti Spiritus a cuiuslibet hominis et vniuersitatis inpeticione defendere et disbrigare et eisdem veram et iustam warandiam facere de premissis et habere omnia et singula premissa grata, rata atque firma nec contrafacere vel venire de iure vel de facto, publice uel occulte. Nos igitur Johannes et Adolfus, comites predicti, de consensu et consilio nostrorum fidelium consiliariorum et omnium, quorum interest uel interesse poterit, hec omnia premissa et quodlibet premissorum gratum et ratum habentes, renunciamus omni nostro juri, proprietati et dominio nobis conpetentibus aut in futurum conpetere valentibus in premissis, dicta bona cum omni jure et singulis prenotatis condicionibus sepetactis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui Sancti Spiritus in Lubeke assignamus et dimittimus ea tenendi, perpetue possidendi et habendi pacifice et quiete, plena auctoritate ea vendendi, donandi, alienandi et transferendi in personas quascumque ecclesiasticas uel seculares, uel instaurandi inde beneficium uel beneficia ecclesiastica et quocumque alio modo ordinandi cum eisdem, quicquid eis vel eorum successoribus videbitur expedire, non obstantibus gwerris, sentencijs, inhibicionibus, mandatis vel iuris aut facti excepcionibus quibuscumque. Si eciam, quod absit, propter caristiam uel aliam necessitatem mandatum vel inhibicio fieret de annona vel alia re de terra nostra educenda, predicti tamen prouisores predictorum bonorum prouentus vniuersos et singulos ducere poterunt via aquatica uel terrestri ad ciuitatem Lubicensem vel alibi, vbicumque, quociens et quandocumque eorum placuerit voluntati, nostro ad hoc aut cuiuscumque consensu minime requisitis. Testes sunt nobilis et generosus patruus noster, dominus Nycholaus. comes Holtzacie et Stormarie, necnon strennuus miles, dominus Marquardus de Broekdorp, et alij plures fidedigni. Datum anno Domini M̂CCĈLVIİ, dominica die, qua cantatur Quasi modo geniti, sub sigillis nostris presentibus appensis in testimonium omnium premissorum.

Nach dem im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales befindlichen Originale mit an grün und roth seidenen Schnüren hangendem Siegel des Grafen Johann; das des Grafen Adolf ist von den Schnüren abgesprungen.

Digitized by Google

CCLXXX.

Wilhelm, Herzog von Baiern, Graf von Hennegau, Holland, Seeland und Herr von Friesland, bestätigt den Lübeckern die hergebrachten Freiheiten. 1357. Apr. 16. [1]

Uniuersis presentes litteras inspecturis Guilhelmus, dux Bauarie, comes Hannonie, Hollandie, Zelandie ac dominus Frisie, salutem et rerum subsequencium noscere veritatem. Nouerint vniuersi, quod nos, considerantes amiciciam et benignam ‖ voluntatem, quas pie memorie aunuculus et dominus noster, quondam Guilhelmus, Hannonie, Hollandie, Zelandie comes et dominus Frisie, erga viros prouidos et discretos, ciues et mercatores ciuitatis Lubicensis, exhibuit et direxit, necnon dictis ciuibus et ‖ mercatoribus humiliter nobis supplicantibus, volentibus et cupientibus terras nostras cum eorum mercaturis et nauibus colere et eciam frequentare, inclinati predictorum ciuium et mercatorum supplicacionibus, eisdem ciuibus et mercatoribus ciuitatis Lubicensis predicte ‖ graciam et libertatem subsequentes, omni dolo et fraude prorsus exclusis, duximus concedendam. In primis, si mercatores dicte ciuitatis seu burgenses, quos infra districtus et limites nostri comitatus et dominij sub firma nostra protectione recepimus, naufragium paciantur, et bona eorum terre nostre per naufragium huiusmodi applicentur, eadem bona facienus sub potestate nostra siue custodia per annum et diem vnum integrum reseruari, ita ut, si aliquis naufragium passus viuus superueniat medio tempore vel insequatur eadem bona predicta, sine contradictione reddantur, que eciam bona moriencium restituantur heredibus, dummodo eadem bona infra prelibatum tempus cum vero intersigno dictis bonis impresso et legitimo testimonio litterarum sigillo ciuitatis predicte sigillatarum fuerint insequti. Et ultra dictum tempus nullis insequentibus [sed] [2] dicta bona, ipsa nobis apropriare poterimus, vel quicunque in hoc casu a nobis extiterit feodatus, et hoc tamen de licencia nostra prehabita super eo. Item tenebuntur burgenses seu mercatores predicte ciuitatis naufragium passi omnibus laborantibus, adiutoribus et alijs, qui pro huiusmodi bonis recuperandis laborem seu labores prestiterint, de suis laboribus racionabiter satisfacere ad arbitrium balliui nostri eiusdem loci. Item burgenses seu mercatores predicte ciuitatis, per quam-

1) Ist, obwohl übereinstimmend mit II., 931. (671. 485. 338. I., 675.) der Uebersichtlichkeit wegen nochmals abgedruckt. 2) Vgl. I., 675 S. 605. Doch s. II., 671 S. 625 l. Z.

Digitized by Google

cumque viam aquaticam vel terrestrem nostrarum terrarum Hollandie, Zelandie ac Frisie intrauerint et per nostra theolonia transire voluerint, exceptis bonis, que per Renum vel per aquam dictam Wale descenderint, de omnibus alijs bonis suis et mercaturis ibidem deductis vel adductis nobis soluent theolonium infrascriptum, videlicet: De quolibet tonnello seu lagena varij operis duodecim denarios grossorum. Item de quolibet frusto uel torta cere quatuor denarios sterlingorum. Item de vno fardello dicto kiep pellium hircorum quatuor denarios sterlingorum. Item de quolibet tonnello butiri vel sepi, quod dicitur roet, vel aruine, quod dicitur smolt, seu pi(n)guedinis, quod dicitur vetgoet, vnum denarium sterlingorum. Item de qualibet tyra pannorum de viginti pannis vel de tot pannis, quot solet pro tyra computari, quos ex Flandria adducent, vndecim denarios grossorum. Et de omnibus alijs bonis seu mercaturis ipsorum hic non expressa [1]) vel nominatis ibidem adductis vel deductis racione theolonij nobis de qualibet marca, hoc est de quibuslibet XII solidis sterlingorum, secundum valorem aut estimacionem bonorum soluent vnum denarium sterlingorum. Item de naui intranti Mosam, onerata cum bonis dictis hauelicgoet et transeunte ante nostrum theolonium de Gheeruliet, nobis soluent octo solidos grossorum; sed si bona, onerata in naui non existente de ciuitate Lubicensi, fuerint de predicta ciuitate seu mercatorum eiusdem ciuitatis Lubicensis, tunc illa bona mediante ipsorum theolonio soluendo deliberant dictam nauem a theolonio octo solidorum prescriptorum, dolo et fraude exclusis in premissis. Et vtrum in eadem naui fuerint aliqua bona non pertinencia ad burgenses seu mercatores Lubicenses, vel non, hoc dominus aut gubernator nauis per suum juramentum, si nostri theolonarij voluerint, declarabit. Et de bonis, vnde semel infra districtus nostros theolonium soluerint, nobis vlterius procedendo in alijs nostris theolonijs de eisdem bonis theolonium non exsoluent. Et si fortassis mercatores prefati bona sua, que adduxerint in terram nostram, ex eadem deducere decreuerint ipsa bona, de hijs pro toto vel pro qualibet sui parte, sine cambio seu permutacione seruatis integre, nullum nobis soluent theolonium alind, quam solverint; volentes, ut nostri theolonarij ipsis mercatoribus soluto eorum theolonio solucionis conferant intersignum modo debito et consueto; adicientes hijs, quod de bonis, que in terram nostram adduxerint et eadem in dicta terra non vendiderint, alind theolonium, quam in Flandria soluere consueue-

1) l. expressis.

Digitized by Google

runt, nobis de predictis eorum bonis non persoluent. Sed si eadem extra terram nostram deduxerint, nobis soluent iustum theolonium supradictum. Item concedimus ciuibus seu mercatoribus memoratis, si ijdem aut socij aut famuli vnius nauis inter se in sua naui pugnauerint, absque perpetracione mutilacionis vel homicidij, hoc mercatores predicti inter se ipsos emendari faciant, prout iustum fuerit et honestum. Si vero duarum nauium vel plurium predicte ciuitatis homines pugnauerint inuicem, hoc judex noster per mercatores, quos causa non tangit huiusmodi, faciet emendari, et pro excessibus suis nobis suas boetas secundum ritum et consuetudinem terre nostre debitas exsoluent. Et si forte dicti mercatores aut famuli eorum in terra nostra extra nauim suam pugnauerint, hoc secundum legem patrie emendabunt, nullis ex hoc facto in personis nec in bonis puniendis, nisi illi, qui rei inuenti fuerint et culpabiles in hac parte. Item concedimus prefatis ciuibus, quod nullus eorum famulus aut seruus pugnando, tesserando nec illicito ludorum excercicio aliorum perdere aut alienare poterit domini sui bona; et quod nullus eorum in personis vel in bonis, nisi pro debito suo proprio, infra districtus nostri terminos arrestari poterit aut teneri. Item predicti mercatores de qualibet naui sua pro[1] nostra vecta theolonia pro solucione theolonij duodecim denarios hollandenses nobis soluent. Quos quidem burgenses seu mercatores veniendo in terram nostram, moram inibi faciendo et ex eadem ad propria redeundo infra comitatum et dominium nostrum cum bonis eorum et mercandisijs sub firmis nostris protectione et conductu recepimus, et iniurijs inferendis eisdem in terra nostra, si que, quod absit, illicite fuerint, congruam faciemus emendam et racionabilem exhiberi. Preterea, si inter serenissimum principem, dominum nostrum, dominum regem Romanorum, ex vna parte, et nos, ex altera parte, aliqua suboriretur discordia, quod Deus auertat, nichilominus predicti mercatores ad terram nostram secure poterint cum suis mercandisijs declinare. Et si qua contencio vel discordia inter predictum dominum regem, ex vna parte, et mercatores, ciues Lubicenses, ex altera, contigerit exoriri, verumptamen ijdem mercatores cum suis mercandisijs et bonis terram nostram poterint frequentare sub conductu nostro et protectione predictis. Item concedimus, quod predicte ciuitatis ciues seu mercatores nec (in)[2] personis nec in bonis eorum infra comitatum nostrum ab aliquo principe et domino grauabuntur aut arrestabuntur, semper excluso domino nostro,

1) l. per. 2) Vgl. II., 485 S. 430 Z. 7 d. U. v. u.

Digitized by Google

rege Romanorum predicto, prout superius est expressum, cui sumus debito fidelitatis astricti, sed hoc dictis ciuibus seu mercatoribus per nostras litteras mandaremus, vt infra terminum huius nostri conductus ipsis per has presentes concessi personas et bona ipsorum possent educere et pacifice precauere. Item quiuis emptorum bonorum eorum infra terram nostram de bonis emptis eadem die naturali empcionis ipsis [1] satisfacia[n]t venditori, aut idem emptor infra predictum diem certam assertacionem super emptorum solucione bonorum faciet venditori secundum condiciones contractas et editas inter ipsos; ita semper, quod semper satisfaciat [2] venditori: quod si emptor non fecerit, extunc venditor elapso predicto die poterit alias facere de bonis suis venditis sue libitum voluntatis. Item, quecumque bona ad proprios suos vsus, scilicet vestimenta, cibaria et alia vtensilia, comparauerint omni fraude prorsus exclusa, inde nobis nullum theolonium soluere astringentur. Item volumus, quod omnia ponderabilia vendita per stateram ponderentur. Insuper concedimus prefatis mercatoribus seu ciuibus, quod nullus eorum infra terram nostram pro debito aliquo ad mutilacionem vel homicidium se non extendente compediri aut in carcerem mitti debet, super quo delicto delinquens per fidejussores aut plogios [3] aut per bona sua propria ibidem presencia sufficientem prestare poterit caucionem. Item concedimus ciuibus et mercatoribus predictis, quod, si dicti ciues aut mercatores aliqua bona emerint vel sua vendiderint seu de bonis suis pro alijs bonis permutacionem fecerint, nullum inde cambium soluere tenebuntur. Insuper concedimus eisdem, quod nos nec aliquis in terris nostris bona predictorum ciuium seu mercatorum poterimus ad nostrum vel ad aliquod precium accipere seu manus apponere, nisi de predictorum ciuium et mercatorum, et hoc justa vendicione, spontanea fuerit voluntate consensum, volentes, quod (nec) ipsi nec alij inimicis nostris quibuscumque de bonis suis quoquomodo conferant auxilium seu solamen. Quod si fecerint, dumtamen ipsis per nostras litteras apertas innotuerimus, post annum de data nostrarum litterarum, per quas hoc ipsis intimabimus, dolo et fraude exclusis, et eisdem ex hoc aliquod nocumen euenerit, quod Deus auertat, ab eorum nocumine nos et nostros prorsus haberi volumus excusatos, et ab huiusmodi nocuminis restitucione nos et nostri ab omnibus penitus tenebimur absolui. Et has predictas gracias et libertates et earum quamlibet dictis ciuibus et mercatoribus libere concedimus et concessimus pacifice possidendas

1) l. ipsi, oder temporis (L., 675 S. 606.), wobei ipis. verlesen wäre aus tpis. 2) l. satisfiat? L., 675 S. 606. 3) l. plegios.

Digitized by Google

vsque ad biennium post reuocacionem firmiter obtinendis,[1] omni dolo et fraude exclusis penitus in premissis, quam reuocacionem per litteras nostras apertas volumus publicari. Presencium testimonio litterarum sigilli nostri munimine sigillatarum. Datum Middelborgh Zelandie, dominica', qua cantatur Quasi modo geniti, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo.

Unten auf der Urkunde steht halb verlöscht: Jussu domini comitis. *Darunter:* Per dominum Brederode et dominum Flor(encium) de Bersal'. *Darunter:* Henr(icus) Hamer.

Nach einer gleichzeitigen, der Handschrift nach in den Niederlanden gefertigten Copie, auf der Trese.

CCLXXXI.

Der Rath von Lübeck verspricht dem Domcapitel daselbst, sich wegen Stiftung eines geistlichen Beneficiums oder wegen eines Patronatrechts während der Lebenszeit der dermaligen Rathmänner nicht an den päpstlichen Stuhl wenden zu wollen. 1357. Nach Mai 18.

Hermannus de Wickede, Hinricus Plescowe, Nicolaus Schoneke, † Bertrammus Vorraed, Godscalcus de Warendorpe, Johannes Plescowe, † Bernhardus Paal, Seghebodo Crispin, Johannes Wittenborch, Johannes Sche[p]enstede, Hermannus Gallyn, Bernardus Cosfelde, Johannes Wesseler, Johannes Pertzeual, Jacobus Plescowe, Bernhardus Oldenborch, Thidemannus Stokeleed, Euerhardus Suarte, Dethardus Sachtelenend, Godscalcus de Atendorn, Hold de Alen, Albertus Junghe et Johannes Scheninghe, consules ciuitatis Lubicensis. Profitemur, quod, sicut honorabilibus viris, dominis canonicis et capitulo ecclesie Lubicensis, honorabiles et dilecti consulares nostri, Thidemannus de Warendorpe, Bertrammus Heydebu et Bernardus Plescowe, ex parte consilij nostri constanter dixisse meminimus, hoc videlicet, quod ab anno Domini M̄CC̄C quinquagesimo septimo, in Ascensione Domini, quam diu ex nobis prenominatis aliquis vixerit, consilium nostrum non debet pro beneficio ecclesiastico instaurando aut iure patronatus aliquo exnunc de nouo a sede apostolica graciam impetrare, ita et nos illud eis dictum pro omnibus nobis prenominatis communiter approbamus, saluo tamen nobis ut ciuitati nostre omni alias jure nostro.

Nach einer Aufzeichnung des 18. Jahrhunderts, welche auf ein in den Rechtscodex des Albrecht von Bardewik (Vgl. Hach Lüb. Recht S. 56.) hinten eingeheftetes Pergamentblättchen geschrieben ist.

1) l. obtinendas.

Digitized by Google

CCLXXXII.

Eccard, Abt von Reinfeld, verweist, auf Grund des päpstlichen Privilegiums de non evocando, dem Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg die von demselben auf Ersuchen des Abts und Klosters zu Schierenbek geschehene Vorladung der Lübeckischen Bürger Heinrich von Cerben und Eccard . . . 1357. Jun. (?) 24.

Diese als Notariatsinstrument von Albrecht Witte unter dessen Notariatszeichen ausgestellte, mit anhangendem Siegel des Abts versehene Urkunde ist durch Feuchtigkeit sehr unleserlich geworden; doch zeigt sich das Schreiben als von No. 126 wenig abweichend. Schluss, zum Theil schwer zu entziffern: Acta sunt hec Lubeke prope valuam . . . . . aditum (?) Holtzacie, a. D. MCCCLVII, indictione decima, mensis Junij (?) die XXIIII, hora completorij uel quasi, presentibus . . . . . Christiano . . . ., clerico Ratzeburgensis, Alberto Zwerinensis (?), Johanni de . . . ., laycis (?) Bremensis et Zwerinensis diocesis, testibus etc.

Original auf der Treve.

CCLXXXIII.

Verordnung wider das Viehmästen mit Blut. 1357. Aug. 15.

Vortmer nen kuther schal vp deme kutherhus edder anders wor swine edder ander vee mesten met blode: we dat brekt, de schal vor en jewelik swyn wedden der stad dre mark suluers alse dicke, alse he dat brekt. Consilium decreuit anno Domini M̊CC̊C̊L̊ septimo, Assumpcionis Marie.

Aeltestes Wettebuch, fol. 1.

CCLXXXIV.

Die Brüder Rötger, Volpert und Hermann Rode verkaufen dem Lübeckischen Bürger Heinrich Smylow ihre Erbanwartschaft auf 10 m̄ Renten aus Wiesen bei Moisling und eine Wiese ebendaselbst. 1357. Aug. 23.

Nouerint vniuersi ac singuli presentes et posteri, ad quorum audienciam vel visionem presens littera ‖ deuenerit, quod nos Rûtgherus, Volpertus et Hermannus fratres dicti Roden, filij quondam Rutgheri Roden, ‖ vnanimi consensu et libera voluntate resignamus et dimittimus pro quadam pecunie

summa nobis integraliter ‖ persoluta omnem nostram hereditariam deuolucionem, que ad nos deuolui poterit de decem marcarum redditibus existentibus in pratis in villa Moyslinghe jacentibus, wlgariter dictis Stekensemunde, Koppele, Stuuewisch, Snuuendewer, Bickebutze, Apeldornbughe, Kûttenborn, Kolgarde et Redwisch, cum omni jure, proprietate, libertate, prouentibus omnibus atque fructibus, veluti ipsa bona per nos essent liberius possidenda, discreto viro Hinrico Smylowen, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus perpetue, quiete et libere possidenda. Insuper nos pratum dictis pratis adiacens, wlgariter Schelpwisch vocatum, nobis ex paternali hereditate pertinens, cum omni proprietate, libertate et deriuaminibus vniuersis, veluti nobis liberius attinebat, predicto Hinrico Smylowen et suis heredibus rite et racionabiliter pro quadam gaze quantitate nobis per ipsum plenarie disbrigata fatemur vendidisse libere et quiete perpetueque possidendum. Pretacta bona vendita et resignata presencialiter resignamus et dimittimus per presentes absque omni dolo mali eisdem Hinrico Smilowen et veris suis heredibus cum omni jure et perpetua proprietate libere et pacifice possidenda, nichil nobis juris rese(r)uantes in premissis, dantes eisdem plenariam facultatem, predictos redditus vel bona cum omnibus condicionibus prescriptis, et quacunque alienacione duxerint, in personas ecclesiasticas vel seculares alienandi et transferendi absque nostro consensu atque voluntate. Hec omnia premissa et singula manu coniuncta ac fide prestita infrangibiliter promittimus obseruare. In euidens et firmum testimonium omnium pretactorum sigilla nostra presentibus nostro scitu et nutu sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo septimo, in profesto beati Bartholomei apostoli gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln.

CCLXXXV.

Die Brüder Vicko und Volrad Lützow urkunden über den mit der Stadt Lübeck bis nächsten Martini geschlossenen Waffenstillstand. 1357. Aug. 30.

Omnibus presencia visuris seu audituris nos Vicko et Volradus fratres dicti Lutzowe cupimus fore notum, nos cum honorabilibus viris et discretis, dominis ‖ consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum ciuibus vniuersis, amicabiles treugarum dies recepisse a data presencium vsque ad instans festum beati

Digitized by Google

Martini ‖ inuiolabiliter duraturas, ita quod ipsi consules ac ciues Lubicenses pre nobis, nostris amicis et omnibus, qui pro nobis facere uel dimittere quidquam uolunt, in tempore prenotato securi esse debeant et manere. Super hijs quidem treugis firmiter obseruandis absque dolo alicuius mali vna nobiscum compromiserunt compromissores nostri infrascripti. Et nos Hartwicus Kule, Hinricus de Bulowe, Hinricus Parkentyn et Droste de Stoue, armigeri, publice protestamur in hijs scriptis, quod vna cum predictis Vickone et Volrado fratribus dictis Lutzowe promisimus prefatis dominis consulibus et ciuibus Lubicensibus in solidum et data fide omnia premissa inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla omnium nostrum ex cuiuslibet nostrum jussu ac certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CCC̊L̊ septimo, crastino Decollacionis beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangenden sechs Siegeln.

CCLXXXVI.

Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, quitirt die Stadt Lübeck über den Empfang der ihm schuldigen 900 m̊ lüb. Pf. und der ihm vom Kaiser Karl IV. zugewiesenen ganzen Reichssteuer für das Jahr 1357 und eines Theils derselben für das Jahr 1358. 1357. Nov. 11.

Waldemarus, Dei gracia Danorum Sclauorumque rex. Honorabilibus viris, . . consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, salutem in Domino. Recongnoscimus in hijs scriptis, quod vos illas nongentas marcas lubicensium denariorum, quas nobis adhuc solnere debuistis, et insuper annuum cen̊sum, quem Romano imperio debetis, nobis per serenissimum dominum Karolum, Romanorum imperatorem et Bohemie regem, deputatum, videlicet de anno M̊CC̊CL septimo, die Natiuitatis Domine nostre proxime preterito, septingentas et quinquaginta marcas denariorum lubicensium, et de anno immediate sequente, scilicet anno Domini M̊CC̊CL octauo, die Natiuitatis Domine nostre proxime venturo, quingentas et quinquaginta marcas lubicensium denariorum, ad voluntatem nostram nobis plene et beninguiter persoluistis. De quibus nongentis marcis et septingentis quinquaginta marcis ac quingentis quinquaginta marcis predictis vos et vniuersitatem vestram quitos dicimus et solutos presencium testimonio litterarum nostro sigillo appendente consignatarum. Datum anno Domini M̊CC̊C quinquagesimo septimo, in die beati Martini episcopi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

CCLXXXVII.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter denen der Lübeckische Rathmann Segebodo Crispin dem Dietrich Goldensee seinen Hof in Grönau verpachtet. 1357. Dec. 13.

Notum sit, quod dominus Zeghebodo Cryspini, consul Lubicensis, conduxit ad villicacionem Thiderico ‖ Goldenzee suam curiam in Gronowe sitam in hunc modum: Quandocumque vnus ipsorum ab ‖ alio intendat separare, tunc vnus eorum per spacium vnius anni integri alteri debeat predicere. ‖ Quo dicto tunc prefatus Thidericus eandem curiam sepedicto domino Zeghebodoni representabit seu resignabit cum tali semine hyemali, veluti eam acceptauit. Eciam prefatus Thidericus singulis annis de dicta curia dabit quartam garbam cuiuslibet generis annone. Item in estate qualibet septimana vnum butirum de sex marcalibus talentis erogabit. Item[1] idem in hyemie per quamlibet quindenam vnum butirum eiusdem quantitatis ministrabit Item prenotatus dominus Zeghebodo importabit ad dictam curiam dimidietatem equorum, vaccarum et porcorum; simili modo Thidericus reliquam dimidietatem eorundem pecorum in dictam curiam portabit, et quicquid Deus de eis donauerit, illud ipsis ambobus equaliter pertinebit. Item, quot oues prefatus dominus Zeghebodo presentabit dicto Thiderico ad vsum curie, de eisdem ipse Zeghebodo recipiat, quantum constabant, videlicet de qualibet oue quatuor solidos. Qua pecunia omnimode recepta tunc dicte oues ipsis ambobus equali modo pertinebunt. Ceterum prenarratus Thidericus fruatur sespitibus ad cremandum, quantum de eis indiguerit, et de liguis non magis cremabit, nisi quantum indiguerit ad pistandum. Preterea pomerium cum sepibus circumligatum et piscatura stabunt specialiter ad nutum domini Zeghebodonis, sed ipse Thidericus habebit liberam mattam in molendino ad vsum curie prelibate. Testes sunt domini Johannes Wesler et Gosscalcus de Attendorn, consules Lubicenses. Datum anno Domini M̂CC̆CL septimo, in die beate Lucie virginis gloriose.

Litterae memoriales auf der Registratur.

1) *Id* steht in der Urkunde.

Digitized by Google

CCLXXXVIII.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter welchen Bruno von Hannover und Johann Bradenhon dem Heinrich Küsel ein zwischen Lübeck und Oldesloe fahrendes Schiff verkaufen und zugleich auf zwei Jahre wieder abmiethen. 1357. Dec. 16.

Notum sit, quod nos Brůno de Honouere et Johannes Bradenhon recognoscimus rite vendidisse Henrico Kůzel, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus pro quadraginta marcis denariorum lubicensium | nobis solutis[1] vnam nauim super Trauenam infra Lubeke et Odeslo transeuntem, in autumpno edificatam proxime | elapso, que omnino adhuc non est parata, sic defectum preparacionis in ea existentem infra primum dimidium annum totaliter debemus adinplere. Dictam vero nauim per duos annos ad huram reaccepimus, dando annuatim pro ea IIII marcas denariorum, videlicet II marcas festo sancti Johannis Baptiste et reliquas II marcas festo Natalis Christi. Si vero non soluerimus huram nostram dictis terminis graciose, uel quod ipsam in suo defectu non prepararemus, seu quod sepedicta nauis, quod absit, per negligenciam deuastaretur, tunc prefatus Hinricus potens esse debet eam in manus alterius locandi, cuicunque voluerit. Testes sunt domini Holt de Alen et Johannes Schening, consules Lubicenses. Datum anno Domini MCCCLVII, sabbato proximo ante diem beati Thome apostoli gloriosi.

In dorso: Littera memorialis Brůnonis de Honouere, Johannis Bradenhon et Hinrici Kůzel.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCLXXXIX.

Albrecht V., Herzog von Sachsen, ersucht den Rath von Lübeck, die von diesem beabsichtigte Verfestung des Ritters Heinrich von Crummesse nicht zur Ausführung zu bringen. O. J. (1356—58.)[2]

Discretis uiris et honestis, dominis consulibus in Lubeke, Albertus, Dei gracia dux Saxonie, | salutem et omne bonum. Noueritis, quod percepimus,

1) Die beiden Wörter sind beigeschrieben.

2) Obiger Brief gehört nach dem Schreibmaterial und den Schriftzügen der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts an. Der Schreiber ist also Albrecht V. zu Mölln, zweiter Sohn des 1344, Anfang Fastnacht, in Lübeck (Detmar I., 256) gestorbenen Herzogs Albrecht IV. zu Bergedorf. Dafür spricht auch die Erwähnung seines Dienstverhältnisses zum Herzog Albrecht von Meklenburg. Den von dem Letzteren

Digitized by Google

quod honestum militem Hinricum de Crummesse ‖ in vinculum proscripcionis, quod wlgariter dicitur vervesten, intenditis agrauare. ‖ Quare instanter exoramus, quatenus causa nostri et perpetui seruiminis racione supersedeatis de tali proscripcione, quia in nostro officio seu seruicio, quod ininimus cum Magnopolenci, maxime et grauiter est impeditus. Quousque nos ad presenciam vestram uenimus, tunc secundum vestrum consilium et nostram persuasionem vobis satis faciet, omni dubio procul moto, siccuri,[1] quod, si vestre preces ad aures nostras peruenerint, fuerint exaudite in simili casu uel maiori, et volumus vtique exaudiri. Responsum petimus.

Nach dem auf Papier geschriebenen Originale auf der Trese. Die Urkunde ist, weil sie aus einander fiel, in späterer Zeit auf starkes Schreibpapier aufgeklebt worden, doch sind die Einschnitte für das Siegelband und die Stelle, bis zu welcher dasselbe unten von der Urkunde selbst abgeschnitten war, noch sichtbar.

CCXC.

Die Knappen Johann und Heinrich Stoltenberg, Gebrüder, und Otto Wotzeke verpflichten sich dafür, dass der Rath von Lübeck sie aus dem Verzeichnisse seiner Verfesteten gestrichen habe, demselben zu vierwöchentlichem Kriegsdienste. 1358. Jan. 15.

Omnibus presencia visuris seu audituris Johannes Stoltenberch, Hinricus, frater ‖ meus, necnon Otto Wotzeken, armigeri, presencium testimonio recognoscimus lucide protestantes, quod proscripti fueramus in ciuitate Lubicensi necnon placitauimus cum dominis ‖ consulibus Lubicensibus, vt de libro proscriptionis deleremus,[2] in hunc modum, quod ego Johannes cum fratri meo Hinrico eisdem dominis consulibus cum quatuor viris armatis per quatuor septimanas seruire debeamus super quemcunque, quandocunque et vbicunque fuerimus requisiti, super expensis et lucro ciuitatis et dampno seu dispendio amborum

betriebenen Landfriedensbündnissen aus den Jahren 1353—4 (*№* 163. 195. 218) tritt Herzog Albrecht V. noch nicht bei, sondern nur dessen älterer regierender Bruder Johann III. Ebenso wird in dem Vertrage mit Lübeck über den Landwehrgraben 1350, Aug. 24., des Herzogs Albrecht V. noch nicht als mitregierenden Fürsten gedacht (II., 975). Als solcher erscheint er zuerst 1356. v Kobbe, Gesch. des Herzogthums Lauenburg II. S. 57 fg — Zwei Ritter des Namens Heinrich von Crummesse werden von 1340—1357 genannt (Lüb. Urk.-B. II., 702. Schlesw.-Holst. Urk.-B. II., 38*). Als nach der Verpfändung von Mölln der betreffende lauenburgische Adel Lübeck 1359, Nov. 1., huldigt, ist der Letztere von ihnen schon todt, denn unter den Huldigenden wird ein Knappe Heinrich, *quondam domini Hinrici de Crummesse militis filius*, aufgeführt. Ein späterer Ritter dieses Namens scheint nicht vorzukommen. Für die Richtigkeit der obigen Datirung sprechen auch manche ähnliche Urkunden des Jahres 1358. Vgl. namentlich *№* 293 und 305.

1) l. securi. 2) l. deleremur.

Digitized by Google

nostrorum, excepto seruicio veri et legitimi domini nostri. Simili modo ego Otto Wotzeken arbitror et me dominis consulibus astringo ad seruiendum cum quatuor viris per quatuor septimanas sub condicionibus omnibus memoratis, excepto seruicio veri domini mei. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo octauo, in octaua Epyphanie Domini.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den drei anhangenden Siegeln.

CCXCI.

Gleiche Verpflichtung des Knappen Rudolf Tynappel, mit sechs Gewappneten auf sechs Wochen zu dienen. 1358. Jan. 13.

Das Original, mit anhangendem Siegel, mutatis mutandis gleichlautend mit № 290, befindet sich auf der Trese.

CCXCII.

Die Knappen Detlev von Siggem, Henneke Barnekow, Sifrid Wittensee und Slote von Osterholt versprechen, der Stadt Lübeck für ihr angethanen Friedensbruch acht Wochen lang Kriegsdienst zu leisten. 1358. Febr. 17.

Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Dethleuus de Sigghem, Hennekinus Barnekowe, Sifridus Wittensee et ‖ Slote de Osterholte, armigeri, salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus et constare volumus vniuersis, quod propter emendandum ‖ excessum, quem habuimus contra dominos . . consules et ciuitatem Lubicensem, promisimus ac presencialiter promittimus predictis dominis consulibus, quod, quandocunque et vbicunque ac contra quemcunque requisiti fuerimus, excepto domino nostro, rege Dacie, seruire volumus et debemus prefatis dominis consulibus sub expensis et lucro ciuitatis eiusdem et nostro periculo, quiuis nostrum mettercius, per spacium octo septimanarum, ita quod nos et nostri armis fideliter debemus esse expediti. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCLVIII, Sabbato ante Inuocauit.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden vier Siegeln.

Digitized by Google

CCXCIII.

Albrecht V., Herzog zu Sachsen, verbürgt sich gegen den Rath von Lübeck dafür, dass Steybeke und Tymeke Boytin die Lübeckischen Bürger bis nächsten Johannis unbelästigt lassen werden. 1358. Febr. 18.

Wy Albert, van Godes gnaden hertoghe to Sassen. Bekennen in dessem openem ‖ breue, de[1] wy hebbet ghelonet vnde lonet den wisen erbaren luden, deme rade to ‖ Lubek, enen steden vrede twischen hir, dat desse bref ghescreuen is, vnde sunte ‖ Johanses dach to midden somer, de nû negest to komende is, vor Steybeken vnde Tymeken Boytine, dat se binnen desser tyd eren vnde erer borghere schaden nerghen weten eder weruen en schullet. To ener betughenghe desser dingh henghe wy vse ingheseghel in dessen bref, de gheuen vnde screuen is na Godes bört dritteynhundert jar in deme achte vnde vifteghesten jare, des ersten Sondaghes in der Vasten.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXCIV.

Der Ritter Benedict von Ahlefeld bekennt sich schuldig, der Adelheid Gruten auf kommenden Martini 150 mk lüb. Pf. zu zahlen. 1358. Febr. 22.

Sciant omnes, ad quos peruenerit presens scriptum, quod ego Benedictus de Aneuelde, miles, filius domini Benedicti senioris, veraciter ‖ teneor obligatus discrete et honeste puelle Alheydi, filie Johannis Grêten, quondam ciuis Lubicensis felicis memorie, in centum ‖ et quinquaginta marcis lubicensium denariorum sibi aut suis veris heredibus festo beati Martini proximo intra ciuitatem Lubicensem cum ‖ prompta pecunia absque dolo cuiuslibet mali per me vel heredes meos expedite persoluendis. Quod promisi ac presencialiter promitto data fide memorate Alheydi et eius heredibus et ad fidas eorum manus reuerendo in Christo patri et domino, domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, necnon honorabilibus et discretis dominis Thidemanno de Warendorpe, Hermanno de Wickede et Hinrico Plescowe, consulibus Lubicensibus, absque aliquali obstaculo et periculo firmiter obseruari. Postquam tamen predicta pecunia, vt premittitur, in tempore prefato per me vel heredes meos expedite persoluta fuerit, quiti et soluti manebimus a monicione ampliori de omnibus debitis, (e)x

1) l. dat.

Digitized by Google

quibus litteris vel absque litteris . . pueris Johannis Grûten predicti videor pronunc obligari. In testimonium euidens premissorum sigillum meum ex iussu meo presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCL octauo, in die beati Petri apostoli ad Cathedram.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXCV.

Der Ritter Heinrich von Buchwald verspricht, unter Mitverbürgung seines Bruders Marquard, für den gegen die Stadt Lübeck begangenen Friedensbruch derselben auf geschehene Aufforderung selbfünft bewaffnet vier Wochen lang gegen Jedermann, ausgenommen gegen seine Herren, die Grafen von Holstein und Stormarn, auf Kosten und Gewinn der Stadt und unter seinem Schaden zu dienen. 1358. März 29.

Das der Form nach mit № 292 übereinstimmende, in Cena Domini ausgestellte Original, mit anhangenden beiden Siegeln, befindet sich auf der Trese.

CCXCVI.

Die Knappen Iwan Walsdorf und dessen Söhne Henneke und Marquard verbürgen sich für die Urfehde der Knappen Volrad Linthovet und Hermann Sporike. 1358. Apr. 10.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Ywanus Walstorp, alias dictus Zepel, Henneke et Marquardus, sui ‖ filij, famuli, salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod, constituti in dominorum proconsulum ‖ et consulum ciuitatis Lubicensis presencia, ipsorum consilio residenti, Volradus Linthouet et Hermannus Sporike, ‖ famuli, qui capti positi ad turrim fuerunt, ipsis dominis consulibus jurauerunt veram oruediam pro se et suis, natis et nascendis, necnon pro ipsis, qui quicquam facere seu dimittere voluerint sui causa, itaque nec ipsi nec alter eorum propter premissam captiuitatem ipsis consulibus, ciuibus aut familiaribus eorundem nulla mala vllo vnquam tempore debeant inferre aut facere per se uel alium seu alios, publice uel occulte, uel aliqualiter vindicare. Pro quibus sic firmiter obseruandis nos Ywanus, Henneke et Marquardus supradicti in manus Thidemanni de Warendorp et Hinrici Plescouwe, protunc proconsulum dicte ciuitatis

Digitized by Google

Lubicensis, predictis consulibus firmiter promisimus et promittimus in hijs scriptis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke in publico residenti consilio, anno Domini millesimo tricentesimo LVIII, feria tercia post dominicam, qua cantatur Quasi modo geniti.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln.

CCXCVII.

Rudolf, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, Graf in Brene, des römischen Reichs Erzmarschall, bevollmächtigt seinen Capellan Paul Hake zur Beilegung der mit der Stadt Lübeck wegen Zerstörung des Schlosses Dömnitz obwaltenden Irrungen. 1358. Apr. 21.[1]

Nos Rudolfus, Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux, comes in Brene sacrique Romani ‖ imperii archimarscalcus. Notum facimus vniuersis presencia visuris seu audituris, quod honorabili viro, domino ‖ Paulo Haken, Pragensi, Bremensi necnon Lubicensi canonico, cappellano nostro dilecto, in causis ‖ placitorum super destructione et ruina castri nostri Domnitze apud honorabiles viros, magistros consulum, consules et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis, nobis sinceris et dilectis,[2] plenariam finiendi, terminandi tamquam nostro vero et legitimo procuratori, in hijs, que merita huius diffinicionis requisierint, plenissimam dedimus et per presentes donamus potestatem, gratum et ratum habentes, quidquid per ipsum in premissis ex parte nostra attemptatum concorditer fuerit et terminatum. Harum nostrarum testimonio litterarum, quibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum Hertzeberg, anno Domini MCCCLVIII, Sabbato proximo ante dominicam Jubilate.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXCVIII.

Rudolf, Herzog von Sachsen u. s. w., entsagt allen von ihm an die Stadt Lübeck wegen Zerstörung des Schlosses Dömnitz gemachten Ansprüchen. 1358. Apr. 21.

Nos Rudolfus, Dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux, comes in Bren sacrique ‖ Romani imperij archimarschalcus. Vniuersis presentem litteram

1) Detmar I., 278. 2) l. sinceros et dilectos.

Digitized by Google

misuris seu audituris | recognoscimus publice profitentes, quod omnem actionem seu impeticionem, quam nos, coheredes, heredes et successores nostri contra honorabiles uiros, magistros consulum, consules, ciuitatem et uniuersitatem ciuitatis Lubicensis. amicos nostros speciales, hactenus mouimus seu in futurum mouere possemus occasione destructionis castri nostri Dömnitz. ob amicabilium et specialium seruiciorum effectum, que pridem nobis aliquociens beniuole exhibuerant et amplius exhibere poterunt in futurum, ipsis libere remisimus et remittimus et effectiue presentibus relaxamus, promittentes eciam pro nobis, coheredibus, heredibus et successoribus nostris, quod pro dicti castri nostri subuersione nullam prorsus deinceps contra ipsos et eorum successores mouere debeamus aut poterimus questionem. Harum testimonio litterarum sigilli nostri autentici robore munitarum. Datum Hierzberg, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo, Sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur Jubilate.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCXCIX.

Erich der Aeltere, Herzog zu Sachsen, als erwählter Schiedsrichter, fällt seinen Ausspruch in einer zwischen seinem Sohne Erich und dem Rathe zu Lübeck wegen einiger Lübeckischen Kaufleute obschwebenden Streitigkeit. 1358. Apr. 28.

Van Godes gnaden wi Eric de eldere, herteghe to Sassen. Bekennet in desseme openen breue, dat wi ghebeden sin omme en recht to entschedende van vseme sone, herteghen Erike, vnde den erbaren mannen, ratmannen van Lubeke. Na erer beyder reden spreke wi vor en sassesch recht: Moghen de koplude van Lubeke, Sweder vnde Hermen, des vullenkomen mit twen bederuen mannen, de eres rechtes vnuerwiset sin, de dat mit eren eden beholden willen, dat se eren vereschat ghegheuen hebben, se scolen dar ane not vmme bliuen. To ener betughinghe desses rechtes hebbe wi vse lutteke ingheseghel heten ghehenghet in dessen bref, de ghegheuen vnde screuen is to der Rybenborch, na Godes bort dritteynhundert iar in deme achte vnde vyfteghesten iare, in synte Vitalis daghe, des hilghen merteleres.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

Digitized by Google

CCC.

Der Rath von Aalborg bezeugt dem Rathe von Lübeck, dass die Güter der Brüder Albert und Friedrich von Parkentin schon zwei Jahre vor der allgemeinen Pest im Jahre 1350 und zwei Jahre vor Entstehung des Zwistes zwischen Johann von Dulmen und Albert Rezmang getheilt worden seien. 1358. Mai 20.

Honorabilibus et discretis viris, nostris dilectis fautoribus, singularibus et amicis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis | vniuersis, proconsules, consules ac villani in Alborch expositam in singulis complacendi voluntatem. „ Quod bona, videlicet Alberti et Friderici fratrum dictorum de Perkentyn, ad dnos annos ante mortalitatem seu pestilenciam generalem, que anno Domini MCCCL ant circa orta fuit. et ad dnos annos, antequam aliqua discordia seu dissensio inter Johannem de Dulmen et Albertum Rezmangh surrexerat, omnino diuisa fuerunt, et quod in omnibus et singulis bonis dicti fratres separati fuerunt penitus et diuisi, ita quod neuter eorum ab alio valeat quidquam exigere in futurum, quodque hanc separacionem bonorum eorundem et diuisionem ad librum ciuitatis nostre, quia nobis omnibus nota est, scribi fecimus et registrari: hoc presentibus lucide protestamur, de quo ad nos securam habere dignemini creditiuam et respectum, quod ita, vt prescriptum est, res se habet. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus sub anno Domini MCCCLVIII, in festo Penthekostes, [est] ex nostra omnium sciencia et voluntate est appensum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem ziemlich erhaltenen Siegel.

CCCI.

Hildegund, Aebtissin, Hildegund Krane, Priörin, und gesammter Convent des St. Johannis-Klosters in Lübeck erklären, dass sie dem Lübeckischen Bürger Timmo Wriver einen Hof in Schwinkenrade nebst vier Hufen daselbst und einer Hufe in Böbs pachtweise überlassen haben. 1358. Mai 27.

Vniuersis presencia visuris vel audituris nos Hillegundis, Dei gracia claustri sancti Johannis monialium in Lubeke abbatissa, Hillegundis dicta Krane, priorissa, totusque conuentus ibidem salutem in Domino. Recognoscimus | lucide per presentes, nos pleno consensu et libera voluntate nostrarum[1] promisorum,

1) l. nostrorum.

Digitized by Google

videlicet domini Johannis Plescowe et domini Bernardi Cesuelt, consulum Lubicensium, ad huram locasse per omnem modum infrascriptum Tymmoni Wriuer carnifici, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus curiam nostram in Swinekenrode sitam cum quatuor mansis eidem curie adiacentibus et vno manso in campo Bobitze sito; eciam ipsis fructibus in lignis eiusdem ville Swinekenrode crescentibus frui debet eque, agricultura pacifice et quiete tenenda atque habenda pro sua facultate, quamdiu nobis satisfacere poterit, dabitque nobis annuatim bonis de eisdem quolibet festo beati Martini intra ciuitatem Lubicensem decem marcas denariorum expedite. Sic ipsi Tymmoni sex marcas denariorum iam actu edificij eiusdem curie dedimus in subsidium, ipsi tamen edificia per nos non vendendo, nec nobis ipsa per ipsum non reuendendo resignacionis tempore. Ceterum de lignis combustibilibus seu aliis non plus secabit, nisi quantum ipsi faciamus perdemonstrare ad vsum curie sepedicte. Dum autem idem Tymmo huiusmodi curiam reli[u]querit, uel sui veri heredes et vlterius possidere noluerint, tunc racione Tymmonis eiusdem duobus viris ydoneis presentibus, parte ex vna, et nostrarum nomine duobus viris discretis, parte ex altera, nostra bona possidentibus resignabunt. Quod vero isti parte ex vtraque retulerint edificia curie sepenominate in valore existere, pro illo nos satisfaciamus seu ille, qui huiusmodi bona colere proponit possidenda. In testimonium omnium premissorum et ad cautelam firmiorem nostre abbatisse sigillum vna cum sigillo memorati Tymmonis presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo octauo, die ipso sancte Trinitatis.

Nach dem Originale im Archive des St. Johannis-Klosters, an welchem noch das Siegel des Timmo Wriver hängt; für das an erster Stelle eingehängt gewesene Siegel der Aebtissin ist nur der Einschnitt erhalten.

CCCII.

Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, bestätigt den durch seinen Bevollmächtigten Marquard von Stove den Aeltern auf ein Jahr vom Ausstellungstage an mit Lübeck abgeschlossenen Waffenstillstand. 1358. Mai 29.

(Abgerechnet die in der Ueberschrift angegebenen andern äussern Umstände und geringe Wortabweichungen, gleichlautend mit No. 140 bis) observari.

In quorum testimonium secretum nostrum, maiori nostro sigillo non presente, presentibus est appensum. Datum in castro nostro Baghahws, anno Domini millesimo CCCL octauo, feria tercia post dominicam Trinitatis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

Digitized by Google

CCCIII.

Der Rath zu Lübeck urkundet über seine Annahme des mit Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, und dessen beiden Söhnen Erich und Hako auf ein Jahr abgeschlossenen Waffenstillstandes. 1358. Mai 29.

Omnibus hoc scriptum inspecturis proconsules et vniuersi consules ciuitatis Lubicensis salutem in Domino. Recognoscimus per presentes, quod nos cum inclitis principibus, domino rege Maugno et suis filijs, dominis Erico et Hacquino, Suecie, Norwegie ac Schanie regibus, super omnibus dissensionibus et displicencijs inter ipsum dominum regem Maugnum et nos motis hactenus et subortis amicabiles treugarum dies a data presencium per vnum annum continuum integrum in omni securitate et firme pacis federe duraturas accepimus, ita videlicet, quod vniuersi de regnis et dominijs ipsorum sui et suorum homines, qui publici inimici vel spoliatores aut proscripti nostri non existant, infra prenotatum terminum nostram ciuitatem secure poterunt visitare, moram inibi facere, sua negocia excercere et secure recedere, quando volunt. Quas quidem treugarum dies pro nobis et nostris ciuibus necnon pro omnibus nostri causa facere vel omittere volentibus promittimus firmiter obseruare. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo octauo, feria tercia post dominicam Trinitatis proxima, nostro sub sigillo in testimonium premissorum.

Nach einem auf der Trese befindlichen Vidime des Bischofs Bertram von Lübeck, mit anhangendem Siegel, ausgestellt 1358. Jul. 6. (Oct. Petr. et Pauli.)

CCCIV.

Aufzeichnung über die von den Anhängern des Königs Waldemar IV. mehreren Lübeckischen Bürgern geraubten Schiffe und Güter, über die von dem Könige dafür gezahlte Entschädigung und die Vertheilung derselben. 1358. Jul. 15

Notum sit, quod nostri ciues infrascripti pro bonis diuersis, que familiares illustris et magnifici principis, domini Waldemari, regis Dacie, tempore quodam preterito eisdem acceperunt, [et] postea pro ipsis redditis promiserunt. Primo pro coggone Thidemanni Marschalk et pro bonis inde spoliatis Martinus Clotekowe, Hermannus Pape, Johannes de Lubeke et Johannes Redewisch promiserunt, cuius coggonis et bonorum inibi contentorum est mille LX marce et XV solidi denariorum lubicensium. Item pro naue, que velificanit in de Enehanene, et pro bonis inde spoliatis promiserunt Johannes de Hachchede.

Digitized by Google

Elerus de Celle, Thidemannus Clinghenberch et Lubbertus Omeke; summa eiusdem coggonis et bonorum inde acceptorum CCCC marce minus II marcis denariorum lubicensium. Item pro naue Hermanni Olden et pro bonis in eadem acceptis promiserunt Thidemannus Rauen, Johannes de Dulmen, Dithardus Rauen, Petrus Drivoot; summa dicti coggonis et bonorum in eodem acceptorum mille CCC et L marce denariorum lubicensium. Item pro coggone Richardi Holehand et pro bonis in eadem acceptis Hinricus Luchchowe senior et Hinricus Luchchowe junior, filius sororis sue, promiserunt; summa C et X marce denariorum lubicensium. Item pro coggone Bertoldi de Lake et pro bonis inde acceptis Wichmannus et Thidemannus fratres dicti Drüghe, dominus Johannes Methelere et Gherardus Dartzowe promiserunt: summa eiusdem coggonis et bonorum in eodem acceptorum est VI^{C} marce. Item pro coggone mester Coc et pro bonis in eodem acceptis promiserunt Hugo dictus Cremer, Wichmannus et Thidemannus fratres dicti Drughe; summa eiusdem coggonis et bonorum LXXX marce. Item pro bonis spoliatis per Petrum Dene super Ghetzer promisit dominus Dithardus Sachtelenend; summa eiusdem coggonis et bonorum C et XX marce denariorum. Item super et pro bonis spoliatis super Rotsande Hinricus Molencoten et Johannes Hanerveld promiserunt; summa XI marce denariorum. Item pro coggone Nycolai Schonenberch et pro bonis in eodem spoliatis idem Nycolaus Schonenberch, Hermannus Pape, Hermannus Wartberch et Johannes Helte promiserunt; summa VI^{C} et LII marce denariorum. Summa omnium summarum prescriptarum quatuor milia quadringente et XI marce denariorum monete per omnia lubicensis cum VII solidis denariorum eorundem.[1] Pro quibus ijdem ciues nostri coram consilio ipsa die Margarete virginis promiserunt, recognouerunt quoque, dictum dominum regem dictam pecuniam ipsis plene erogasse, pro quibus domini nostri consules quitanciam seu quitacionis litteram eidem domino regi, in qua ipsum et suos, quorum interest, ex parte eorundem ciuium quitos dixerunt et solutos, transmiserunt et dederunt. Hij autem fuerunt notatim nostri ciues, quibus dicti domini regis familiares sua bona accepernnt: Johannes de Dulmen, Dithardus Rauen, Petrus Drivoet, Thidemannus Rauen, Hartwicus Stoot, Johannes Redewisch, Johannes Senenboom, Elizabet relicta Conradi Brylowe, Jacobus Semelowe, Fredericus Ryke, Martinus Clotecowe, Johannes de Lubeke, Eggardus Rosenueld, Hermannus Pape, Hinricus Luchchowe, Nycolaus Schonenberch, Hermannus Pape, Johannes Osenbrugge, Petrus Keding, Godeko Schottorp, Petrus

1) Die obigen Einzelsummen betragen nur: 4381 ℔ 15 ß.

Digitized by Google

de Stade, Gozswinus Rasor, Michael de Stenuorde, Vicko Buxtehude, Johannes de Bremen, Heyno de Dannenberche, Herderus de Stade, Hinricus de Springhe, Hermannus Osenbrugge, Marquardus de Dame, Godeko Schoneweder, Hennekinus Paal, Johannes Helte, Hermanus Wartberch, Hermannus Stofreghen, Thidemannus Clinghenberch, Hermanns de Molne. Lubbertus Omeke, Bernardus de Vlsen, Johannes de Haghene, Wichmannus Drughe, Johannes Magherman, Hugo dictus Cremer et Hinricus Molencoten. De dictis IIII^M. CCCC et XI marcis denariorum cum VII solidis dedimus XVII^C marcas denariorum.[1] De quibus de primo coggone Thidemannus Marschalk. Martinus Klotecowe, Hermanus Pape, Johannes de Lubeke et Petrus Redewisch CCC et XCVII marcas XIIII solidos minus III denariis subleuabant. Item de coggone, qui velificauit in de Euehauene, Johannes de Hachede, Elerus de Celle, Thidemannus Clinghenberch et Lubbertus Omeke C et XLIX marcas et VII solidos; item de coggone Hermanni Olden Thidemannus Rauen. Johannes de Dulmen, Dithardus Rauen et Petrus Driuoet V^C et VI marcas et IIII solidos; item de coggone Richardi Holehand Hinricus Luchowe senior et Hinricus Luchowe junior XLI marcas IIII solidos; item de coggone Bertoldi de Lake Wichmannus et Thidemannus Drughe fratres, dominus Johannes Metheler et Gherardus Dartzowe CC marcas et XXV marcas; item de coggone mester Coc Hugo mercator, Wichmannus et Thidemannus Drughe fratres XXX marcas; item de bonis per Petrum Dene Johanni Magherman acceptis idem Johannes M(agherman) XLV marcas; item pro bonis super Rotsande Hinricus Molencoten et Johannes Hauervelt XV marcas subleuabant; item de coggone Nyrolai Schonenberch idem Nycolaus, Hermannus Pape, Hermannus Wartberch et Johannes Holte CC et XLV marcas denariorum subleuabant.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuches v. J. 1358.

CCCV.

Der Ritter Hartwig von Crummesse und der Knappe Detlev von Grönau verbürgen sich für die von den Dienern des Ersteren, Hartwig Grambek und Johann Kale, dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1358. Jul. 25.

Nos Hartwicus de Crummesse, miles, et Detlevus de Gronouwe, famulus. Volumus ad vniuersorum et singulorum noticiam, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, peruenire publice protestando, nos honorabilibus viris, dominis..

1) Die bezahlten Einzelposten betragen: 165^M ℔ 12 ß 9 ₰.

Digitized by Google

consulibus ciuitatis ‖ Lubicensis, in manus eciam honorabilium virorum Hinrici Plescouwen, Hermanni de Wickede, Bertrammi Heydeby et Zeghebodonis,[1] consulum dicte ciuitatis Lubicensis, necnon Tydemanni Dunker, aduocati eorundem, nomine ipsorum sollempniter promisisse oruediam, quam Hartwicus Grambeke et Johannes Kale, famuli mei Hartwici de Crummesse, ipsis dominis consulibus, residenti ipsorum consilio, nobis eciam presentibus, fecerunt et jurauerunt pro se et suis, natis et nascendis, et pre[2] omnibus alijs, qui quicquam facere seu dimittere voluerint sui causa, pro eo, quod ipsi propter enorme delictum capti positi fuerant ad turrim, (quod) ipsam debeant perpetuis temporibus firmiter obseruare, ita quod nec ipsi nec eorum alter nec alius nomine ipsorum, directe uel indirecte, publice uel occulte, ipsis . . consulibus, ciuibus, ciuitati aut familiaribus eorundem, aut in bonis suis nulla mala vllo vnquam tempore inferre debeant aut aliqualiter vindicare. In quorum omnium euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa sub anno Domini MCCCLVIII, feria secunda ante festum beati Jacobi apostoli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

CCCVI.

Barnim, Herzog von Stettin, Pommern, Slavien und Cassubien, bestätiget die den Lübeckern von seinem Grosvater, dem Herzoge Barnim, im Jahre 1254 und von seinem Oheim, dem Herzoge Wartislaus, im Jahre 1268 ertheilten Privilegien. 1358. Nov. 5.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nouerint vniuersi Christi fideles et maxime, quorum interest seu interesse poterit in futurum, quod nos Barnym, Dei gracia verus Stetinensis dux ac Pomeranie, Slauie et Cassubie, litteras illustrissimorum principum et dominorum Barnym, aui nostri, et ‖ Wartizlai, patrui nostri, quondam Pomeranorum ac Slauorum ducum, in nostra presencia habuimus, vidimus et legi fecimus, quarum litterarum tenores secuntur in hec verba: ‖ ***(Folgt Urk.-B I., 65).*** Tenor vero secunde littere talis est et fuit: ***(Folgt I., 504).*** Post quarum vero litterarum inspectionem et audicionem nobis pro parte honorabilium ac circumspectorum virorum, in premissis consulum ac vniuersorum ciuium nobis dilectorum ciuitatis Lubek, fuit cum instancia supplicatum, quatenus predictas litteras hiis litteris insertas et contenta in eis

1) Segebodo Crispin. 2) l. pro.

Digitized by Google

ratificare et confirmare seu ratas et gratas habere dignaremur. Nos uero, eorum precibus inclinati, predictas litteras ac omnia et singula in eis contenta ratificauimus, approbauimus et confirmauimus, in presentibus, ut premittitur, ratificamus, innouamus et ex certa sciencia confirmamus, habentes rata et grata omnia, que in sepedictis litteris continentur, adicientes uero premissis ac nostri nostorumque heredum et successorum nostrorum nomine prenarratis ciuibus dicte ciuitatis Lubeke concedentes liberam facultatem emendi, vendendi ac nauigio transeundi per omnes portus nostri ducatus, videlicet per Zwynam et Penam et per Stagnum Recens, quod wlgo dicitur Versche Haf, ac per portum maris Baltici seu salsi, absque omni theolonio seu exactione quacunque et impedimento, quociens et quandocunque eis videbitur expedire. Volumus ymmo verius et sub obtentu nostre gracie precipimus, ne quispiam vasallorum nostrorum seu officialium huiusmodi nostram proprietatis donacionem audeat aliqualiter impedire. Si quis autem secus attemptare presumpserit vltra, indignacionem nostram se nouerit irremissibiliter et infallibiliter incursurum. In horum omnium testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum Vkermúndis, anno Domini millesimo CCCLVIII, Sabbato post Omnium Sanctorum. Testes huius rei sunt religiosus vir, frater Hermannus de Werberg, preceptor generalis ordinis sancti Johannis Jheresolomitanensis, ac nobiles viri, domini Hennings et Zabellus fratres de Reberg, nec non strennui milites Arnaldus de Rúthe, Rodolphus Ghysenslach, ac dominus Arnaldus Malchow, canonicus ecclesie sancti Ottonis Stetinensis, ac[1] alijs pluribus fidedignis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel und Rücksiegel.

CCCVII.

Bertram, Bischof von Lübeck, erklärt, dass er in der Streitsache zwischen der Stadt Lübeck und dem Ritter Lüder von Borstel vor mehreren Jahren ein beiden Theilen genügendes Urtheil abgegeben habe. 1358. Nov. 16.[2]

Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia ecclesie Lubicensis episcopus. Vniuersis presens scriptum inspecturis seu audituris salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod huiusmodi causam, pro qua strennuus miles, dominus Luderus de Borstel, annis

1) l. cum. 2) Vgl. N. 167–170.

Digitized by Google

quibusdam preteritis honorabiles viros, consules ciuitatis Lubicensis, ex parte Eggardi Schiphorst incusauit, pro qua quidem causa in nos ex vtraque parte predicti videlicet miles et consules compromiserunt nobis querelas et responsa cum eorundem compromissorijs presentando, nos per quandam sentenciam et pronunciacionem per nos in nostris litteris sigillatis traditam et prolatam discussimus iure partes vtrasque antedictas, prout eisdem nostris litteris liquido poterit declarari, presentibus strennuis militibus, dominis Marquardo de Brucdorpe et Hartwico Heest, protunc famulo existente. In qua quidem sentencia eedem partes vtreque contentas se tenebant. Datum nostro sub sigillo, quod sub anno Domini MCCCLVIII, feria sexta post festum beati Martini, presentibus est appensum in testimonium euidens premissorum.

Nach dem sehr nachlässig geschriebenen Originale auf der Trese, an welchem der Saum umgeschlagen ist, aber der Einschnitt für das Siegelband, so wie das Siegel fehlen.

CCCVIII.

Heinrich, Nicolaus und Adolph, Grafen von Holstein und Stormarn, bestätigen den Verkauf des Dorfes Bliesdorf abseiten des Ritters Nicolaus Splyt und seiner Söhne Heinrich und Marquard an Elisabeth, Wittwe des Gottschalk von Vellyn, und die Gebrüder Morkerke zu Lübeck. 1358. Nov. 18.

In nomine Domini amen. Hinricus, Nycolaus et Adolfus fratres, Dei gracia comites Holtzacie et Stormarie. Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, salutem cum noticia subscriptorum. Sagax id ‖ plurimum docuit experimentum, quod ea, que aguntur in tempore, ne lapsu temporis pereant et euanescant, scripturarum testimonio debeant perhennari. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam futuris, fideles nostros Nycolaum dictum Splyt, militem, Hinricum et Marquardum, filios eiusdem, de nostro ac heredum suorum ac omnium, quorum intererat, beneplacito et consensu, rite et racionabiliter vendidisse et cessisse ‖ honestis et discretis personis, domine Elizabeth, relicte domini Godscalci de Vellyn, Thome, Conrado, Godscalco et Alberto fratribus dictis Morkerke, et eorum veris heredibus vtriusque sexus, ciuibus Lubicensibus, integram villam dictam Blystorpe cum curia et molendino adiacentibus, sitam in parrochia Antique Krempen, Lubicensis dyocesis, pro septingentis et quinquaginta marcis lubicensium denariorum eisdem nostris fidelibus in numerata pecunia, videlicet medietas ex parte domine Elizabeth et dimidietas ex parte

Digitized by Google

fratrum predictorum, persolutis ac in vsus suos necessarios, vt coram nobis confessi sunt, expositis et conuersis. Qua quidem villa et eius adiacencijs predicti emptores frui debent libere et pacifice absque omni obstaculo cum omnibus attinencijs suis, campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis maioribus et minoribus, cuiuscunque eciam fuerint condicionis, rubetis et virgultis, aquis, aquarum decursibus, stagnis et aquarum instagnacionibus,[1] molendinorum in locis sibi conuenientibus aquarum seu ventorum instanracionibus, aggeribus, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc ipsa villa iacet, et prout liberius Otto de Reuentlo ac predicti nostri fideles hactenus possederunt, et cum omni iure, iudicio supremo et infimo, manus videlicet et colli, et omnibus iudicijs intermedijs, nec non cum omni ecclesiastica[2] libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate et emolimentis vniuersis, libertata a nobis et nostris heredibus ac successoribus ab omni omagio et vasallatu, ab omni iure seruitutis et exactionis, vt ghreuenschat dicitur, seu ab omni precariarum et prestacionis onere, quocunque eciam nomine nominentur. Hanc quidem villam cum premissis suis adiacencijs prefati dominus Nycolaus Splyt et sui filij, nostri fideles, cum omnibus heredibus suis, quibus intererat, coram nobis legitime resignauerunt antedictis domine Elizabeth et fratribus dictis Morkerken et eorum heredibus tam masculis quam feminis, renunciantes omni sui iuri, proprietati, fructui, excepcioni doli mali et omni alij auxilio iuris uel facti, quo premissus contractus posset quomodolibet inpediri, promittentes bona fide, quod predicta bona debeant dictis emptoribus et eorum sequacibus a cuiuslibet hominis et vniuersitatis inpeticione iuri parere volentis defendere et disbrigare atque iustam facere warandiam et habere omnia et singula premissa rata, grata atque firma nec contrauenire vel facere, de iure uel de facto, publice uel occulte. Nos igitur predicti Hinricus, Nycolaus et Adolfus fratres, comites Holtzacie et Stormarie, de consensu et consilio nostrorum fidelium consiliariorum, hec omnia premissa et quodlibet premissorum gratum et ratum habentes, dicta bona cum omni iure et singulis prenotatis condicionibus sepedictis domine Elizabeth, Thome, Conrado, Godscalco et Alberto fratribus assignamus et dimittimus ea tenendi, possidendi et habendi, plena auctoritate ea vendendi, donandi, alienandi, transferendi in personas quascunque ecclesiasticas uel seculares, uel instaurandi inde beneficium uel beneficia ecclesiastica et quocunque alio modo ordinandi

1) W 309 fügt bei: piscinis et piscarijs. 2) W 309 setzt hinzu: et seculari.

Digitized by Google

cum eis, quidquid eisdem uel eorum successoribus videbitur expedire, nostro uel cuiuscunque ad hoc consensu minime requisito. Si eciam, quod absit, in terra nostra propter caristiam aut alia mandata fieret inhibicio de annona vel de alia re de terra nostra educenda, predicti tamen emptores predictorum bonorum prouentus ducere poterint via aquatica vel terrestri, vbicunque et quandocunque eis videbitur expedire, et pecora eorum pellere de terra nostra ad ciuitatem Lubicensem vel alibi quocunque, sicut placuerit eorum voluntati. Si preterea, quod Deus auertat, gwerra inter nos, fideles nostros et ciuitatem Lubicensem aut quoscunque alios suborta fuerit, aut emptores vel possessores bonorum predictorum vel alterum eorum pro aliquo delicto leui uel enormi baniri vel relegari conti[u]gerit, hijs et alijs non obstantibus quibuscunque predicti emptores, eorum heredes tam mares quam femine, aut ille vel illi, in quos translata fuerint bona supradicta, eisdem bonis vti debent libere, pacifice et quiete, ita quod nos, nostri heredes seu sequaces nichil iuris, proprietatis, fructus aut dominij obtineamus in premissis. Testes huius sunt domini magister Johannes Boytin, canonicus Lubicensis, magister Eghardus Buckenhaghen, plebanus in Noua Krempe; B(orchardus) Wlf, Nycolaus Rennowe, dictus Kreye, et Yermer, Hartwicus de Knope, Henningus Aluerslo, famuli, et Fredericus apotecarius, ciuis Lubicensis, ac alij quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex iussu nostro presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLVIII, octaua die beati Martini episcopi hyemalis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln

CCCIX.

Der Ritter Nicolaus Splyt und dessen Söhne Heinrich und Marquard verkaufen das Dorf Bliesdorf an Elisabeth, Wittwe des Gottschalk von Vellyn, und die Gebrüder Morkerke. 1358. Nov 25.

Sciant omnes, ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos Nicolaus Splyt, miles, Hinricus et Marquardus, eiusdem Nycolai filij, famuli, accedente consensu nobilium dominorum nostrorum Hinrici, Nycolai et Adolfi, comitum Holtzacie et Stormarie, et heredum | nostrorum ac omnium, quorum ad hoc consensus fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidimus (***Das Folgende mutatis mutandis nur wenig abweichend von No. 308 bis S. 314 Z. 15.***) vtilitate, fructu et emolimentis vniuersis, non obstantibus quibuscunque gwerris, sentencijs, inhi-

Digitized by Google

bicionibus, mandatis, iuris uel facti excepcionibus, pacifice, quiete et libere perfruendam. ita quod nec ipsi emptores, eorum heredes et sequaces debent nobis, nostris heredibus et sequacibus aut cuiquam alteri ad aliquas exactiones, prestaciones, seruicia quecunque, vectigalium onera seu ad aliqua alia grauamina aliquatenus obligari. Hec quidem bona predicta vniuersa et singula vna cum heredibus nostris et omnibus, quibus intererat vel interesse poterit, predictis domine Elizabeth, Thome, Conrado, Godscalco et Alberto fratribus dictis Morkerken coram dominis nostris resignauimus et per presentes resignamus, nichil penitus iuris, proprietatis et emolimenti nobis reseruantes in eisdem, ita quod ea, quacunque decreuerint, alienacione possint predicta bona absque requisicione nostra ac heredum nostrorum transferre in alias personas quascunque ecclesiasticas vel seculares, vbi et quando eis fuerit oportunum, renunciantes omni nostro iuri et dominio nobis competentibus aut infuturum competere valentibus, et prefata bona dictis emptoribus et eorum heredibus a cuiuslibet hominis et vniuersitatis inpeticione iuri parere volentis volumus et debemus defendere et disbrigare et eisdem veram facere warandiam atque iustam; volentes omnia et singula premissa grata et rata seruare nec contra facere uel venire, de iure uel de facto, publice vel occulte, aut intrare ciuitatem Lubicensem infra mensem, cum requiremur, inde non exituri, nisi predicta omnia aut quodlibet eorum penitus sint seruata et omnes questiones et lites disbrigate. Et si de infranotatis compromissoribus nostris aliquem mori contingat, loco illius nos aut alter nostrum, cum requisiti fuerimus, infra mensem statuere sub fide nostra tenebimur virum alium eque dignum. Nos igitur Godscalcus Wildbergh, Woldemarus Breyde de Rantzowe, milites; Otto Splyt et Henneke Schinkel, famuli, publice protestamur, quod vna cum prenominatis domino Nycolao Splyt, Hinrico et Marquardo, filijs suis, promisimus ac presencialiter promittimus in solidum et data fide predictis domine Elizabeth, Thome, Conrado, Godscalco et Alberto fratribus dictis Morkerken et ad manus eorundem honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Wickede, Bertrammo Heydebu, Bertrammo Vorrat, Johanni Plescowe, Hermanno Gallyn, Johanni Pertzeuale, consulibus, et Godscalco de Wickede, ciui Lubicensi, omnia et singula premissa firmiter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex cuinslibet nostrum iussu presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini M̂C̊C̊C̊ quinquagesimo octauo, in die beati Clementis pape.

Nach dem Originale auf der Treve. Die Siegel, die an grün und roth seidenen Schnüren hingen, sind theils unkenntlich geworden, theils nur noch in Resten vorhanden.

Digitized by Google

CCCX.

Aufzeichnung über (auf einer Versammlung zu Rostock) von den Abgeordneten der Städte Lübeck, Hamburg, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswalde, Anclam und Demmin gefasste Beschlüsse zu einer gemeinsamen Verbindung auf drei Jahre. O. J. (1358. Dec. 6. ?)[1]

Nos consules ciuitatum Lubeke, Hamborgh, Wismer, Rozstock, Stralessund, Gripeswald, Tanklym, Dymmyn infrascriptam confederacionem fecimus et vnionem conpromisimus inter nos et nostras ciuitates per integrum continuum triennium a data presencium firmiter duraturam, videlicet: Si aliquis vel aliqui principes aut domini terrarum [seu nobiles] voluerint aliquam ciuitatum predictarum [contra iusticiam] circumuallare aut alias quocunque modo contra iusticiam deprauare, alie ciuitates predicte, quas huiusmodi gwerra vel indignacio non tangit, tenebuntur requisite cum nuncijs suis et litteris supplicatorijs pro ipsa intercedere apud dominum vel dominos eidem ciuitati indignantes melioribus modis, quibus possunt; et si in hoc non proficere possunt, debebunt potentes esse, si domino vel dominis indignantibus hoc placuerit, conposicionem inter eos ordinandi, dicendi et pronunctiandi in amicicia vel in iure. Quod si hoc non cessauerit[2] eis, nulla ciuitatum predictarum debebit in preindicium et grauamen ciuitatis pacientis indignacionem et gwerram ipsi domino vel dominis deprauacionem inferentibus in cibarijs, armis vel acquisicione aliquorum bonorum seu alijs quibuscunque consilijs subsidium prestare publice vel occulte. Ceterum omnium predictarum cinitatum ciues poterunt ciuitatem indignacionem pacientem ac quaslibet alias ciuitates predictas secure cum bonis suis intrare et eadem securitate et libertate gaudere, qua prius ante indignacionem huiusmodi fruebantur.

Item de crucesignatis [et clericis] est concordatum: Si aliquis ciuitatum predictarum crucesignatus receptus nolnerit iure lubicensi contentari, ille non debet in aliqua ciuitatum predictarum seruari.

[Item de crucesignatis et clericis est concordatum: Si aliquis clericus vel crucesignatus volnerit in aliqua ciuitatum predictarum in iure suo coram iudice suo ecclesiastico experiri, potest hoc facere super sui fortuni[3] et infortunii euentum, non securitate . .]

---

1) Vgl. M 316 und Sartorius II. S. 458 A 2. Das in [] Eingeschlossene ist in der Aufzeichnung durchstrichen. 2) l. cesserit? 3) l. fortunii *oder* fortune.

Digitized by Google

Ceterum concordabant de equali magnitudine tunnarum in ciuitatibus predictis habenda, quod domini consules Wismarienses debebunt dominis consulibus Lubicensibus et Hamborghensibus dare mensuram longitudinis et latitudinis tunnarum suarum, ac eandem mensuram transmittere dominis consulibus in Rozstock, vlterius dominis Sundensibus et Gripeswaldensibus mittendam. Et hec, prout in Lubeke nuper concepta erant, in eadem forma non sorciebantur effectum ex eo, quod Sundenses sine Colbergensibus in ipsis nichil facere voluerunt, et sic relinquebantur eorum deliberacioni et ciuitatum secundario consensui.

Preterea concordatum est: Si aliquis propter sua debita, que contraxit in vna ciuitatum predictarum, ab illa secrete recesserit, debitis non solutis, talis in nulla ciuitatum predictarum securitate aliqua aut conductu gaudere debebit pro eisdem.

Consules Lubicenses: Hermannus de Wickede, Bertrammus . . [1] et Johannes Wittenborgh; consules Hamburgenses: Johannes Miles et Heyno Hop; Sundenses: Hermannus de Rode, Johannes Bucstehude; Wismarienses: Johannes Dargetzowe et Ludbertus Swarte; consules Gripeswaldenses: Nicolaus Westfall, Lambertus Warendorp et Hinricus Schuffelenbergh; Tanglymenses: Johannes Darseuitze; Dymmynenses: Wolterus Hasencrugh et Nicolaus Brand.

Insuper nulla ciuitas debet suum ciuem pro alterius ciuitatis ciuis debitis securare; et hic articulus non extendit se ad Gripeswaldenses, Tanklymenses et Dymmynenses.

Nach dem in Sartorius II. S. 458 ff. aufgenommenen Abdrucke des im Archive zu Rostock aufbewahrten Originales auf Papier.

CCCXI.

Die Knappen Gebrüder Vicke und Volrad Lützow urkunden über einen von ihnen mit der Stadt Lübeck bis nächsten Michaelis geschlossenen Waffenstillstand. 1358. Dec. 21.

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos Vicko et Volradus fratres dicti Lützowe, famuli, cupimus fore notum, quod cum honorabilibus ‖ et discretis viris, dominis consulibus ac vniuersis ciuibus ciuitatis Lubicensis, firmas treugas ac pacis securitates recepimus ‖ data presen‖cium vsque ad festum beati

1) l. de Heidebuy *oder* Vorrad. Vgl. № 309.

Digitized by Google

Mychahelis proxime venturum absque dolo cuiuslibet mali inuiolabiliter duraturas, ita quod ipsi, eorum ciues et ‖ familiares vniuersi pre nobis et amicis nostris ac omnibus nostri causa facere aut dimittere volentibus interim securi debeant permanere. Quod promisimus ac presencialiter promittimus in solidum vna cum compromissoribus nostris infrascriptis. Et nos Hinricus de Stralendorpe, Rauo de Barnekowe, milites; Bertrammus Kvle et Hermannus Storm, famuli, publice recognoscimus per presentes, quod vna cum prenominatis Vickone et Volrado Lůtzowe, famulis, promisimus ac presencialiter promittimus vnita manu certa nostra fide predictis dominis consulibus et ciuibus Lubicensibus pro prefatis treugis et securitatibus, ut premittitur, inuiolabiliter obseruandis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊LVIII̊, in die beati Thome apostoli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden fünf Siegeln. Das erste, des Vicke Lůtzow, ist vom Bande abgesprungen, liegt aber bei.

CCCXII.

Die Knappen Siegfried Smalstede und Hartwig Schinkel verbürgen sich für die von Hennecke Rutze dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1358. Dec. 30.

Nos Sifridus dictus Smalstede et Hartwicus Schinkel, morans in Schinkele, famuli, recognoscimus presencialiter et testamur, ‖ quod pro iurata orueyda dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis facta per Hennekinum Růtze, qui hanc iurauit orueydam pro eo, ‖ quod captus et wlneratus fuit per familiares dictorum dominorum consulum in defensione et domo Thymmonis dicti Stoltenbergh, manu in ‖ manum promisimus ac promittimus per presentes insolidum et data fide pretactis dominis consulibus et ad manus eorum Thiderico Dvnker, aduocato eorum, ita quod prelibata orueyda per predictum Hennekinum facta per ipsum et omnes amicos suos natos et nascituros inuiolabiliter dolo postergato debet obseruari. In cuius rei testimonium vna cum sigillo sepedicti Hennekini nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊C̊C̊C̊LVIII̊, in profesto beati Siluestri.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegelbändern, an deren mittlerem das in der Umschrift theilweise zerstörte Siegel Hartwig Schinkels sich befindet.

Digitized by Google

CCCXIII.

Bürgermeister und Rath von Gröningen beschweren sich bei dem Rathe von Lübeck darüber, dass ihuen der Beschluss der Hansestädte, nicht nach Flandern handeln zu wollen, nicht angezeigt sei. O. J. (1358.)[1]

De ersame hern wijs ende vroet, de borgheremestere ende den raet van Lubeke, ‖ do wy borgheremestere ende raet van Groninghen vrendelike groten. Wet, dat vns ‖ vtermatene zere vorwondert, dat ghi allen Dusken steden hebben breue ghesant, ‖ wo daner wijs dat men de Flaminghe vormiden sal, ende vns nyghene. Ende doch, do wi dat horden, do vorbode wi onsen coepluden, dat ze in Flanderen nicht varen ne solden. Ende want onse vorenaren van oldes int erste weren de ghene, de de Duske hanse bigrepen mede to holdene, ende wi ze noch holden wilt ende altoes bireet wilt wesen to done, dat der Dusker hanse to bihort, dar vmme zo bidde wi vrendeliken, dat ghi ons to scriuen, vm wat saken ende zo wodaner wys dat men de Flaminghen vormiden sal, so wille wi dat holden als anders Duske stede. Got zi mit (iuw) ende biet tot vns altoes.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

CCCXIV.

Barnim, Herzog zu Stettin, der Wenden, Cassuben und Pommern, und Fürst zu Rügen, theilt dem Rathe zu Lübeck die Abschrift eines durch ihn, nach Verwerfung eines ersten Sühnbriefes, zwischen dem Könige Waldemar von Dänemark und den Grafen von Holstein vorgeschlagenen zweiten Sühnbriefes mit. O. J. (1358.)[2]

Wy Barnym, van der gnade Godes tû Stetyn, der Wende, der Cassuben vnde ‖ der Pomerenen hertoghe, vnde vûrste tû Ruyen. Bekennen openbar in desser scrift, ‖ dat wy tuschen den hochgheborn vûrsten Woldemere, konighen tû Denemarken, vseme ‖ hern, vp ene sit, vnde den eddelen heren Johanne, Hinrick, Clawese, Alne vnde echt Alue, greuen tû Holsten, vppe de anderen side, ene sone ghedeghedinghet vnde ghesproken hebben. Wen se aller schelinghe vnde twidracht, de tuschen en was in desseme krighe, tû vns ghegan

1) Vgl. Sartorius II., 183. Detmar I, 281.

2) Der erste Sühnbrief, dessen die obige Abschrift am Ende gedenkt, ist, vom 30. October 1358 datirt, abgedr. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-S. II., 189.

Digitized by Google

hebben, mit myune edder mit rechte tû vntrichtende vnde tû vntschedende, so spreke wy tû voren, dat al de vanghenen, de se vnderlank erer eyn deme anderen afghevanghen heft, scholen se vnde ere hulpere los laten. Were auer dat etlike vanghenen al rede beschatten weren, it were van welker side it were, na der tit, dat wy desse sake tû Holsthenborch[1] tû vns nemen, den schal me ere beschattinghe wedder gheuen vnde schal se los laten. Vortmer al de lant vnde slote, de de konigh vnde sine hulpere den heren tû Holsten afghewunnen hebben in desseme krighe, de scholen se en wedder antwarden vry vnde vnbeworen. Ock so scholen de heren tû Holsten vnde ere hulpere al de slote vnde lant, de se deme konighe tû Denemarken vnde sinen hulperen afghewunnen hebben in desseme krighe, wedder antwarden vry vnde vnbeworen. Sunderliken vmme dat hus tû Tunderen, wente dar twidracht vmme wart na der tit, dat wy vmme de vanghenen vnde slote spreken tû deme Sunde, spreke wy aldus: Hebben de heren tû Holsten nyne honetlude wesen vor Tunderen, do it ghewunnen wart, vnde hebben se datsulue hus Tunderen in ere were nicht ghebreghen,[2] vnde is it ok noch an erer were nicht, willen se dat mit eren eden beholden, so en syn se nicht plichtich deme konighe dat hus tû antwardende. Vortmer al de lant vnde slote, de de heren tû Holsten sint plichtich tû vntfande van deme konighe tû Denemarken, de schal he en mit willen lenen, vnde se scholen se mit willen vntfan. Heft ouer de konigh yenegherleye gût, dorp edder were in desseme krighe sich vnderwunden, de tû hort hadden den heren tû Holsten, eren hulperen vnde mannen, de schal he en wedder laten vry vnde vnbeworen. Edder hebben de heren tû Holsten yenegherleye gût, dorp edder were in desseme krighe sich vnderwunden, de se[3] tu hort hadden deme konighe tû Denemarken, sinen hulperen vnde mannen, dat scholen se en wedder laten vry vnde vnbeworen. Vortmer vmme schulde, de en teghen den anderen heft, spreke wy aldus: Wes de konigh mit yughezeghelden breuen der heren tû Holsten bewysen mach, dat scholen se em holden vnde vntrichten; wes he ouer so nicht bewysen mach, dar scholen se mit eden vnde mit rechte vmme van em komen. Ock wes de heren tû Holsten mit yughezeghelden breuen des konighes bewysen moghen, dat schal he en holden vnde vntrichten; wes se ouer so nicht bewysen moghen, dar schal he mit eden vnde mit rechte vmme van en komen. Vortmer, wan de konigh tû Denemarken sine lant vnde slote, de he vnde syn vader

1) Schlesw.-Holst. Lauenb. Urk. S. a. a. O.: Helsenborch.
2) l. ghekreghen. 3) l. de de.

Digitized by Google

den heren tû Holsten tû pande setten hebben, losen wil[len], de scholen se em tû losende dûn, alz se en stan, vnde se bewisen moghen mit eren breuen. Ock so schal de konigh tû Denemarken de heren tû Holsten nicht hinderen vnde bewereu mit en also langhe, bet he se loset vmme sodane gût, alz se stan, vnde he vnde syn vader en bebreuet hebben. Vortmer schal de konigh tû Denemarken in den hilghen sweren den heren tû Holsten vnde louen vntruwen, dat he al vsen sone bref holden wil vnde schal, vnde schal vnder sinen ynghezegele den heren tû Holsten en openen bref gheuen, dat he al vse sone breue holden wil vnde schal, vnde dat he dar vp heft ghedan sine ede vnde lonede. Ock scholen de heren tû Holsten in den hilghen sweren vnde louen vntruwen deme konighe tû Denemarken, dat se al vse sone breue holden willen vnde scholen, vnde scholen vnder eren ynghezegelen eynen openen bref gheuen deme konighe, dat se al vse sone breue holden willen vnde scholen, vnde dat se dar vp hebben ghedan ere ede vnde lonede. Vortmer vmme de sake, dar erer eyn den anderen vmme schuldeghit, de bynnen vredes gheschcen syn na der tit, de[1] wy desse sake tû vs nemen tû Holsthenborch, spreke wy aldus: Wes eyn deme anderen darane bekant, dar schal he lik vmme dûn; wes he ouer nich bekant, dar schal he mit eden vnde mit rechten vmme van em komen. Vortmer so schal en yewelck ouer de ghenen, de sine hulpere weset hebben in desse(me) krighe, mynne vnde rechtes weldich wesen. Vortmer vmme de slote, de vs gheantwardet syn an beyden siden, spreke wy aldus: We vnse sone vorscreuen hold, deme wil we sin slot wedder antwarden; we ouer vser sone nicht en hold, deme wille wy sin slod nicht wedder antwarden, men wy wille dar by dûn, alz vns tûboret. Mit dessen sake schal it tuschen en endet vnde lendet vnde vntscheden wesen, vnde scholen stede vrunt bliuen. Vmme den hertoghen van Sleswik vnde sine sake spreke wy aldus: Wente he sich mit willen vten deghedinghen heft gheworpen, hir vmme schal he buten al desser sone bliuen. De konigh tû Denemarken vnde de van Mekelenborch de hebben sich suluen berichtet vmme ere vanghenen, de wy vor desser tit losgesproken hebben. Datum etc.

Desse sone breue hebbe wy den heren tû Holsten gheboden na der tit, dat se de vtscrift van dem ersten sone breuen vorsproken, vnde de wolden se nicht annamen.

In dorso: Honorabilibus viris, consulibus in Lubeke, presentetur.

Nach dem auf der Tresc befindlichen Schreiben, von welchem das aufgedrückt gewesene Siegel abgesprungen ist.

1) l. dat.

Digitized by Google

CCCXV.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, beschwert sich bei dem Rathe von Lübeck darüber, dass der Lübeckische Bürger Ludeke von Mölln die Brüder Claus und Johann Parkentin hindere, ihr väterliches Erbe in Besitz zu nehmen. O. J. (Vor 1359.)[1]

Nos Ericus, gracia Dei dux Saxonie et in Molne.

Seruicio nostro fauente. Wy Erik, herthoge tho Zassen, tho Engheren vnd Westfalen vnd to Molne. ‖ Doen iu witlich, dat vse armen man, Claws vnd Johan Parkentine, hebben vor vs gewesen ‖ vnd claget, wo se hindert werden in eres vaders erue von iuweme borger Ludeke von Molne, ‖ de ome ene wisch vore entholt vnd . . . ,[2] vnd se wetet nicht, mit welkem rechte. Worvmme bidde wy degher, dat gy iuwen borgher berichten, dat he de wisch nicht an taste edder mege bet also lange, dat he edder vse armen lude mit rechte tho edder af komen, vnd vor vs mit rechte entscheden si, edder bet wy oc tho worden gewesen hebben.[3] Scriptum Bergerdorpe, nostro sub secreto. Valete in Christo.

In dorso: Reuerendis viris, consulibus ciuitatis Lubeke, detur hec.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Treve. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel sind noch Spuren erkennbar.

CCCXVI.

Lübeck ladet Rostock zu dem in der ersteren Stadt zu haltenden Hansetage ein, mit Angabe der daselbst zu verhandelnden Gegenstände. 1359. Jan. 6.[4]

Honorabilibus et discretis viris, nostris dilectis amicis, dominis consulibus ciuitatis Rostock, consules ciuitatis Lubicensis obsequiosam in singulis complacendi voluntatem.

1) Der Schreiber dieses Briefes kann kein anderer sein, als Herzog Erich III. von der Mölln-Bergedorfer Linie (1370—1401). In welchem Jahre er geschrieben, dürfte unmöglich sein zu bestimmen. Nicolaus Parkentin kommt in einer 1376 von Erich III. ausgestellten Urkunde als Zeuge vor. (Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-B. II., 424.) Es ist aber wohl anzunehmen, dass der Brief vor Verpfändung der Vogtei Mölln (1359) geschrieben ist, da der Herzog die von Parkentin *seine* Mannen nennt. Dafür spricht auch, dass sich Herzog Erich in diesem Schreiben noch nicht „der Aeltere" nennt, was er erst nach dem 1368 erfolgten Tode Herzogs Erich II. von der Lauenburg-Ratzeburger Linie gethan hat.

2) Loch in der Urkunde.

3) Der letzte Satz von *edder bet* an ist nachträglich hinter *secreto* geschrieben.

4) Vgl. „M 310 u. 313.

Digitized by Google

Quia, prout scitis, ille dominus frater Petrus ordinis sancti Augustini nuper Omnium Sanctorum nouissime preterito festo tale reponsum seu litteras, in quibus ciuitates protunc in Lubek congregate et nos ad vtilitatem communis mercatoris et profectum poteramus contentari, queque communi mercatori prodesse videbantur, factum non apportauit nec ipsis presentauit, nec tamen alia medio tempore occurrebant ipsis tam nobis quam Vlamingis: ea propter ciuitates, videlicet Hamborg, Wismer, Rozstock, Stralessund, Gripeswold, Tanglym, Dymmyn et nos, suos in Rostock festo Nycolai proxime elanso destinabant consulares, vbi, sicut per ipsos omnes fuerat equanimiter concordatum, quod ipsis vtile videbatur, et[1] consultum, quod littere transmittantur, ita quod omnes communiter ad hansam Theuthonicorum pertinentes ciuitates, [que] prout in estate anno nonissime reuoluto in Lubeke fuerant congregate, nunc festo Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proxime venturo ad interlocutoria habenda, specialiter super articulis jam postscriptis, in Lubeke congregentur iterato, ita quod quelibet ciuitas super eisdem articulis suum sanum habeat consilium et maturum, quid ad hoc facere velit sine nolit.

Primo, si in hoc concordauerint ciuitates, quod quedam magis ardua statuta atque stricta velint ponere contra Vlamingos, quam illa, que hactenus in ordinancia statuta sunt atque scripta.

Secundo, vt, si in hoc fuerint concordate, quod velint flumen dictum Noresund vitare, nec cum suis bonis quomodolibet frequentare, quid ad hoc quelibet ciuitas velit facere, et vtrum hoc velit approbare et firmiter consentire et seruare, donec hoc ab ipsis concorditer contingat reuocari.

Tercio, vt, si quis statum maris velit insidiis et rapinis seu huinsmodi depranare, et si ciuitates maritime hoc vellent defendere et resistere, quod et quantum debeat esse subsidium, quod vnaqueque ciuitas ad hoc facere debeat siue velit, et quod hoc suis ad eundem diem placitatum in Lubeck seruandum consularibus destinandis plene darent in commisso, ita quod illi plenam [et] secum de suis apportent ciuitatibus facultatem faciendi, dimittendi, consensiendi et acceptandi jam prescripta, seu et alia, si ita contingat, que dicte ciuitates statuere ibidem duxerint ad vsum communis mercatoris et profectum.

Quare vestram famosam rogamus honestatem perinstanter, quatenus super premissa deliberatum habendo consilium vestros, si placet, plenipotentes dignemini nuncios transmittere consulares super predicto termino in Lubeke obseruando, ipsis[que] dantes pleno in commisso et plenam potestatem, vt,

1) l. est.

Digitized by Google

si dicte ciuitates ibidem protunc congregate in premissis seu in aliis concordauerint, quod vestri illic[1] mittendi habeant vestri nomine plenum posse, hec consensiendo approbare, et ibidem tunc concordatum et statutum actum tenere atque ratum, et quid in premissis vestre fuerit voluntatis, nobis remandetis. Petimus eciam huius littere copiam ciuitatibus terre Marchie, quas scitis presens tangere negocium. de vestra tercia parte, sub vestro secreto destinari,[2] nam alias litteras ciuitatibus Saxonie, Westualie, Godlandie, Colonie, Pruscie. Liuonie et aliis per nostrum transmisimus cursorem. Scriptum anno LIX, Epyphan(ie) Domini, nostro sub secreto. Nobis precipite vestro pio cum responso. Notarius variet varianda.

In dorso: Viris honorabilibus et discretis, nostris dilectis amicis, dominis consulibus in Rozstok.

Nach dem Abdrucke des auf dem Rücken mit dem Lübecker Siegel versehenen, im Rostocker Archive befindlichen Originales, bei Sartorius II, 189.

CCCXVII.

Philipp Wyth, Bürger zu Lynn, erklärt, dass er an Johann Wyth von Wyrmegeye keinerlei Ansprüche zu machen habe. 1359. Jan. 5.[3]

Pateat vniuersis per presentes, quod ego Philippus Wyth', burgensis Lenn' Episcopi, remisi, relaxaui et omnino ‖ imperpetuum quietumclamaui Johanni Wyth' de Wyrmegeye, eiusdem ville burgensi, omnimodas ‖ acciones transgressionis, debiti compoti, conuencionis legati et cuiuscunque alterius contractus et cause, tam ‖ forum ecclesiasticum quam ius seculare concernentes, quas erga eum habui vel aliquo modo habere potui vel potero a principio mundi huius vsque diem confeccionis presencium, ita quod nec ego, predictus Philippus, nec aliquis nomine meo erga prefatum Johannem, heredes nec executores suos causa premissorum nec eorum alicuius de cetero aliquam accionem habere nec monere poterimus infuturum. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Datum apud Lenn' Episcopi predictam, die Sabatis proximo post festum Circumcisionis Domini, anno regni regis Edwardi tercij post conquestum Anglie tricesimo secundo.

In dorso: Acquietancia Philippi Wyth', facta Johanni Wyth'. *Und von späterer Hand:* XVI[a]

Nach dem Originale auf der Trese, mit ansitzendem Siegelstreifen, von dem das Siegel abgesprungen ist.

1) l. illuc. 2) Das von Rostock ergangene Schreiben ist abgedruckt bei Sartorius II, 190.
3) Vgl. II, 928.

Digitized by Google

CCCXVIII.

Der Ritter Johann Scharpenberg und dessen Söhne Gottschalk und Vicko unterwerfen ihren Streit mit dem Rathe von Lübeck wegen ihres von den Dienern des Letzteren zerstörten Hauses in Nannendorp dem Ausspruche des älteren Marquard von Stove und der Lübeckischen Rathsherren Hermann Wickede und Johann Pleskow. 1359. Jan. 25.

Sciant omnes, ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos Johannes Scharpenbergh, miles, Godscalcus et Vicko, eius filij, pro ‖ discordia mota inter honorabiles viros, dominos . . consules et ciuitatem Lubicensem, racione curie et vallis nostre *(sic)* in Nannendorp per ‖ eos et familiares eorum destructe stetimus et stare volumus pronunciacioni et dictis famosorum et honorabilium virorum Marquardi de Stoue ‖ senioris, necnon dominorum Hermanni de Wickede et Johannis Plescowe, consulum Lubicensium, ita quod in pronunciacioni pronunciata nobis super premissis omnino contentamur, nec nos aut heredes nostri supra premissorum quolibet causare volumus et debemus in futurum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCL nono, in die Conuersionis beati Pauli apostoli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln.

CCCXIX.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter denen Hermann Hufnagel, Bürger in Lübeck, Godeke van der Brinken und Ludeke Parsow einen Acker des Albert Woltfogel an der Wackenitz auf zehn Jahre gepachtet haben. 1359. Febr. 9.

Witlich sy, dar[1] Herman Höfnaghel, eyn borgher to Lubeke, Godeke van der Brinken vnde ‖ Ludeke Paarsouwe hebbet ghewunnen Albert Woltnoghels acker, dat beleghen is vppe ‖ der Wokenisse, to teyn iaren, vnde scolen an ghan nu to sunte Peters daghe in der Vasten, de ‖ nu neghest to komende is, vnde scolen eme alle iar dar van gheuen to hûre achte halue mark lubesch vnde de verden gharuen, de scolen se eme voren an syne schûne. Vortmer scolen se buwen alle iar twe morghen mit hoppen, dar scolen se eme af gheuen eyn dromet; vnde scolen alle iar to meessen elue dromet ghersten.

1) l. dat.

Digitized by Google

Vortmer scolen se eme ploghen, alse se ploghet vindet. Vortmer scolen se eme antwerden in der saat vif dromet rocghen vnde sees schepel weten. Vortmer welich erer van deme anderen wil, de schal deme anderen to secghen eyn iar vor deme lesten iare. Vnde were dat sake, wanne de iar vmme komen syn, dat he es danne vort vnberen wolde, so ne scolde dar nement so na wesen, alse se, vmme dat ghelt, als it ghelden mochte. Dit is ghescheen vor beschedenen wisen luden, also her Albert Junghe vnde her Johan Meteler, raatmanne to Lubeke. Bescreuen na Godes bort dusent iar drehůndert iar in deme neghen vnde veftighesten iare, in deme achten daghe vnser Vrouwen to Lichtmissen.

In dorso: Littera memorialis . . . . . .

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCCXX.

Johann Dargetzow und Andreas Bukow, Rathsherren zu Wismar, urkunden über die Erledigung aller gegenseitigen Forderungen zwischen Marquard von Stove und dem Lübecker Rathmann Johann Pleskow bis auf eine Forderung des Letzteren von 150 m℔ lüb. Pf., so wie über die Verzichtleistung des Marquard auf einen schwedischen Schuldbrief von 630 m℔ schwed. 1359. März 25.

Anno Domini MCCCLIX, Sabbato ante Oculi Mei, domini mei Johannes Darghetzowe et Andreas Bukowe audiuerunt a Marquardo de Stouen presente, domino Johanne Plescowen, consule Lubicensi, recognoscente, quod omnis actio, que inter dictum dominum Johannem Plescowen, ex vna, et dictum Marquardum, ex altera parte, fuerat, ex quacunque re hoc fuerit uel ex quacunque computacione hoc fuerat, est tota quitata et mortificata plenarie inter ipsos, *excepto quod vna cista stat in Lvbek in domo dicti domini Johannis, ad quam ipse idem dominus Johannes habet clauem, in qua sunt serate littere aperte super bonis in Crankowe,[1] eciam alie littere, que stant dicto domino Johanni Plescowen centum et quinquaginta marcas lubicensium denariorum; quando has CL marcas sui heredes dicto domino Johanni Plescowen persoluerint, extunc dictam cistam cum predictis litteris ipsius Marquardi duobus filiis de tribus presentabit.*[2] Item recognouit coram ipsis dictus Marquardus, quod aperte

1) Vgl. Mekl. Jahrb. XIV. S. 28 ff., 204 ff. und oben № 248.
2) Die zwischen den * stehenden Worte sind später durchstrichen.

Digitized by Google

littere, videlicet regis Magni de Swecia et eius filii Erici ac episcopi domini Nicolai Lyncopensis, loquentes super DCL m(arcis) sweorum, sibi adloquentes, quod in ipsis litteris nichil habet ipse Marquardus, sed ipsa pecunia in ipsis litteris contenta solum pertinet domino Johanni Plescowen, licet ad bonum ipsius domini Johannis fecit sibi litteras asscribi.

Nach einem dem Ilsmorischen Stadtbuche entnommenen Abdrucke in den Meklenb. Jahrb. XV. S. 172 fg.

CCCXXI.

Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, und dessen Sohn Hako, König von Norwegen, urkunden über den mit der Stadt Lübeck vom nächsten Johannis an auf zwei Jahre abgeschlossenen Waffenstillstand. 1359. Apr. 6.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus, Dei gracia rex Swecie, Norwegie et Scanie, et Haquinus, eadem gracia Norwegie rex, salutem in Domino sempiternam. Recoguoscimus publice per presentes, quod nos amicabiles treugarum dies cum honorabilibus viris, consulibus civitatis Lubicensis, super omnibus dissensionibus et displicenciis inter nos et ipsos motis hactenus et subortis ad duos annos a proximo festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste continue computandos in omni securitate et firme pacis federe vbilibet duraturas, accedente ad id pleno consensu consiliariorum nostrorum et omnium, quorum interesse potuit, ordinauimus et tenore presencium ordinamus, ita videlicet *(Das Folgende, bei geringen Wortabweichungen, gleichlautend mit den früheren Verträgen bis)* obseruari. In cuius testimonium secreta nostra presentibus sunt appensa. Datum Helsinghborgis, anno Domini millesimo CCCL nono, Sabbato proximo ante dominicam Passionis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Secreten.

CCCXXII.

Erich, König der Schweden und Gothen, erklärt den Lübeckern, dass er mit seinem Heere in Schonen alle daselbst Ankommenden schützen werde. 1359. Apr. 13.

Nos Ericus, Dei gracia Sweorum Gothorumque rex ac dominus Scanie. Vos honorabiles viros, nobis dilectos, proconsules et consules totamque com-

1) Abgedruckt Diplom. Norveg. III., 303 — Die Dominica Passionis ist der Sonntag Judica.

Digitized by Google

munitatem ciuitatis Lubicensis, sinceriter in Domino salutamus. Ad nostram dudum peruene|rat noticiam, quosdam de communitate vestra, qui cum mercibus suis ad Scaniam peruenerunt, rebus ac | bonis, que secum apportabant, (esse) spoliatos, quod nobis ex corde displicet. Idcirco sciatis, nos hiis diebus cum exercitu nostro copioso ad Scaniam peruenisse ac omnes mercatores cum omnibus mercibus tam in victualibus quam aliis aduentantes sub nostra pace et protectione suscepisse specialiter defendendos, volentes ipsos in bonis suis vendendis ac commutandis mera et libera perfrui libertate. Prohibueramus insuper sub pena amissionis vite et bonorum, ne quis bona veniencium rapere vel contra voluntatem ipsorum recipere seu iniurias aliquas ipsis irrogare audeat vel presumat, quam vtique prohibicionem obseruabimus et seruari iuxta posse nostrum concedente Domino faciemus. Datum Scanie, in exercitu nostro, anno Domini millesimo CCCLIX. Sabbato proximo ante dominicam Palmarum, sub secreto nostro.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

CCCXXIII.

Albrecht und Erich, Herzoge von Sachsen, Engern und Westphalen, verkaufen dem Rathe von Lübeck die Stadt, Herrschaft und Vogtei Mölln für 9737½ Mark lübischer Pfennige unter Vorbehalt des Wiederkaufs 1359. Apr. 14.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Albertus et Ericus, Dei gracia Saxonie, Angarie et Westfalie duces. Vniuersis Christi fidelibus presentes | litteras visuris seu audituris salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos de consilio | et beneplacito fidelium et vasallorum nostrorum pariter et cum consensu consulum ac ciuium nostrorum in Molne ac omnium aliorum, quorum ad hoc | consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter propter defensionem terre nostre et communis strate regie vendidimus et dimisimus honorabilibus viris, dominis consulibus ac ciuibus ciuitatis Lubicensis, opidum nostrum Molne cum stagno, sicut iacet, cum dominio nostro et aduocacia nostra, que ad dictum opidum Molne pertinent, cum curia nostre habitacionis ibidem, theolonio et redditibus quadraginta marcarum, quos annue consules eiusdem opidi exponere tenentur, cum omni iure et judicio, supremo et infimo, ac omnibus alijs intermedijs judicijs, molendinis, cum huiusmodi villis ad idem opidum spectantibus, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, aquis,

Digitized by Google

aquarum decursibus, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, stagnis, instagnacionibus, piscarijs, riuis et alijs fluminibus, terminis et terminorum distinctionibus, lignis, siluis, rubetis, atque sluza, cum omnibus vsufructibus ac omnibus et singulis condicionibus ac appertinencijs suis vniuersis, prout nostris progenitoribus et nobis hactenus omnia et singula premissa pertinebant,[1] et hoc pro precio nouem milium seu nouies milium septingentarum et triginta septem marcarum cum dimidia denariorum[2] monete lubicensis nobis in aureis lubicensibus datinis, semper sedecim aureos lubicenses pro decem marcis denariorum lubicensis monete prenotate computando, prompte et integre persolutis et in vsus nostros necessarios expositis et conuersis. Quo opido Molne cum omnibus et singulis suis attinencijs jam prescriptis dicti consules et ciues Lubicenses vti debent pacifice et libere et tranquille; huiusmodi autem theolonium nostrum in Molne dari consuetum nullibi seu in nullo loco debemus transferre aut ponere, quam in Molne; eciam dictorum aureorum excepcioni non habitorum, non solutorum, non receptorum, non numeratorum et non ponderatorum, doli et in factum actioni, et decepcioni vltra dimidium iusti precii, et omni alij juris auxilio tam canonici quam ciuilis expresse renunctiando; et si plus valeat dictum opidum Molne cum suis appertinencijs supradictis venditum dicto precio, nos ea, que dicitur inter viuos, donacione donauimus id et donamus emptoribus prelibatis. Est tamen nobis et nostris heredibus libera data facultas et per dictos consules et ciues reseruata, quod dictum opidum Molne cum dominio nostro et omnibus ac singulis appertinencijs supratactis nos ad nostrum et heredum nostrorum, et non ad vsum alicuius alterius seu profectum, reemere poterimus in parte uel in toto, quando nostre placuerit voluntati, pro dictis nouem milibus septingentis et triginta septem marcis denariorum cum dimidia monete prenotate dictis consulibus et ciuibus Lubicensibus in aureis lubicensibus datiuis, semper sedecim aureos lubicenses pro decem marcis denariorum lubicensium, vt prefertur, computando, intra ciuitatem Lubeke expedite persoluendis. Preterea, si aliquis seu aliqui dictum opidum Molne cum suis appertinencijs sepetactis circumuallare, obsidere vel expugnare voluerint, aut eciam communem stratam inuadere seu aliquibus insidijs aut molestijs presumpserint deprauare: ne hoc fiat, totis viribus nostris et cum vasallis nostris ac famulis obsistere seu resistere volumus et debemus. Insuper, si aliquis vel aliqui occasione et pretextu vendicionis et empcionis

1) pertinebant premissa Vidimus.
2) Das im Abdrucke und im Vidimus hier folgende *nostre* ist im Or. unterpunctirt.

Digitized by Google

dicti opidi Molne cum omnibus attinencijs supradictis, sicut iacet, dictos consules atque ciues Lubicenses iure vellet impetere aut actionem racione huiusmodi contra eos ponere aliqualem, a tali impeticione seu actione nos et nostri heredes dictos consules et ciues Lubicenses sub nostris laboribus, euentibus et expensis debemus indempnes preseruare, ad quod nos et nostros heredes astringimus per presentes. Eciam, si dictum opidum Molne cum pretactis suis appertinencijs a consulibus et ciuibus Lubicensibus sepetactis tradicione, expugnacione seu alia fraudulenta adinuencione aut alio quouismodo alienatum fuerit, quod Deus nolit, extunc nos huiusmodi opidum et alia premissa perdidisse, ipsi vero suam pecuniam, quam ob hoc expenderunt, debent perdidisse, et extunc nos cum nostris vasallis toto posse nostro ad hoc iuuare debemus, quod dictum opidum Molne cum suis appertinencijs valeant rehabere. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra ex certa sciencia nostra atque jussu presentibus sunt appensa. Testes huius rei sunt fideles nostri Hardewicus et Conradus fratres dicti de Ritzerouwe, nostri consiliarij, Johannes Pruceke, noster vasallus, et Bartholomeus, noster notarius, et alij quam plures fide digni. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, in festo Palmarum.

Nach einem auf der Registratur bewahrten Vidimus des Domherrn Volkmar v. Anderten, Gen.-Official der bisch.-lüb. Curie, v. J. 1473. 5. Febr. (die Veneris quinta mens. Febr.), dessen Text dem Abdrucke in: Gründl. Nachr. von der Herrsch. Mölln S. 22 ff. völlig gleichlautend ist. Eine Nachsicht des Originals in Hannover, an welchem an grün- und rothseidenen Schnüren die beiden in: Gründl. Nachr. T. III., XVIII. abgebildeten Siegel hangen, hat die Bezeichnung der drei ersten Zeilen und die S. 330 Anm. 2. angeführte Abweichung ergeben. Zum Siegel des Herz. Erich, welches auch an № 324 und der unten abgedruckten Urk. vom 15. Nov. 1367 hängt, ist jedoch die Umschrift zu berichtigen, auf der nicht ⟨ARROICI⟩, *sondern* ⟨ET MOLNE⟩ *steht.*

CCCXXIV.

Der Rath von Lübeck verpflichtet sich, von den Einkünften der Stadt und Vogtei Mölln zu eigenem Nutzen, sowie zur Beschützung des gemeinen Friedens und der Heerstrasse, nicht mehr als 940 ℳ jährlich zu erheben und geistliche Stiftungen, so wie die eingesessenen Vasallen und alle übrigen Einwohner bei ihren Rechten zu belassen. 1359. Apr. 14.

Nos . . consules ciuitatis Lubeke. Recognoscimus publice per presentes lucide protestando, quod, licet nos ‖ opidum Molne cum stagno et cum dominio et aduocacia, que ad opidum Molne pertinent, sicut iacet, cum curia habitacionis ‖ dominorum ducum Saxonie infrascriptorum, theoloneo, quadraginta marc. redditus *(sic)*, quos . . consules in Molne exponent annuatim, cum omni

Digitized by Google

jure ac judicio, supremo et infimo, videlicet manus et colli, ac omnibus judiciis intermediis, molendinis, proprietatibus, lignis, siluis, rubetis, atque sluza, cum huiusmodi villis ad idem opidum spectantibus, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, aquis, aquarum decursibus, viis et inuiis, exitibus et regressibus, stagnis et instagnacionibus, piscariis, riuis et aliis fluminibus, terminis et terminorum distinctionibus, cum omnibus vsufructibus, ac omnibus et singulis condicionibus et appertinenciis suis ab illustribus principibus et generosis dominis, dominis Alberto et Erico fratribus, ducibus Saxonie, emimus et habemus: tamen specialiter decreuimus vnanimi consilio et consensu, quod de prouentibus omnibus de dicto opido et suis appertinenciis deriuantibus recipere tantum volumus annuatim ad vsus nostros et ad communis pacis et strate regie protectionem et iuuamen nongentas et quadraginta marcas denariorum argenti lubicensis, saluo tamen in huiusmodi ecclesiis, vicariis seu beneficiis ecclesiasticis ad dictum opidum Molne, sicut iacet cum suis appertinenciis prenotatis, spectantibus, jure patronatus et collacione illis, qui ad huiusmodi ecclesiastica conferenda iusticiam et jus habere dinoscuntur et tenere. Preterea vasallos ibidem in terra, ciues in Molne et rurenses in villis, qui ad dictum opidum in Molne cum suis pertinent appertinenciis supradictis, volumus quoslibet in suo jure, quo vsi sunt ab olym, perfrui permittere et gaudere. In cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, in festo Palmarum.

Nach dem Originale im Archive zu Hannover. Das an einer grün- und rothseidenen Schnur befestigt gewesene Siegel ist abgefallen, liegt aber bei.

CCCXXV.

Die Herzoge Albrecht und Erich urkunden über das dem Rathe von Lübeck zustehende Recht, einen Ausfall in den nach No. 324 zu erhebenden und zu verwendenden Einkünften von 940 m̃ lüb. Pf. aus Stadt und Vogtei Mölln durch Mehreinnahme in den folgenden Jahren zu decken, bekennen sich schuldig zur Unterhaltung und Besserung der Möllner Schleuse und bestimmen eine gemeinschaftliche Zollerhebung daselbst. 1359. Apr. 14.

Nos Albertus et Ericus fratres, Dei gracia duces Saxonie, Angarie et Westfalie. Recognoscimus per presentes publice protestando, quod, licet ‖ opidum Molne cum omnibus suis appertinencijs, prout in alijs nostris patentibus litteris

Digitized by Google

inde traditis et indultis planius[1] continetur, vendidimus consulibus et ciuibus Lubicensibus, et de nongentis et quadraginta marcis argenteorum lubicensium denariorum annuatim inde subleuandis, quid(quid) residuum fuerit: tamen, quia nos ad hoc, quod dictam terram et communem stratam cum vasallis nostris defendere debeamus, astrinximus, ideo[que], quidquid in percepcione dictarum nongentarum et quadraginta marcarum argenteorum denariorum lubicensium in vno vel pluribus annis ipsis defecerit, hunc defectum in sequenti et sequentibus anno vel annis tollere debent expedite de eisdem. Eciam, quando et quociens ipsa slẽza aliqua melioracione vel reparacione indiguerit, illam nos sub nostris laboribus et expensis meliorari vel reparari faciemus. Nos autem vnum thelonarium ex parte nostra et ipsi vnum ex parte sua statuere volumus et debemus, qui ambo de thelonio ibidem dando suas expensas tollent annuatim, et nos ad cistam collectionis thelonij vnam clauem habebimus, reliquam clauem tamen habebunt . . consules et ciues supradicti. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊C̊C̊C̊LIX, in festo Palmarum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit an grün- und rothseidenen Schnüren hangenden beiden Siegeln.

CCCXXVI.

Rath und Gemeinde von Mölln leisten dem Rathe der Stadt Lübeck Huldigung. 1359. Apr. 25.

Nos consules et tota vniuersitas ciuitatis Molne. Recongnoscimus publice per presentes, quod nos ad voluntatem, mandatum et jussionem illustrium principum, dominorum Alberti et Erici fratrum, ducum Saxonie, nostrorum dominorum, et ad consilium et consensum suorum fidelium vasallorum honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis presentibus et futuris, ad ciuitatis Lubicensis et vniuersorum ciuium Lubicensium vsum, veram fidelitatem et debitam obedienciam, sicut veris dominis nostris, pro nobis et successoribus nostris sub honore nostro concorditer fecimus et per Deum et Dei sanctos jurauimus, vulgariter dicendo, dat we bi vser ere en ghehuldighet hebben vnd ghesworen in den hilghen ene rechte huldeghinghe en to holdende vnd en truwe vnd holt to wesende, alse vsen rechten heren: ita videlicet, quod nos cum ciuitate Molne ipsos dominos consules ciuitatis Lubicensis presentes et

1) Corrigirt aus: *plenius.*

Digitized by Google

futuros pro nostris veris dominis ammodo habere et tenere volumus et debemus, ipsisque, et nulli alteri, sicut veris dominis nostris, fideliter obedire et in omnibus et singulis, quecunque et qualiacunque fuerint, facere, sicut illustribus principibus, predictis Saxonie ducibus, et eorum progenitoribus, dominis nostris, hucusque fecimus, et absque omni dolo eis stabiliter commanere seu adherere, nec non ciuitatem Molne totis viribus nostris cum omni diligencia nostra ad manus eorum et ciuitatis Lubicensis tenere et custodire volumus et debemus et in nullo casu vel euentu ab eis diuertere vel recedere quouis modo, quousque nos et ciuitatem Molne de manu sua sponte dimiserint absolutos. In cuius rei clarum testimonium sigillum vniuersitatis nostre ex certa et deliberata sciencia nostra presentibus est appensum. Actum et datum in Molne, anno Domini M̊CĈC quinquagesimo nono, in crastino beati Georgij martiris.

Nach dem Originale auf der Trese, mit an grün- und rothseidener Schnur hangendem Siegel.

CCCXXVII.

Herzog Albrecht quitirt die Stadt Lübeck über den Empfang der für den Verkauf Möllns auf Ostern zu zahlenden Summe. 1359. Apr 26.

Omnibus presens scriptum cernentibus Albertus, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westualie, salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod honorabiles viri, consules ciuitatis Lubicensis, nobis et nostri dilecti fratris, ducis Erici, nomine atque jussu omnem huiusmodi pecuniam, quam nobis et dicto fratri nostro in festo Pasche proxime preterito dare ex parte opidi Molne tenebantur, domino Bartholomeo, theolonario nostro, Conrado de Rytzerowe et Johanni Prutzen, vasallis nostris, dederunt et persoluerunt expedite, quam pecuniam nos ad vsum nostrorum, amborum fratrum, per supratactos tres recognoscimus subleuasse et in nostrorum amborum vsus necessarios conuertisse. Quare dictos consules et ciues Lubicenses ab huiusmodi pecunia quitos dicimus penitus et solutos, ex(c)epta tantum illa pecunia, quam ijdem consules Lubicenses nobis ambobus fratribus super festo Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proxime venturo ex parte dicti opidi Molne tenentur erogare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, videlicet ducis Alberti, ad vsum nostrum et dicti fratris nostri presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini M̊CĈL̊IX̊, feria VI^ta^ infra Oct(auas) Pasche.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

CCCXXVIII.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, Graf zu Schwerin, urkundet über die unter seiner Gewährleistung erfolgte Stundung der Streitigkeiten zwischen denen von Penz und der Stadt Lübeck. 1359. Apr. 27.

Wy Albert, van der gnade Godes herthoghe van Mekelenborch, greue thu ‖ Zwerin. Bekennen openbare in dessem breue, dat wi den wysen mannen, den ratmannen vnde der gantzen meynheyt der stad tô Lûbeke, stan vor enen gantzen vrede vnde ene sekere velegheyt vor vse ghetrûwen Olrike van Penicze vnde sine sone vnde ere vedderen, vnde vor alle, de dorch se dûn vnde laten willen, vnde vortmer vor alle vse ghetruwen man, de in dem lande thu Wyttenborch beseten sint, nu van stade anstande wente thu sûnte Jacopes daghe, de neghest tô komende is, stede vnd vast tûholdende. Thu ener groteren wyssenheyd hebbe wy vse heymelke ingheseghel laten henghen an dessen bref, de gheuen is na Godes bord drutteyn hunderd jar in deme neghen vnde vefteghestem jare, des Sûnauendes in der Paschen weke.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

CCCXXIX.

Certification des Raths von Utrecht über den Ursprung und das Eigenthum mehrerer von Utrechter Bürgern nach Lübeck und Hamburg geführten Güter. 1359. Apr. 28.

Honorabilibus et discretis viris, nostris dilectis amicis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lûbicensis vniuersis, scabini, proconsules et consules in ‖ Vtrecht assiduam honoris et obsequij firmitatem. Presencium testimonio recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod ‖ huiusmodi panni Valentinenses, cyrotece, amygdali, ris, oleum, sucara, piper, cutes et alia bona, que Petrus Mowre|ke, Nicolaus Sandermann, Johannes Clawesson, Nycolaus de Campe et Nycolaus Gherdesson. nostri ciues, ad vestram ciuitatem et in Hamborgh portabant breuibus hijs diebus, dictis nostris ciuibus veraciter pertinent, nullo alieno hospite partem in eisdem obtinente; dicta eciam bona nec in Flandria nec in Mechchele nec in Andorpe comparata sunt neque empta, neque panni predicti sunt in Flandria facti [sunt] seu contexti, nec ipsi nec dicta bona Vlaminghis pertinent, nec aliquis Vlaminghorum partem habet in eisdem; sed quod ipsi panni et eadem bona sunt debito et recto tempore facta, com-

Digitized by Google

parata atque empta: quod presentibus protestamur. De quo ad nos firmum respectum habeatis, quod nulla iterata monicio seu posterior actio vos sequi debeat racione omnium premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum sub anno Domini MCCCLIX, in octauo Pasce, presentibus est appensum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCXXX.

Matthäus Murer, Bürger zu Malmö, klagt dem Rathe zu Lübeck, dass er, als der König Waldemar mit seinem Heere nach Schonen gekommen sei, einem Lübecker Hans Berchof einen Pack mit Sachen zu deren Rettung anvertraut und den Inhalt verloren habe. O. J. (1359.)[1] Mai 1.

Vos discretos dominos et honestos, dominos proconsules, consules ceterosque ciues in Lubek, ‖ ego Matheus Murer, ciuis in Mellenboghe, intime saluto (in) Jesu Christo, vestre ‖ significans discrecioni litteram per presentem, quod, dum Waldemarus, Dei gracia Danorum ‖ Schanorumque rex, cum magna turba populorum ad terram Scanie veniebat, tunc temporis pro emulis nostris tristiciam et dolorem habui me vita bonisque spoliandis, (et) cuidam apud vos dicto Hannes Berchof bona mea proprie in vno packe (dedi), vt custodiat ea diligenter. Bona vero eadem sub custodia sua de illo packe predicto aperto et iterum concusso, non domo fracta nec hostio, — primo videlicet quinque centenaria linei panni, quodlibet centenarium michi constat pro X solidis grossorum; item I frustum corticis[2] viridis pro XV solidis grossorum; item dimidium frustum corticis[2] blauei pro VIII solidis grossorum; item frustum brabanst pro XXX solidis grossorum; item nouum mantellum rubeum cum hermelin et buntwerch pro XXX solidis grossorum; item buntwerch cum nouo hermelin ad mantellum pro XV solidis grossorum; item capucium scharlaken cum nouo buntwerch pro V solidis grossorum; item VIII paria linthiaminum, michi constant plus XXIV$^{or.}$ solidis grossorum; item vnam taflaken, emi pro tribus solidis grossorum, — ista dicta ibidem perdidi et amisi. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum die apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

1) Ueber die Zeitbestimmung vgl. Sartorius. II. S. 464.
2) Im Or. steht *cortz.* mit einer Abbreviatur über dem t.

Digitized by Google

CCCXXXI.

Der Rath von Mölln bescheinigt, von den durch die Herzoge Albrecht und Erich von Sachsen ihm angewiesenen 434 mk lüb. Pf. von dem Rathe von Lübeck 234 mk empfangen zu haben. 1359. Mai 5.

Nos . . consules in Molne. Recognoscimus tenore presencium lucide et testamur, quod honorabiles viri, domini consules ciuitatis ‖ Lubicensis, de illis quadringentis et triginta quatuor marcis denariorum lubicensium, quas incliti principes, domini nostri, domini Albertus et Ericus ‖ fratres, duces Saxonie, demonstrabant nobis festo beati Johannis Baptiste proxime venturo subleuandas ab eisdem, nobis ‖ et nostri nomine atque jussu Johanni Pund et Hermanno Dusekop, nostris proconsulibus, nunc ista vice ducentas marcas denariorum lubicensium in aureis lubicensibus, et cum hoc residuum seu addendum super eas, quod dicitur vpgheld siue ouergheld in vulgari, [vt] videlicet super quemlibet aureum lubicensem semper tres denarios lubicenses computando, persoluerunt expedite et dederunt. De quibus ducentis et triginta quatuor marcis denariorum lubicensium ac residuo seu addendo, vt prefertur, dictos dominos consules Lubicenses quitos dicimus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Molne, anno Domini MCCCLIX, dominica Misericordia Domini.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCXXXII.

Die Brüder Detlev und Hinrich von Grönau verkaufen dem Heiligen Geist-Hospitale in Lübeck alles Land vom Scheideberg zwischen Grönau und Falkenhusen bis Blankensee für 500 mk lüb. Pf. unter Vorbehalt des Wiederkaufs. 1359. Jun. 24.

(Gleichlautend mit No. 172, bis auf die dort angegebenen und die nachfolgenden Abweichungen: S. 172. Z. 7 v. u.) tenemur. Si vero infra dictum byennium, postquam ipsis intimauerimus, ea non reemerimus, ex tunc ipsa infra quatuor annos immediate tunc futuros nos aut nostri heredes reemere non poterimus nec debemus, sed, illis quatuor annis preteritis, iterum infra biennium immediate futurum, quando ipsis preintimauerimus, ea reemere poterimus pro summa antedicta. Quod si tunc non fecerimus, ex tunc iterum infra quatuor annos post dictum biennium futuros ea reemendi nobis aut nostris heredibus facultas nulla patebit. Et sic deinceps, quando quolibet

Digitized by Google

biennio ipsis preintimato ea non reemerimus, amplius infra quatuor annos tunc immediate futuros ea reemendi nos aut nostri heredes seu successores potestatem non habemus. Postquam. *(S. 175 Z. 9—12.)* domini Hartwicus de Krummesse, Detleuus de Parkentyn, alias de Belendorpe nominatus, milites; Hartwicus senior, Thidericus et Conradus fratres dicti de Ritzerow et Hartwicus de Ritzerow junior, ipsorum patruus, armiger(i), ut, si. *(Schluss:)* Datum Lubeke, anno Domini M̊CC̊C̊ quinquagesimo nono, in festo Natiuitatis sancti Johannis Baptiste.

Nach einer Abschrift im Copiarius des Heiligen Geist-Hospitales, fol. 47.

CCCXXXIII.

Aufzeichnung über den Nachlass des Eberhard Russenberg. 1359. Jun. 30.

Notum sit, quod hec infrascripta pertinent Euerhardo et Gherardo, filiis domini Euerhardi Russenberch bone memorie:

Primo IIII parapsides arg(entee) cum pedibus, tam cum paruis quam cum magnis. Item II doppeken arg(entei), scilicet vnum magnum et vnum paruum. Item V patere arg(entee), scilicet magne et parue. Item II cinguli deaurati, scilicet vnus cingulus virilis et vnus cingulus muliebris. Item XVIII cochearia argentea. Item XII paria tenaculorum, hoykenspanghen. Item IIII nodi argentei, proprie IIII sulueren knope. Item V nodi de vnionibus, proprie V knope van parlen. Item XII annuli aurei, scilicet magni et parui. Item vna parua fibula aurea cum parlen. Item IIII pladernappe, scilicet magne et parue. Item vnus cercus, proprie eyn tzappel siue annulus, cum quo puelle solent desponsari. Item I sagens kolten et vna alba culcitra. Item vna culcitra sericea, proprie eyn rot weghen kolte van syden. Item IIII frusta buren, scilicet II flamenses et due alie cooperture. Item XVI vlne lynei panni flamensis. Item II mensalia flamensia in vno frusto. Item II longe mappe flamenses. Item V brenes mappe flamenses. Item vna mappa perconsuta, proprie beneyt. Item II frusta koghelen. Item II bedde pole. Item V cussini. Item vna thorax. Item I pantzer. Item I schot. Item I kraghe et I grusener. Item I slappe et II paria hanschen. Item I par armleder et I par vorledere.

Digitized by Google

Ad hec prescripta bona dominus Bernardus Plescowe et dominus Johannes Plescowe, consules, et Conradus Russenberch, ciuis Lubicensis, sunt prouisores, sed testes sunt domini Johannes Pertzenal et Bernardus Cosuelt, consules Lubicenses. Datum anno Domini MCCCLIX, in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum.

In dorso: Littera memorialis de rebus filiorum domini Euerhardi de Russenberch pie memorie.

Litterae memoriales auf der Registratur, auf einem langen Pergamentstreifen.

CCCXXXIV.

Papst Innocenz VI. überträgt dem Archidiakonus von Tribsees und den Schweriner Domherren Nicolaus Hut und Goswin Borentin die Untersuchung und Entscheidung der von dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck gegen den Rath von Greifswalde wegen dem Ersteren entzogener Güter erhobenen Klage. 1359 Jul. 5

Innocencius episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filijs. archidiacono terre Tribuzes et Nicolao Hût ac Gotswino Borentyn, canonicis ecclesie Zwerinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Quod nobis dilecti filii Euer(ardus) Rubenow, Hinricus de Lubeke et Nicolaus Westfal, proconsules; Lambertus Warendorp, Hinricus Stûmpel, Laurencius Lowe, Hinricus Scupplenbergh, Ludekinus Lange, Gher(ardus) Bûchold, Hinricus Hilgheman, Thomas Lenenhaghen, Petrus Vretecow, Hinricus Ysermengher, Wygardus de Vredeland, Johannes de Rozstock, Wygardus Hilgheman, Euerardus Rabode, Johannes Bûchold, Syfridus de Lubeke, Gher(ardus) Gnascow, Euer(ardus) Wale, Hinr(icus) de Kyl, Martinus Gortslaw, Johannes Wilde, Wolterus de Essen, Johannes de Nighenkerken, Conr(adus) Haghemester, Nicolaus Gutzecow et Thider(icus) de Dersecow, consules opidi Gripesw(olde) Caminensis dyocesis, peticionem insinuarunt, quod olim Hinricus Bardewich, magister, et fratres domus pauperum Sancti Spiritus Lubicensis, asserentes se ad prepositum ecclesie Raceburgensis apostolicas sub ea forma litteras impetrasse, vt idem prepositus ea, que de bonis ipsius domus alienata inueniret illicite vel distracta, ad jus et proprietatem dicte domus legitime reuocare curaret, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, et mendaciter pretendentes, quod iidem proconsules et consules eis in quibusdam bonis tunc expressis racione dicte domus communiter tenebantur, eosdem proconsules et consules super hoc

Digitized by Google

coram offic(iali) Raceburgensi, asserente se judicem subdelegatum per dictum dominum prepositum, quo modo aliter non expresso, fecerunt ad judicium euocari, ex parte vero dictorum proconsulum et consulum ex eo senciencium ab eodem offic(iali) indebite se grauari, quod, ad locum non tutum citans eosdem, alium locum ipsis contra justiciam denegau(er)it assignare securum, humiliter requisitus, fuit ad sedem apostolicam appellatum: quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellacione remota decernatis, facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, testes autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exsequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exsequantur. Datum Auinione, V. Nonas Julii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach einer in № 340 aufgenommenen Abschrift.

CCCXXXV.

Eccard Schack, Detlev von Züle, Otto Schack und Tede vom Hamme bezeugen, dass Hartmann Scharpenberg's Klage gegen Henneke Crummesse wegen eines ihm geraubten Knappen bisher noch vergeblich gewesen sei. 1359. Aug. 26.

Erbar mannen, den heren, den rathmannen to Lubeke, vnde allen gûden lûden, ‖ de dessen bref syen oft horen, Echard Scacke, Detlef van Tzûle, Otto ‖ Scacke vnde Tede van Hamme, knapen van wapene, heyl in Gode. Wy doen ‖ witlik vnde betûghen openbare in desser scrift, dat Henneke Crummesse, knape van wapene, ronede Hartmanne Scarpenberch enen knapen van wapene in deme dorpe, dat gheheten is Knese, des nû to vnser Vrôwen daghe der ersten, de nû vorghanghen is, was een iaar. Dat klaghede Hartman Scarpenberch vnsen heren, hertoghen Erike van Sassen, vnde vorvolghedet vor uele gûden lûden, nicht to eneme maale eder twen eder dren, men to manegher stvnt, dat deme sûlfuen Hartman io nyn lijk dar vnme scheen nekûnde. Vnde to der sûlfuen tyit do wart dat gût to Lankowe inder veyde begrepen vnde al Henneken gût Crûmesse, vnde is noch inder veyde. To ener tûchnisse desser dingh so sint vnse zeghele vor dessen bref ghehanghen. Ghegheuen

vnde screue(n) in deme jaare vnsen Heren, alse men scrift dûsent drehûndert in deme neghen vnde viftighesten. des Manedaghes naa svnte Bartolomeus daghe.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden vier Siegeln

CCCXXXVI.

Nicolaus Hut, Schwerinischer Domherr, subdelegirt in der Untersuchung des Streites zwischen dem Heiligen-Geist-Hospitale und der Stadt Greifswalde an seiner Statt den Abt von Neucamp. 1359. Sept. 15.

Vener(ando) patri, domino abbati monasterii Noui Campi ordinis Cisterciensis Zwerinensis diocesis, Nicolaus Hût, canonicus Zwerinensis, judex in causa infra scripta cum certis alijs collegis a sede apostolica deputatus, salutem. Noueritis, nos a sede apostolica litteras recepisse sub hac forma: Innocencius episcopus et cetera.[1] Verum cum nos examinacioni dicti negocii comode ad presens vacare nequeamus, vobis tenore presencium in dicta causa committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas. In cuius rei testimonium presentem litteram fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum Hilden in domo habitacionis nostre, anno Domini MCCCLIX, XIII. die mensis Septembris, hora vesperarum vel quasi, presentibus Hinr(ico) Nigenhusen et Frederico de Ponte, clericis Raceburgensis et Verdensis dyocesis, ad premissa vocatis et rogatis.

Nach einer in № 340 aufgenommenen Abschrift.

CCCXXXVII.

Willkür des Rathes von Lübeck über die Trennung des Amts der Riemenschneider von den flämischen Handschuhmachern und Beutelmachern. 1359. Sept. 29.

Anno Domini MCCC quinquagesimo nono, Michaelis, arbitrium corrigicidarum, cyrothecariorum et bursariorum per consilium est separatum et distinctum, et durabit, quamdiu dominis consulibus complacebit.

Witlik si, dat dat remensnider ammet vnde der Vlaminghe bi der Trauene, de dar pleghen hantzschen jof budele to makende, sint gescheden

1) Vgl. № 334 und 340.

Digitized by Google

by entschedinghe des gantzen rades to Lubeke in der wys, als hir na ghescreuen steyt:

To deme eersten, dat die Vlaminghe mit den remensnidern nicht scholen gan an de morghensprake.

Item dat de meyster van den remensnidern scholen beseen der Vlaminghe werk bi der Trauene, dat see dat vullenkomen maken, also dat eme jewelken manne dar vul mede sche; vnd were dat se ere werk wandelbar vunden, dat scholen se to en nemen vnde bringhen dat werk des neghesten Sunnauendes dar na vppe dat hûs, vnde wat se denne dar ane ghebroken hebben, dat se dat wedden, als eyn recht is.

Item de suluen Vlaminghen scholen gheren vor ere hogheste ledder hertes vnde hinden hûde, vnde wat dar benedene is van lutteken vellen, men nicht dar en bouene; vnde gheredden see dar enbouen ienich ledder, also bouen hertes vnde hinde hûde, dat were eyn brøken, vnde se scholden dat wedden.

Item de remensnider moghen gheren alle ledder, dat bouen hertes vnd hinden hûde is, vnde ok wat dar benedenne is van lutteken vellen.

Item de Vlaminghe ne scholen nene rindeshût gheren, de mer ghekosted hebbe den vier schillinghe, vnde deden se dar en ieghen, dat were eyn broke, vnde dat scholden se wedden.

Item, wat de Vlaminghe gheren, dat moghen sie sniden to brokremen, vnde worto dat se des behof hebben to ereme ammete, men se en scholen er nicht heel vorcopen, vnde verkoften see se heel, dat were eyn broke, vnde dat scholde see wedden; meer hinden vnde reee vel vnde sulke lutteke vel, de moghen see hel vorcopen ane brøke.

Item de rindes hude van IIII schillinghen, vnd nicht durer, de de Vlaminghes gheren, de moghen se sniden to nutscap eres ammetes, men see en scholen er ok nicht heel vorcopen; deden see dar en bouene, dat were eyn broke, dat scholde se wedden.

Mit dessen vorscreuenen stucken sint desse beyden ammete, alse remensnidere vnde de Vlaminghe, ghescheden bi vulbort des gantzen rades. Dat is gheschen anno Domini MCCC . . . .

Aeltestes Wettebuch, fol 2. Ebendaselbst fol. 6 steht eine genau dieselben Bestimmungen enthaltende, das Amt der Riemenschneider und Beutelmacher scheidende Willkür des Rathes vom 28. Sept. 1359, abgedr. bei Wehrmann, Lübeckische Zunftrollen S. 376 fg.

Digitized by Google

CCCXXXVIII.

Der in der Vogtei Mölln landsässige Adel bekennt sich schuldig, bis zu der nach Herzog Albrecht's von Sachsen Rückkehr zu leistenden förmlichen Huldigung der Stadt Lübeck vorläufig zu gehorsamen. 1359. Nov. 1.

Nos Eggardus, Hartwicus dicti de Crummesse, Dithleuus de Parkentin, milites; Hartwicus de Rytzerowe ‡ senior, Notzelman de Parkentin, Walrauen et Elerus dicti de Duuensee, Marquardus de Tzule, Make Muggesueld, ‡ Hinricus quondam domini Hinrici de Crummesse militis filius, Hartwicus de Rytzerowe junior et Heyneke Kulsingh, ‡ armigeri. Recognoscimus per presentes lucide protestando, quod nos honorabilibus viris, dominis proconsulibus, consulibus, et ciuitati Lubicensi in omnibus et singulis articulis faciendis obedientes esse debemus et ipsis in omnibus facere in effectu, quemadmodum illustri principi et domino nostro gracioso, domino Alberto, duci Saxonie, fecimus hactenus et obediuimus. Hec quidem obediencia debet vsque ad reditum et aduentum dicti domini nostri ducis ad partes firmiter perdurare. Cum autem ad partes redierit et nos de se ore et manu dictis consulibus et ciuitati resignauerit et dimiserit, extunc nos omnes supratacti eisdem consulibus et ciuitati Lubicensi veram obedienciam et verum omagium facere debemus et jurare, sicuti hucusque fecimus domino nostro antedicto. Volumus eciam et debemus coram ipsis in jure contentari, nec aliquis nostrum aliquam veydam, dissensionem seu gwerras contra aliquos extraneos facere debet seu mouere seu eciam habenti vel habentibus gwerras aut veydas equitare nec subsidium prestare aliquale. Si vero aliquis vel aliqui nostrum aliquod istorum faceret, nisi hoc cum dictorum consulum scitu, voluntate fuerit et consensu, illum vel illos dicti consules Lubicenses proplacitare non tenentur neque debent. Preterea, si dictus dominus noster, dux Saxonie, nos de se dimittere noluerit ipsis nec resignare, vt prefertur, ex tunc dicti consules Lubicenses ad perplacitandum nos nullatenus sunt astricti, saluo tamen nostro jure in aliis bonis nostris extra aduocaciam in Molne situatis, videlicet illis, que in territorio aliorum dominorum terre habere dinoscimur, quia de talibus bonis dominis nostris, in quorum territorio habemus eadem, obedire poterimus et seruire. Ad hec premissa omnia et singula firmiter obseruanda nos astringimus per

Digitized by Google

presentes. Quare in euidencius testimonium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini MCCC quinquagesimo nono, in festo Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit noch anhangenden drei Siegeln des Hartwig von Crummesse (No 2), Walraven und Eler von Duvensee (No. 5 u. 6), sieben Siegelbändern und zwei Siegelbandeinschnitten.

CCCXXXIX.

Der Rath von Wismar berichtet dem Rathe zu Lübeck über eine vorgekommene Verläumdung fünf dortiger Rathmänner durch Hermann von Stilinde und erbittet sich Rath in Betreff der dem Letzteren deshalb aufzuerlegenden Strafe. 1359. Nov. 5.

Hir vmme bidde wy iuwes rades. Vns wart tû wetende, dat en samelinghe was tû den swarten broderen, de hadde ‖ maket vnser borgher en, de het Hermen van Stilinde, de samelt de werkmestere van den ammeten dat mestendel vnd wol sôs ‖ borghere ofte achte. Des bebodeden de ratmanne ene, Hermen, vnd de werkmestere der ammete vnd borghere, de dar wesen ‖ hadden, vnd escheden van en, wat men dar handelt hadde, dat se en dat segghen scolden bi eren eden. Des beden de werkmester vnd borghere, dat men Hermen dat suluen segghen lete, went he were en mundich man. Des sprak he, dat he des bekande, dat he se dar bebodet hadde vnd hadde aldus gheseeghet: Gy heren, mi is tû wetende worde van eneme bukeden papen vnde van menen lant luden, dat min here van Mekelenborgh sight ghesterket hebbe vnde wille so stark hir in komen, dat he her Darghetzowen vnd Tribus twe vnd de borgher, de Vnghers vormunder sint, vnd ok de ghene, de Left recht deden, arghen wil; wat yu dar vmme nutte dunket, dat moghe gi prouen. Des en wolden sight de ratmanne dar ane nicht noghen laten vnd escheden de werkmestere und borghere, dat se spreken scolden bi eren eden, dat se segghen scolden, wes he vorder sproken hadde teghen see, den he bekant hadde. Des boret he sight mit en vnd quam wedder tû deme rade vnd bekande vorder, dat he ok gheseghet en, dat dar twidraght were in deme rade, vnd dat erer viue weren, also her Hermen Walmerstorp, her Johann Kalzowe, her Drewes Bukowe, her Hermen Cropelin, her Johan Wenttorp, de scolden des hebben mit mime heren yeghen de ratmanne vnd de menheyt, vnd de anderen ratmanne meynliken mit der menheyt tegen minen heren Mekelenborgh vnde de anderen vif ratmanne. In der stunde stunden de vif ratmanne vornomet vp vnde beden

Digitized by Google

rechtes vnde toghen des tû deme rade, dat der twidraght nicht en were. Des sprak en yewelk ratman al vmme, dat se van nyner twidraght vnder twischen wusten vnde nocht en weten. Des legeden en de ratmanne daghe in beyden siden. dat malk scolde enen vorspraken nemen, se scolden eme ene tûsprake don, vnd scolde en antwarde don. Des quemen se vor den rat vnde sproken claghe vnd antworde; des en stôt he en so hoghe nicht tû, also hoghe also se it anclaghet hadden. Des sproken de ratmanne, se wolden de guden lude horen, de dat[1] ouer hadden wese(n) tû den broderen, dar he desse rede scolde wedder sproken hebben, dat se bi eren eden scolden spreken, wat he dar scolde hebben sproken tegen see. Des bereden se sight vnde quemen wedder tû den ratmannen vnde spreken aldus: Se hopeden des, na deme dat it back wort weren, dat se yight spreken droften. Des boden en de ratmanne, dat se spreken scolden bi eren eden, wat se hort hadden. Des sproken se aldus: Do se tû den broderen were(n), dat Hermen van Stitinde aldus hadde sproken, dat eme tû wetende were worden, dat min here van Mekelenborgh hadde sight dar tû berecht, dat he wolde komen in de stad also stark, dat he wolde arghen her Darghetzowen vnd Tribus twe vnd de borghere, de Vnghers vormunde weren, vnd andere borghere, vnd dat dar twidraght were in deme rade, vnd dat de vif vorbenomeden ratmanne wolden it holden mit mineme heren theghen de anderen ratmanne, vnde de anderen ratmanne mit der menheyt, dit tû kerende teghen minen heren. Vort heft he seeghet, dat dit eme vt deme rade were tû wetende worde(n) van her Johan Darghetzowen; vnde wolden [wolden] des eme nicht louen. Des gheuen se eme enen borgher meede, de het Crûs, de dit mit eme horen scolde van her Darghetzowen, vnd quemen tû eme nicht, vnde van eme horden se nicht, vnd he sede tû en, se scolden dit holden als eme bight. Do her Darghetzowe vor deme rade dit horde, do stôt he vp vnd vraghede Hermen van Stitinde, ift he de reede hadde eme seeghet. Do sede Hermen: Nen, he ne hadde anders nicht gheseeghet, wen aldus, dat he queme tû her Darghetzowen gande vnne laden[2] vnd vraghede her Darghetzowen, ift he yight nighes wuste. Do seede he: Nen. Do sede Hermen wedder: Ich wet wol wat nighes. Do seede her Darghetzowe: Wat is dat? Do sede Hermen aldus: Mi is dat gheseeghet, dat min here sight sterke vnd wille komen in de stad vnd wille yu vnd Tribus twe vnde Vnghers vormundere vnd andere borghere arghen; vnd vraghede: Hebbe gi des nicht

1) l. dar. 2) = vnghe laden.

Digitized by Google

ghehort? Do sede her Darghetzowe: Nen. Do vraghede her Darghetzowe, ofte he it van jemede hir binnen hadde hort. Do sede Hermen: Ja, van menen luden; men he wolde vorder vraghen mank den luden. Do sede her Darghetzowe aldus: Dû ghude Hermen, vraghe man den luden hir vnde dar, vnde is it dat du wat warheyt vornymst, so dû it mi yo tû wetende. Do vraghede eme her Darghetzowe, ofte he eme de samelinghe hadde maket heten. Do sede he: Nen; vnde hir en bouen bekande Hermen, dat he it tû her Darghetzowen hadde bragt, vnd he nicht tû em. De vorbenomeden vif ratmanne vnd vorbenomede Hermen hebben ere vorbenomeden sake tû vns ghegan ane scheldent. Hir bidde wi vmme yu vruntliken, dat gi hir vns tû raden, wes Hermen ghebroket heft hir ane tegen desse viue vnd dar bouen teghen den rad vnde stad; vnde des den yewardighen ratmanne berichten willen, wes hir ane broken si. Scriptum nostro sub secreto presentibus tergotenus impresso in testimonium premissorum, sub anno Domini MCCCL nono, dominica die post Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, von welchem das rückwärts aufgedrückt gewesene Secret fast gänzlich abgesprungen ist.

CCCXL.

Heinrich, Abt des Klosters Neucamp, und Heinrich von Bülow, Archidiakonus des Landes Tribsees, als vom Papste mit der Untersuchung der Beschwerde des Heiligen-Geist-Hospitales in Lübeck gegen den Rath von Greifswalde beauftragte Richter, verkünden allen Geistlichen der Diöcesen Schwerin, Kamin, Lübeck, Ratzeburg und Havelberg die von ihnen verfügte Aufhebung des durch Diedrich Zachelwitz, Official der Ratzeburger Kirche, Namens des Heiligen-Geist-Hospitales wider Rath und Gemeinde von Greifswalde und deren Anhänger erlassenen Kirchenbanns. 1359. Dec. 10. (Mit zwei angehängten Empfangsbescheinigungen. 1359. Dec. 20.)

Frater Hinricus, abbas monasterii Noui Campi ordinis Cisterciensis Zwer(inensis) dyoc(esis), judex ad infra scripta ab honor(abili) viro, domino Nicolao Hût. canonico ecclesie Zwerinensis, judice vna cum suis collegis infra scriptis ‖ a sede apostolica delegato, subdelegatus, necnon Hinricus de Bulow, archidiaconus terre Tribuzes, a sede apostolica delegatus vna cum honorabilibus viris dominis Nicolao Hût et Gotswino Borentyn, canonicis ecclesie Zwerinensis, ‖ judicibus a sede apostolica delegatis, dicto Gotswino descisioni et exsecucioni huiusmodi cause interesse non potente, prout se suis patentibus litteris nobis

Digitized by Google

directis excusauit. Venerandis et reuerendis dominis abbatibus, prioribus, decanis, scolasticis, archidiaconis, ecclesiarum rectoribus, vicariis, altaristis, ebdomadarijs, vel eorum vices gerentibus, notarijs publicis ac clericis quibuscunque per Zwerinensem, Caminensem, Lubicensem, Raceburgensem, Havelbergensem ac quascunque alias ciuitates et dyoceses constitutis, salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Litteras apostolicas non abolitas, non rasas, non cancellatas, sed omni prorsus suspicione carentes, vera bulla plumbea et filo canapis bullatas, necnon predicti domini Nicolai Hût, canonici ecclesie Zwerinensis, sub tenoribus infrascriptis noueritis nos recepisse. Quarum tenor litterarum sedis apostolice fuit et est talis: ***(Folgt No. 334.)*** Tenor vero subdelegacionis fuit talis: ***(Folgt No. 336 bis)*** cetera, prout supra[1] de verbo ad verbum continetur. Et post hec sequitur in eadem subdelegacione: Verum ***(Folgt der Rest von No. 336)***. Quarum virtute litterarum nos, precibus dictorum proconsulum, consulum et communis, cum instancia requisiti, supersedere non potentes, Hinricum Bardewik, magistrum, et fratres domus pauperum Sancti Spiritus in Lubeck appellatos fecimus in judicium Ribbenitze, certo peremtorio termino eis prefixo, euocari ad videndum et audiendum beneficium absolucionis ad cautelam predictis proconsulibus et consulibus impendi a sentenciis excommunicacionis vel excommunicacionum per dominum Thider(icum) Zachelwitzen, offi(icialem) curie Raceburgensis, judicem, vt supra, fulminatis, quas predicti proconsules, consules et commune asseruerunt post dictam appellacionem ex legitimis causis interpositam fore latas et nullas esse, querimoniisque eorundem et peticionibus respondendum ac alias procedendum, prout de jure. Quo termino adueniente, parte proconsulum, consulum et communis per sufficientem procuratorem suo et suorum adherencium nomine suffic(ienter) comparente, parte vero prefatorum Hinr(ici) et fratrum domus pauperum antedicte nec per se nec per procuratorem comparente suff(icienter), procurator proconsulum, consulum et communis contumacias dictorum fratrum dicte domus pauperum accusauit, ipsosque peciit contumaces reputari et in expensas condempnari, et, eorum contumacia non obstante, juxta exigenciam termini procedi ad beneficium absolucionis ad cautelam dictis proconsulibus et consulibus ac eorum adherentibus impendendum ecclesie juxta formam a sentenciis in ipsos et eorum adherentes, scilicet dominos Nicolaum Virow, cappellanum in Sund(is), Thider(icum), rectorem ecclesie in Noua Ecclesia, Lambertum de Wampen,

1) № 334.

Digitized by Google

rectorem ecclesie beate Marie in Gripes(wold), Bernardum Stilow, rectorem ecclesie Sancti Spiritus prope muros Gripes(waldenses), Hinricum Riken et Nicolaum Trepetow, rectores ecclesiarum in Tanglijn, et quoscunque alios ipsis adherentes post dictam appellacionem ex legitimis causis interpositam fulminatis per dominum Thidericum Zachelwitzen antedictum, nec non aggrauaciones tam cessacionis diuinorum quam qnascunque alias quocunque modo fulminatas contra ipsos et eorum adherentes relaxandum. Et quia dictus Hinr(icus), magister domus pauperum antedicte, primo apparuit coram nobis in judicio, asserens, quod non vt pars ipsius domus pauperum in Lubeck, sed vt nuncius compareret, tamen illico citatus contumaciter de judicio recessit, dictus procurator proconsulum, consulum et communis eundem peciit contumacem reputari in causaque procedi, prout supra, juxta exigenciam termini, ipsius contumacia non obstante. Nos vero, parte prefatorum proconsulum, consulum et communis instante et petente ac justicia satis dicente, prefatos Hinricum et fratres domus Sancti Spiritus in Lubeck reputauimus contumaces ac in expensas eosdem duximus condempnandos, ipsorum taxacione nobis in posterum reseruata, necnon in ipsorum contumaciam prefatos proconsules et consules, vt supra, nominatos ipsorumque adherentes, scilicet dominos Nicolaum Virow, cappellanum in Sund(is), Thidericum, rectorem ecclesie in Noua Ecclesia, Lambertum de Wampen, Bernardum Stilow, Hinricum Riken et Nicolaum Trepetow predictos ac quoscunque alios eorum adherentes in persona procuratoris eorundem absoluimus ad cautelam, cessacionisque diuinorum per eundem Thider(icum) Zachelwitzen fulminatas sentencias ac quascunque alias aggrauaciones subsecutas relaxauimus cum effectu, recepta tamen ydonea caucione de parendo mandatis ecclesie atque nostris, quia pars prefatorum proconsulum, consulum et communis tam de appellacione, rescripto appellacionis, citacionis instrumento et exsecucionis subsecute, quam de aliis ad eorum intencionem necessariis coram nobis in judicio fecerat plenam fidem. Quare vobis et cuilibet vestrorum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrorum quemlibet, trium dierum terna et canonica monicione premissa, quorum primum pro prima, secundum pro secunda, residuum vero pro tercia et canonica monicione vobis et vestrorum cuilibet presentibus assignamus, in nomine Domini finimus in his sequentibus, si mandatis nostris in hac parte contemptum feceritis vel distuleritis obedire, distincte precipiendo mandamus: quod vos, quum fueritis pro parte dictorum proconsulum, consulum et communis suorumque adherencium requisiti, prima die festiua post recepcionem

Digitized by Google

presencium de ambone in ecclesiis vestris et alias in locis, vbi fueritis requisiti, publice coram plebe dictos proconsules et consules eorumque adherentes et quemlibet eorum nominatim, prout supra exprimuntur, denuncietis, vt premittitur, absolutos ipsosque de cetero non vitandos, et eosdem non vitetis, sentenciasque cessacionis diuinorum contra predictos proconsules, consules et commune, vt premittitur, fulminatas fore relaxatas, ac ob ipsorum presenciam et cuiuslibet eorundem de cetero non cessetis a diuinis. Insuper, quia oblato libello appellacionis in dicta causa, seruatis de jure obseruandis, incepimus cognoscere de causis ipsius, an sint vere, inhibuimus et presentibus inhibemus dicto domino Thider(ico) Zachelwitzen, judici, prout supra, ne amplius in hac causa procedat vel se quoquomodo principaliter vel incidenter in eadem intermittat. Hanc inhibicionem eidem domino Thiderico intimetis vos, quum fueritis requisiti. Que omnia vobis sub pena et monicionibus precipimus antedictis. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, feria tercia post diem Concepcionis sancte Marie virginis, in opido Ribbenitze, nostris sub sigillis. Reddatis presentem litteram sanam et integram eius latori sine protractacione, vestris et ydoneorum sigillis, si propriis carueritis, sigillatam, vos quum fueritis requisiti. Quod vobis et cuilibet vestrorum precipimus firmiter obseruare, pena et monicionibus sub predictis. Et hec facite in signum execucionis mandati fideliter per vos exsecuti. Hesitanti vero vel hesitantibus de nostra jurisdictione plenam fidem faciemus requisiti.

Nos Thidericus de Soldta, sancte Marie, et Thid(ericus) Mekelenborch, sancti Nycolai ecclesiarum vicerectores, ac Johannes Borghermester, sancti Georrii ecclesie rector in Wysmar, dicimus ad presens mandatum, quod parati sumus illi obedire et aliis mandatis apostolicis reuerenter, dummodo de originalibus presentis mandati et aliis necessariis circa hec fuerimus informati. Datum Wysmar, anno Domini MCCCLIX, in vigilia beati Thome apostoli, hora matutinali officiolatus curie, (et) ratum sub sigillo, presentibus venerabilibus dominis Georrio Gadebus, Johanne Linicida ac Alberto Steubrinc, testibus presbiteris ad premissa vocatis et requisitis.

Ego Thidericus Saghelwitze, rector ecclesie beate Marie virginis in Wysmar, off(icialis) curie Racebnrgensis, dico ad presens mandatum, quod paratus sum illi obedire et aliis mandatis apostolicis reuerenter, dummodo de originalibus presentis mandati et aliis necessariis circa hoc fuero informatus.

Digitized by Google

Datum Wysmar, anno Domini MCCCLIX, in vigilia beati Thome apostoli, hora matutinali officiolatus curie, (et) ratum sub sigillo, presentibus viris discretis, dominis Georrio Gadebus, Johanne Linicida, Johanne Lusco ac Alberto Stenbrinc, testibus presbiteris ad premissa vocatis et requisitis.

Nach dem Originale (No. 1376.) im Greifswalder Stadtarchive, mit noch anhangenden 13 Pergamentstreifen, welche sämmtlich Wachsspuren tragen. An einem derselben sind zwei Papierzettel befestigt, welche die oben abgedruckten Empfangsbescheinigungen der Wismarschen Geistlichen enthalten.

CCCXLI.

Marquard von Brockdorf und dessen Sohn Heinrich, die Brüder Hartwich, Heinrich und Nicolaus von Brockdorf, und Hildelev von Brockdorf verkaufen dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck das Dorf Kesdorf für 500 mk lüb. Pf. 1359. Dec. 21.

Nos Marquardus de Brocdorpe et Hinricus filius eius, milites; Hartwicus, Hinricus et Nycolaus, quondam domini Hinrici de Brocdorpe militis filij, et Hyldeleuus, quondam Hildeleui de Brocdorpe filius. Coram vniuersis presencia visuris seu audituris recognoscimus lucide in hijs scriptis, quod nos, accedente pleno consensu generosi domini nostri, domini Adolfi, comitis Holzacie et Stormarie, necnon consilio et consensu omnium heredum nostrorum, qui debuerunt legitime interesse, rite et racionabiliter vendidimus honorabilibus viris et discretis, dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Vorraad, consulibus Lubicensibus, prouisoribus, . . magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke, et in eorum personis ipsi domui integram villam dictam Kestorp, sitam in parrochia Gleskendorpe terre Holzacie et dyocesis Lubicensis, cum omnibus bonis dicte ville adiacentibus, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis et nemoribus, aquis, piscacionibus, riuis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, viis et invijs, terminis et terminorum distinctionibus, velut dicta bona iacent, et cum omni jure, iudicio supremo et infimo, manus videlicet et colli, et omnibus iudicijs intermedijs, necnon cum omnibus redditibus, fructibus, emolimentis, commoditate ac libertate, ecclesiastica et seculari, et perpetua proprietate, pro quingentis marcis lubicensium denariorum nobis integraliter persolutis et in vsus nostros necessarios expositis et connersis. Dictis ergo bonis predicti . . prouisores et eorum successores perpetuis temporibus in omnibus condicionibus et libertatibus presentibus ac litteris domini nostri predicti insertis, non obstantibus quibuscumque gwerris, sentencijs, inhibicionibus, mandatis uel iuris aut facti excepcionibus,

Digitized by Google

pacifice, quiete et libere perfruentur, ita quod nec ipsi nec dictorum bonorum coloni debent nobis aut nostris heredibus seu sequacibus aut cuiquam alteri ad aliquas exactiones seu prestaciones, prout dicuntur, greuenschat, precarias, seruicia et vectigalium onera, seu ad aliqua alia grauamina aliquatenus obligari. Hec quidem bona predicta vniuersa et singula vna cum heredibus nostris et omnibus, quorum intererat uel interesse poterit, predictis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui Sancti Spiritus ac domui eiusdem in personis eorum coram domino nostro supradicto resignauimus et per presentes resignamus, nichil penitus iuris, proprietatis et emolimenti nobis reseruantes in eisdem, ita quod ea, quacumque decreuerint, alienacione possint predicta bona absque requisicione nostra ac heredum nostrorum transferre in alias quascumque personas, vbi et quando eis fuerit oportunum, renunciantes omni nostro iuri, proprietati et dominio nobis competentibus aut in futurum competere valentibus in bonis antedictis. Predicta eciam bona dictis . . prouisoribus et eorum successoribus ac domui Sancti Spiritus predicte a cuiuslibet hominis et vniuersitatis impeticione defendere et disbrigare volumus et debemus ac eisdem veram et iustam warandiam facere de premissis, hec omnia et singula grata et rata habere volentes nec contrafacere vel venire de iure uel de facto, publice vel occulte. Super hijs quidem firmiter obseruandis promisimus in solidum et data fide ac presencialiter promittimus prefatis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui domus supradicte vna cum compromissoribus nostris infrascriptis. Et nos Tymmo Marute, miles; Otto de Kuren, Sifridus Parkentyn, Marquardus et Otto fratres dicti de Raboyze, Lambertus de Bôcwolde, alias dictus de Roberstorpe, et Lambertus de Bôcwolde, dictus alias de Widdôele, armigeri, publice recognoscimus, nos vna cum predictis dominis Marquardo de Brocdorpe et Hinrico eius filio, militibus; Hartwico, Hinrico et Nycolao filijs quondam domini Hinrici de Brocdorpe militis, et Hildeleuo quondam Hyldeleui de Brocdorpe filio, grata et rata habere volentes omnia et singula premissa, promisisse in solidum et certa nostra fide predictis . . prouisoribus, . . magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke et ipsi domui in personis eorum, omnia et singula premissa in omnibus suis condicionibus presentibus, vt premittitur, ac litteris domini nostri supratacti insertis firmiter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla omnium nostrorum ex cuiuslibet nostrum jussu atque certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum Plone, anno Domini MCCCLIX, in festo beati Thome apostoli gloriosi.

Nach dem Originale im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales. Von den angehängt gewesenen 13 Siegeln sind 11 vorhanden; es fehlen die Siegel des Heinr. von Brockdorf, Heinrich's Sohn, und des Otto von Kühren (No. 4 und 5).

Digitized by Google

CCCXLII.

Adolph, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den vorstehenden Verkauf. 1359. Dec. 21.

In nomine Domini amen. Adolphus, Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia visuris seu audituris salutem in Domino cum noticia rei geste. Quoniam temporalis actio penitus euanescit, quin scripture et sigillorum testimonio muniatur, igitur notum esse volumus tam presentibus quam futuris, fideles nostros Marquardum de Brocdorpe, Hinricum filium eius, milites; Hartwicum, Hinricum et Nicolaum, quondam domini Hinrici de Brocdorpe militis filios, ac Hildeleuum, quondam Hildeleui de Brocdorpe filium, de nostro ac heredum suorum ac omnium, quorum intererat vel interesse poterit in futurum, beneplacito et consensu rite et racionabiliter vendidisse, dimisisse et cessisse discretis viris et honestis, dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Vorraad, consulibus Lubicensibus, prouisoribus, magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke, et in eorum personis ipsi domui integram villam dictam Kestorpe, sitam in parrochia Gleskendorpe terre Holtzacie et dyocesis Lubicensis, pro quingentis marcis denariorum lubicensium eisdem nostris fidelibus in numerata pecunia persolutis ac in vsus suos necessarios conuersis, vt coram nobis confessi sunt euidenter. Qua quidem villa dicti emptores frui debent libere et pacifice absque omni obstaculo, cum omnibus attinencijs suis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, aggeribus, viis et iuuiis, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc ipsa villa jacet, et prout nostris fidelibus ac eorum predecessoribus pertinuit, et cum omni jure, judicijs supremis et infimis, manus videlicet et colli, et cum omnibus judicijs intermedijs, necnon cum omni ecclesiastica libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate et emolimentis vniuersis, libertata a nobis et nostris heredibus et successoribus ab omni omagio et vasallatu, ab omni jure seruitutis vel exactionis, quod greuenschat dicitur, et ab omni onere precariarum, prestacionum et exactionum vniuersarum, quocumque eciam nomine nominentur, emancipata et exempta de exactionibus dictis borchwerk et brûchwerk et earum seruitute, ac gwerrarum expedicione, excepto duntaxat, quando ingruente necessitate hostili populus ad defensionem terre fuerit communiter euocatus. Insuper predicti venditores predicta bona vendita, vt premittitur, cum omnibus heredibus suis et cum

Digitized by Google

omnibus, quorum intererat, coram nobis legitime resignauerunt antedictis prouisoribus et domui Sancti Spiritus, et renunciantes omni suo iuri et proprietati et fructui per eosdem in dictis bonis habitis et habendis in futurum, renunciauerunt omni actioni eciam et excepcioni doli mali et omni alij auxilio juris vel facti, quo premissus contractus posset quomodolibet impediri, promittentes bona fide, quod ea bona debeant et velint dictis prouisoribus et eorum sequacibus ac dicte domui Sancti Spiritus a cuiuslibet hominis et vniuersitatis inpeticione defendere et disbrigare et eisdem veram et instam warandiam facere de premissis, et habere omnia et singula premissa grata. rata atque firma nec contrafacere vel venire de jure vel de facto, publice vel occulte. Nos igitur Adolphus, comes predictus, de consensu et consilio nostrorum fidelium consiliariorum et omnium, quorum interest vel interesse poterit, hec omnia premissa et quodlibet premissorum gratum et ratum habentes, renunciamus omni nostro juri, proprietati et dominio nobis competentibus aut in futurum competere valentibus in premissis, dicta bona cum omni iure et singulis prenotatis condicionibus sepetactis prouisoribus, magistro et conuentui Sancti Spiritus in Lubeke assignamus et dimittimus, ea tenendi, perpetue possidendi et habendi pacifice et quiete, plena auctoritate ea vendendi, donandi, alienandi et transferendi in personas quascumque ecclesiasticas vel seculares, vel instaurandi inde beneficium vel beneficia ecclesiastica et quocumque alio modo ordinandi cum eisdem, quicquid eis vel eorum successoribus videbitur expedire, non obstantibus gwerris, sentencijs, inhibicionibus, mandatis vel iuris aut facti excepcionibus quibuscumque. Si eciam, quod absit, propter caristiam vel aliam necessitatem mandatum vel inhibicio fieret de annona vel alia re de terra nostra educenda, predicti tamen prouisores predictorum bonorum prouentus vniuersos et singulos ducere poterunt via aquatica vel terrestri ad ciuitatem Lubicensem vel alibi, vbicumque, quociens et quando eorum placuerit voluntati, nostro ad hoc aut cuiuscumque consensu minime requisitis. Testes sunt nostri fideles Keye Rantzowe, Syfridus de Plone, Hermannus Laughelou, Breyde de Rantzowe, Hartwicus Heest et Nicolaus Kule, milites; Otto de Kureu, Hennekinus Stake de Mekede, Heyno Wilsterman, armigeri, et quam plures alij clerici et layci fidedigni ad premissa vocati et rogati. Datum Plone, anno Domini MCCC quinquagesimo nono, in festo beati Thome apostoli gloriosi, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales, mit an grün- und rothseidener Schnur hangendem Siegel.

Digitized by Google

CCCXLIII.

Nicolaus, Graf von Teklenburg und Schwerin, verlangt von dem Rathe von Lübeck die Freilassung seines Knechtes Ulrich von Hagen, ohne dass dessen geschworne Urfehde von ihm, dem Grafen, verbürgt werde. O. J. (1349—59.)[1]

Nycolaus, comes in Thek(eneborch) et Zwerin.

Sincera salutatione premissa. Ywer wysen besceydenheyt do wy kv̊ndich, dat v̊nse bode, den | wy nv̊ neyst aller leest mit vnsen breuen an yw ghesant hadden, van ywer weghene | weder an v̊ns warf, dat wy wolden eynen lofte bref bezegelen na V̊lrikes eyde van Hagene, | ywes vangenen, vnses knechtes vnde mannes, al zó van der oruede weghene. Des sole gy weten, dat v̊ns dat wat v̊nlv̊delik dv̊nket, vnde ok so is, dat myt v̊ns to lande v̊nplecht sedelik heren solik lofte to dóne sv̊nder ẏenigerleye vordenst ofte scûlt erer knechte. Wente de vore nomde V̊lrik, v̊nse knecht, vp v̊nse openbare viande gereden was, vnde nicht vp ywen scaden noch ne werlde, dat wol kv̊ndich is. Hir vmme so mene wy wol, war yẘ twe gûde man ofte dre louet na sinem eyde, dat gy dar genoech an vorwaret syn. Vnde hir vmme so bidde wy ywe besceydenheyt mit vlite, dat gy vns ene quit gheuen, als gy wol ghescreuen hebbet, dat gy doen willen. Dar van der vengnisse weghene en wille wy yw ofte den ywen nvmmer argh ofte vnwillen to keren, men vrentliken ghv̊nst mit vûller vlite. Vnde so beghere wy degere, dat ġy ene v̊ns yo so na heyme senden, dat he vort velich vnde ane vare heyme komen moghe. Dar do gy vns al to vrentliken an vnde annemen denst. Got si mit yw. Vtimur nostro secreto ad premissa.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Trese. Das Siegel, durch welches der Brief geschlossen war, ist grösstentheils erhalten.

CCCXLIV.

Der Knappe Marquard von Hoo verkauft dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck fünf Viertel Ackerlandes in der Feldmark von Giddendorf mit den darauf befindlichen Gebäuden für 36 mℳ lüb. Pf. 1360. Jan. 20.

Omnibus presens scriptum inspecturis seu audituris Marquardus dictus de Hoo, armiger, salutem in Domino. | Presencium testimonio lucide recognosco, me consensu meorum heredum et omnium, quorum consensus ad hoc fuerat

1) Am 1. December 1358 verkaufen die Grafen von Teklenburg ihre Grafschaft Schwerin an Herzog Albrecht von Meklenburg.

Digitized by Google

requirendus, rite et racionabiliter vendidisse honorabilibus viris, dominis Hermanno de Wickede et Bertrammo Voorraad, ‡ prouisoribus, . . magistro, fratribus et personis vtriusque sexus domus Sancti Spiritus in Lubeke, quinque quartalia agri sita in campis ville Gheddendorpe, que quondam Johanni Wilsterman pertinebant, sicut jacent, cum hereditate, horreo et alijs edificijs ibidem situatis et hoc pro precio triginta sex marcarum denariorum lubicensium michi prompte et expedite persolutarum et in meos ac meorum vsus necessarios heredum expositarum atque conuersarum, quibus prefatis videlicet agris et edificijs vti debent in perpetuum pro sue libito voluntatis. Renuncio igitur eisdem penitus et dimisi ea dictis prouisoribus et personis dicte domus et dimitto presentibus in hijs scriptis, nunquam aliquo tempore ego seu mei heredes super huiusmodi seu aliquod eorundem causaturi. Et ego Johannes Wilsterman, armiger supratactus, pro me et meis heredibus simpliciter renuncio in hijs scriptis, et quod in dictis agris et edificijs nichil proprietatis habemus neque juris, nec vnquam dictis emptoribus aut eorum successoribus aliquam volumus mouere actionem. Hoc quidem ego Johannes iam pretactus lucide recognosco, pro me et meis heredibus perpetuo seruaturus. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo dicti Marquardi de Hoo presentibus sunt appensa. Preterea nos Marquardus et Johannes, armigeri supratacti, omnes huiusmodi litteras per generosum dominum nostrum, dominum Johannem, Holtzacie comitem, dicte domui Sancti Spiritus super bonis omnibus et singulis dicte ville Gheddendorpe traditas et confectas consensiendo ratificamus easque pro nobis et nostris heredibus gratas tenere perpetuo volumus atque ratas, quod et presentibus sub nostris sigillis protestamur. Datum anno Domini MCCCLX, ipsa die Fabiani et Sebastiani martirum beatorum.

Nach dem Originale im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales, mit anhangenden beiden Siegeln.

CCCXLV.

Dietrich Wiling, Dechant der Lübeckischen Kirche, spricht den Bann über den Geistlichen Berthold von Braunschweig aus, welcher weder dem Befehle, dem Lübeckischen Bürger Johann Siveken Sohn die ihm schuldigen 4 ℔ 15 ß zu zahlen, noch einer Citation, wiederum vor des Dechanten Gericht zu erscheinen, Genüge geleistet hatte. 1360. Jan. 25.

Thidericus, decanus ecclesie Lubicensis. Vniuersis et singulis ecclesiarum rectoribus vel vicerectoribus per ciuitatem Lubicensem constitutis, ad quos

Digitized by Google

presens nostrum mandatum peruenerit, salutem in Domino. Noueritis, quod, comparentibus coram nobis in iudicio Johanne Siuekini, ciue Lubicensi, actore, ex vna, et Bertoldo dicto de Brunswich, alias dicto cum pungno, clerico, reo, parte ex altera, idem Johannes proposuit, quod prefatus Bertoldus sibi iuste teneretur in quinque marcis minus vno solido denariorum lubicensium nomine fideiussionis per ipsum Bertoldum prefato Johanni facte pro quodam Georgio, clerico, pro expensis per ipsum Georgium in hospicio et mensa ipsius Johannis consumptis, ad quod idem Bertoldus respondit, quod nichil prefato Johanni teneretur. Vnde, testibus ipsius Johannis, quos super hoc producere curauit, per nos presente dicto Bertoldo rite receptis et examinatis, reperimus, ipsum Bertoldum in prefatis quinque marcis minus vno solido rite et legitime fore obligatum. Quare dictis Johanni et Bertoldo de vtriusque ipsorum consensu proximam diem iuridicam post octauas Epyphanie Domini ad soluendum dictas quinque marcas minus vno solido aut amicabiliter se componere, si posset, pro peremptorio termino duximus statuendum et assignandum, aut in dicto termino sibi prefixo super premissis procedendum, prout de iure. . Ipso vero termino adueniente Bertoldus, nec predictis quinque marcis minus vno solido persolutis, nec cum predicto Johanne, ut premittitur, amicabiliter compositus, et nostris non parens mandatis, nec per se nec responsalem sufficientem in termino et loco sibi per nos assignatis, dudum exspectatus, parere curauit, dicto Johanni sufficienter comparente. Nos (igitur), iusticia exigente et dicto Johanni humiliter instante et comparente ipsiusque Bertoldi contumaciam accusante, dictum Bertoldum reputauimus contumacem et in penam contumacie in scriptis excommunicauimus Bertoldum antedictum. Et ne de sua inobediencia commodum reparare videatur, vobis et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, precipiendo mandamus, quatenus eundem Bertoldum ad instanciam dicti Johannis in penam contumacie per nos excommunicatum singulis diebus dominicis et festiuis in ecclesiis vestris excommunicatum publice nuncietis, ab hiis non cessantes, donec dictus Bertoldus Deo et nobis de contemptu iudicii et dicto Johanni satisfecerit de premissis, et a nobis aliud receperitis in mandatis, reddentes presens nostrum mandatum in signum excommunicacionis per vos facte vestris sigillatum sigillis. Datum Lubeke in curia nostre habitacionis, anno Domini MCCC sexagesimo, in crastino Vincencii martiris, nostro sub sigillo.

Nach einer in № 382 aufgenommenen Abschrift.

Digitized by Google

CCCXLVI.

Eccard, Abt des Klosters Reinfeld, verbietet dem Dietrich, Propst in Neu-Röbel, unter Berufung auf das der Stadt Lübeck ertheilte päpstliche Privilegium, den Lübecker Bürger Johann Steuberg vor sein Gericht zu fordern. 1360. Febr. 17.

Frater Eghardus, abbas monasterii de Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruator ad infrascripta priuilegia honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, a sede apostolica specialiter delegatus. Reuerendo viro. domino Thiderico. preposito ecclesie in Noua Robele Hauelbergensis diocesis, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, nos litteras apostolicas, quarum vna fuit et est graciosa, alia vero executoria, ex parte dictorum consulum et vniuersitatis recepisse in hec verba: *(Folgt Urk.-B. I., 256).* Tenor autem alterius littere executorie fuit et est talis: *(Folgt Urk.-B. I, 257).* Post quarum litterarum recepcionem apostolicarum ex parte . . consulum et vniuersitatis predictorum propositum fuit coram nobis, quod vos, domine . . preposite, tamquam a sede apostolica delegatus, Johannem Steenbergh, ciuem de vniuersitate ciuitatis Lubicensis predicte, non exprimendo ad cuius instanciam, contra tenorem dictorum priuilegiorum ad opidum Robele a fine diocesis Lubicensis vltra vnam dietam distans fecistis in iudicium euocari, prout ex parte dictorum consulum et vniuersitatis per tenorem citacionis vestre nobis fuit facta prompta fides. Quare [nobis] ex parte eorundem . . consulum et vniuersitatis nobis humiliter fuit supplicatum, vt, cum dictus Johannes, eorum conciuis, infra muros dicte ciuitatis coram archidyacono seu preposito eorum paratus sit de se conquerentibus stare iuri, ipsis super hijs de oportuno prouidere remedio dignaremur. Ideoque vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena tenore presencium mandamus, quatenus dictam citacionem vestram, et quidquid aliud contra tenorem priuilegiorum predictorum temere attemptastis, infra spacium trium dierum a recepcione presencium omnino reuocetis et de cetero contra dictum Johannem Steenbergh seu aliquem ciuem de vniuersitate ciuitatis Lubicensis talia non attemptetis: alioquin vos, quem spacio dictorum trium dierum pro trina et canonica monicione premissa in hijs scriptis excommunicamus, excommunicatum denunciari mandemus. Diem vero recepcionis presencium, et quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per cedelam presentibus transfixam vestroque sigillo in signum obediencie mandati

Digitized by Google

huiusmodi sigillatam sub pena excommunicacionis rescribatis antedicta. Hesitanti vero de priuilegijs predictis fidem faciemus Lubeke sufficientem requisiti. Datum in curia nostra ibidem, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Esto michi, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel. Durch ein zweites Siegelband ist die in No. 348 eingefügte Erklärung mit dem Siegel des Propstes angeheftet.

CCCXLVII.

Aufzeichnung über die durch den Rathmann Bertram Vorrad geschehene Auszahlung der von den Kämmereiherren für den Knappen Conrad von Ritzerau erhobenen Gelder. 1360. Nach Febr. 19.

Notum sit, quod Conradus de Rytzerowe, armiger, presens ad librum lucide recognouit, dominum Bertrammum Voorraad, consulem Lubicensem, de illis V$^{c.}$ marcis denariorum lubicensium, quas sui nomine a camerarijs ciuitatis Lubicensis subleuauerat, sibi CCC marcas denariorum lubicensium in aureis lubicensibus presentasse et dedisse, de quibus CCC marcis dimisit eum immonitum penitus atque quitum. Item anno LX, feria sexta ante Purificacionem Marie, recognouit, eundem dominum Bertrammum C marcas denariorum sibi persoluisse. Item LX$^{a.}$ marcas denariorum sibi persoluit in die Cinerum.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuchs.

CCCXLVIII.

Notariatsinstrument über die Behändigung des Schreibens des Abts Eccard von Reinfeld (No. 346) an den Propst Dietrich von Neu-Röbel und des Letzteren Zurücknahme der Citation des Johann Stenberg. 1360. Febr. 23—26.[1]

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione XIII^{a}, mensis Februarij die XXII^{a}, hora nona uel quasi, ‖ pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini pape diuina prouidencia Innocencij VI^{ti}, anno octauo, in mei notarij publici

1) Da 1360 ein Schaltjahr war, so fällt der Sonntag Invocavit auf den 23., so wie der Sonntag Estomihi auf den 16. Februar. Im obigen Notariatsinstrument ist das Datum fälschlich auf den 22. Febr. reducirt, und ein Gleiches scheint mit der feria nach Estomihi (16. Febr. statt des 17.) geschehen zu sein. Vgl. № 346.

Digitized by Google

subscripti ac ‖ testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus coram venerabili viro, domino Thiderico, preposito in Noua Robele Haluelbergensis diocesis, discretus vir Johannes Albi, alias de Lynse, clericus Monasteriensis diocesis, procurator et nomine procuratorio honorabilium virorum, dominorum . . proconsulum et . . consulum ciuitatis Lubicensis, prout in quodam publico instrumento super hoc confecto et per manus Nicolai Ruter, clerici Camynensis diocesis, publici auctoritate notarij imperiali, sub anno Domini MCCC sexagesimo, indictione XIII^a, XVI^a die mensis Februarij, hora quasi vesperarum, conscripto apparet manifeste, quasdam litteras venerabilis viri, fratris Eghardi, abbatis monasterij in Reyneuelde ordinis Cisterciensis Lubicensis diocesis, sub eius pendenti sigillo, prout prima facie apparebat, sigillatas produxit et legit in hec verba: ***(Folgt No. 346).*** Quibus lectis idem Johannes predictum dominum . . prepositum virtute dictarum litterarum requisiuit, vt contenta in dictis litteris facere dignaretur. Quo requisito predictus dominus . . prepositus respondit, quod vellet vti termino monitorio sibi in dictis litteris assignato. Acta sunt hec in domo dotis dicte ecclesie Robele, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, domino Vredeberno Ketelhůd, presbitero, Nicolao Mathake et Hinrico Poggentse, laicis Lubicensibus, alijsque fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis. Adueniente vero dicto termino supradictus dominus . . prepositus pro tribunali sedens quandam cedelam pergameni produxit et legit ipsamque dictis litteris predicti domini . . abbatis sub eius pendenti sigillo affigebat in hec verba:[1] Domine et pater reuerende, frater Egharde,[2] abbas monasterij in Reyneuelde Cisterciensis ordinis, conseruator priuilegiorum honorabilium et discretorum virorum, consulum et vniuersitatis Lubicensis, a sede apostolica, prout asseritis, delegatus. Noueritis, quod nos Thidericus, Dei gracia prepositus in Noua Robele, citacionem per nos contra Johannem Steynbergh,[3] ciuem ciuitatis Lubicensis, factam et alia attemptata, si qua fuerint, ad requisicionem vestri presentis mandati, nobis sub anno Domini MCCC sexagesimo, dominica die, qua cantatur Inuocauit me, hora meridiana uel quasi, per Johannem de Lynsen[4] monasterij diocesis presentati, feria quarta immediate subsequenti, hora prime uel citra, reuocauimus et per presentes reuocamus, ipsam causam, prout nobis commissa extiterat, sedi apostolice remittendo.

1) Das Folgende steht gleichlautend, mit geringer orthographischer Abweichung, auf dem an № 346 gehefteteten Zettel.
2) Hecharde. Original-Z. 3) Stenberg. Ebd. 4) Linsen. Ebd.

Digitized by Google

In cuius rei euidenciam hanc sedulam nostri sigilli munimine presenti vestro mandato duximus affigendam. Acta sunt hec in porticu ecclesie in Noua Robele antedicte, presentibus discretis viris, domino Vredeberno Ketelhûd, presbitero, et Nicolao Mathake ac Hinrico Poggense, laicis Lubicensibus, supradictis, alijsque pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus Munsterman, clericus Zwerinensis diocesis, publicus imperiali notarius auctoritate, dictarum litterarum productioni alijsque omnibus et singulis supra contentis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc formam publicam redegi, quam meis nomine signoque solitis roboraui requisitus in euidenciam testimonij premissorum et vocatus.

In dorso die gleichzeitige Registrande: Obseruancia priuilegiorum consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Originale auf der Trese

CCCXLIX.

Notariatsinstrument über eine vom Priester Johann Krämer von Ribnitz vor versammeltem Rathe zu Lübeck abgegebene Erklärung, dass er unwissend gegen das Privilegium der Stadt de non evocando gefehlt habe, und die darauf hin ihm vom Rathe gewährte Verzeihung. 1360. März 24.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione tredecima, in vigilia Annunciacionis beate virginis Marie, que fuit XXIIII^{a} dies mensis Marcij, hora quasi completorij, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini nostri diuina prouidencia pape Innocencij VI^{ti}, anno octauo, in mei notarij publici subscripti ac testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus coram honorabilibus et discretis viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis in consistorio eorum communiter congregatis, dominus Johannes Institoris de Rybbenitze, presbiter, dixit et publice coram eisdem dominis recognouit, non coactus nec vi uel timore ductus, sed libera voluntate sua motus, quod, quidquid contra eorum et dicte vniuersitatis priuilegia et libertates attemptasset, id non ex certa sciencia, sed racione ignorancie fecisset, petens eosdem dominos . . consules humiliter, vt sibi causa Dei remitterent et indulgerent et in posterum haberent pro indulto sibi et derelicto, quidquid per ipsum contra eos occasione huiusmodi sue ignorancie esset factum et cum effectu attemptatum. Tunc

Digitized by Google

dicti . . consules ad instanciam et rogatum suum moti responderunt: quod ipse quidquam tale contra eos uel eorum aliquem non committeret uel attemptaret in futurum, libenter sibi remittere vellent, quidquid sic, vt premittitur, contra eos et eorum libertates per ipsum foret factum. Quod sibi in continenti condicionaliter dimiserunt. Acta sunt hec in consistorio dominorum . . consulum ciuitatis Lubicensis antedicte, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Thidemanno Smithusen, Thidemanno de Bomgharde et Ottone de Werder, familiaribus dictorum . . consulum, alijsque pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus Munsterman, clericus Zwerinensis diocesis, publicus imperiali notarius auctoritate, premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc formam publicam redegi, quam meis nomine signoque solitis roboraui requisitus per dictos dominos . . consules in testimonium premissorum et rogatus.

In dorso die gleichzeitige Registrande: Confessio quorundam attemptatorum contra priuilegium per ignoranciam factorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

CCCL.

Vicko von Hitzacker, Marschall des Herzogs Erich von Sachsen, bekennt, dass der Rath von Lübeck ihm die ihm von dem Herzog Albrecht von Sachsen überwiesenen 1375 mk. lüb. Pf. bezahlt habe. 1360. März 25.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris Vicko de Hidzacker, marscalcus illustris principis et domini, domini Erici, ‖ ducis Saxonie, salutem cum noticia subscriptorum. Presencium testimonio lucide protestor et recognosco, quod honorabiles viri, domini consules ‖ ciuitatis Lubicensis, illas mille et quadringentas marcas argenteorum lubicensium denariorum minus viginti quinque marcis eorundem denariorum, in quibus ‖ michi tenebantur, quasque illustris princeps et dominus meus, dominus Albertus, dux Saxonie, michi ab ipsis subleuandas demonstrauit, michi ad voluntatem meam integre persoluerunt. De quibus XIIII^{c} minus XXV marcis denariorum predictorum mei ac heredum meorum nomine ipsos . . consules suo ac sue ciuitatis et vniuersitatis nomine

Digitized by Google

quitos dimitto in presentibus penitus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLX, feria secunda post dominicam, qua cantatur Judica me, Deus.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCLI.

Der Rath zu Lübeck bevollmächtigt den Johann von Linzen, den Abt von Reinfeld Eccard zur Geltendmachung des päpstlichen Privilegiums de non evocando gegen den Erzbischof Gottfried von Bremen, welcher die Lübeckischen Bürger Eberhard und Johann Clingenberg vor sein Gericht citirt hatte, aufzufordern und die weiter erforderlichen Schritte vorzunehmen. 1360. Apr. 9.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo, in dictione tridecima, nona die mensis Aprilis, hora completorij uel quasi, pontificatus santissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape sexti, anno octauo, in mei notarij publici subscripti testiumque infrascriptorum presencia constituti honorabiles et discreti viri, domini Hermannus Gallin et Hermannus de Wichkeden, proconsules, Gotscalcus de Warendorpe, Bernardus Oldenborgh et Albertus Junghe, consules, ceterique consules ciuitatis Lubeke, in consistorio dicte ciuitatis congregati, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt discretum virum Johannem de Linze, clericum Monasteriensis diocesis, presentem et onus procuracionis in se sponte (suscipientem), in ipsorum et vniuersitatis eorum sindicum sev procuratorem ac nunctium specialem ad requirendum reuerendum in Christo patrem, dominum Eghardum, abbatem monasterij de Reyneuelde, Cysterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruatorem priuilegiorum eorum, vt mandat[1] sub censura ecclesiastica reuerendo in Christo patre[2] ac domino, domino Gotfrido, sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo, vt reuocet citacionem suam temere contra tenorem priuilegiorum eorum de Euerhardo et Johanne Klinghenbergh fratribus, ciuibus eorum, per eum attemptatam, et mandatum huiusmodi ipsi domino archiepiscopo uel eius commissario dato uel dando presentandum et responsum super huiusmodi mandato ab ipso domino archiepiscopo uel eius commissario petendum et recipiendum et dicto domino conseruatori representandum et

1) l. mandet 2) l. patri.

Digitized by Google

referendum, et sup(er) hijs, si necesse est, coram dicto conseruatore uel eius subdelegato sev quocumque alio iudice competenti dato uel dando ad agendum et defendendum, excipiendum et replicandum etc. *(Folgen die herkömmlichen Vollmachtsformeln).* Acta sunt hec in dicto consistorio, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Johanne Rutensteyn et Nicolao Dapper, ciuibus Lubicensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen) Et ego Nicolaus Ruter, clericus Camynensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi procuratoris constitucioni presens interfui eamque sic fieri vidi et audiui, manu mea propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito signaui rogatus et requisitus in euidens testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Tresse.

CCCLII.

Eccard, Abt von Reinfeld, fordert den Erzbischof Gottfried von Bremen auf, die Citation der beiden Lübecker Bürger Eberhard und Johann Clingenberg vor sein Gericht nach Hamburg zurückzunehmen. 1360. Apr. 10. (Mit angehängtem Widerruf des Erzbischofs. 1360. Apr. 13.)

Reuerendo in Christo patri ac domino, domino Godfrido sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo,[1] frater Eghardus, abbas monasterij in Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruator ad infrascripta priuilegia honorabilibus et discretis viris, dominis . . consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, a sede apostolica specialiter delegatus,[2] salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, ‖ nos litteras apostolicas, quarum vna fuit et est graciosa, alia vero executoria, ex parte dictorum . . consulum et vniuersitatis recepisse in hec verba: *(Folgt U.-B. I, 236).* Tenor autem alterius littere executorie fuit et est talis: *(Folgt U.-B. I, 237).* Post quarum litterarum recepcionem apostolicarum Johannes de Linzen, procurator et procuratorio nomine consulum et vniuersitatis predictorum, proposuit coram nobis, quod vos, domine . . archiepiscope, pater reuerende,[3] auctoritate ordinaria Euerhardum et Johannem fratres dictos Clingenbergh, ciues de vniuer-

1) Der Eingang fehlt.

2) discreto viro, domino Hinrico Koldebeken, olim vicario in ecclesia Lubicensi.

3) quod vos, domine Hinrice, procurastis, quod reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Godfridus, sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus.

Digitized by Google

sitate ciuitatis Lubicensis predicte, contra tenorem dictorum priuilegiorum ad opidum Hamborgh ad instanciam domini Hinrici Coldebeken, olim vicarij in ecclesia Lubicensi, fecistis[1] in iudicium euocari, prout idem procurator per tenorem citacionis vestre[2] nobis fecit promptam fidem. *Ideoque vobis, pater reuerende, in virtute sancte obediencie tenore presencium precipiendo mandamus, quatenus dictam citacionem vestram, et quidquid aliud contra tenorem priuilegiorum predictorum attemptastis, infra spacium trium dierum a recepcione presencium omnino reuocetis et de cetero contra dictos Euerhardum et Johannem fratres dictos Clingenbergh seu aliquem ciuem de vniuersitate ciuitatis Lubicensis predicte talia non attemptetis: alioquin vobis domino archiepiscopo spacio dictorum trium dierum pro terna et canonica monicione premissa ingressum ecclesie interdicimus. Si vero predictum interdictum per alios tres dies prefatos tres immediate sequentes sustinueritis, vos in hijs scriptis eadem monicione premissa suspendimus a diuinis. Verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios tres dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis, quod absit, animo indurato, vos exnunc, prout extunc, in hijs scriptis predicta canonica monicione premissa sentencia excommunicacionis innodamus.[3] Diem vero recepcionis presencium, et quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per cedelam presentibus transfixam vestroque sigillo in signum obediencie mandati nostri huiusmodi sigillatam sub pena[4] rescribatis antedicta. Hesitanti vero de priuilegijs predictis fidem oculatam faciemus Lubeke requisiti. Datum in curia nostra ibidem, anno Domini millesimo CCC sexagesimo, feria sexta proxima post Resurrectionem Domini, nostro sub sigillo.

Domine abbas in Reyneuelde. Nos Godefridus, Dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus, ‖ vobis sub nostro sigillo insinuamus, quod sabbato Quasimodogeniti, quod fuit XI^a^ dies Aprilis, ‖ hora quasi completorij, processus vester nobis fuit publicatus, et licet nulla iurisdicio ‖ vobis competat

1) ad instanciam vestram versus opidum Hamborgh sue Bremensis diocesis contra tenorem dict. priuileg. fecit.
2) per quamdam cedelam papiream citacionis dicti domini archiepiscopi ad instanciam vestram emisse.
3) Statt der Worte von * an heisst es: Ideoque vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos trium dierum spacio pro terna et canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districte auctoritate apostolica precipimus, quatenus a persecucione dicte citacionis infra ttes dies a recepcione presencium omnino desistatis et decetero talia contra Euerhardum et Johannem prediotos seu aliquem ciuem de vniuersitate dicte ciuitatis Lubicensis uel aliquid aliud contra tenorem dictorum priuilegiorum non attemptetis: alioquin vos auctoritate apostolica tamquam molestatorem et perturbatorem dictorum priuilegiorum excommunicatum denunciari mandemus.
4) pena excommunicacionis.

Digitized by Google

virtute priuilegij apostolici, quod pretenditis, sicut apparet cuilibet de iure aliquid scienti, nec idem priuilegium singulares personas ciuium Lubicensium concernat, nec eciam concernit casum presentem et causam appellacionis, de qua agitur, tamen, vt cedamus temeritati superbe propter emulos nostros vos forsitan ad grauamina nostra de facto incitantes, reuocamus per presentes citacionem nostram, et quicquid nos dicitis attemptasse contra ciues Lubicenses in processu vestro expressos et priuilegium antedictum, et ista sub sigillo nostro processui vestro appenso vobis scribimus et eciam destinamus. Datum Hamburgi, anno Domini MCCCLX, feria secunda post Quasimodogeniti, que fuit XIII^a^ dies mensis predicti, hora quasi sexta.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel. Angeheftet ist ein Zettel, mit anhangendem Siegel des Erzbischofs, welcher die obenstehende Erklärung enthält. Ein unter demselben Datum an den Vicar erlassenes, bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautendes Schreiben, gleichfalls mit anhangendem Siegel des Abts, aber ohne angeheftete Erklärung des Vicars (vgl. No. 354 fg.), befindet sich ebendaselbst.

CCCLIII.

Henning, Johann, Radeke und Bertold Cros verkaufen dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck ein Grundstück in dem Dorfe Wangeren auf der Insel Pöl. 1360. Apr. 10.[1]

Vniuersis presentia visuris et audituris nos Henningus Crus senior, Johannes Crus de Tymmendorpe, Radeke Crus et Bartoldus Crus salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus lucide et testamur, ad noticiam omnium, quorum interest vel interesse poterit in futurum, cupientes prouenire,[2] quod mature deliberati cum scitu et consensu omnium heredum et proximorum nostrorum ac consensu omnium, quorum consensus merito fuerat requirendus, pro certa numerata et persoluta pecunia rite et rationabiliter vendidimus et resignauimus et resignamus in hiis scriptis discretis et religiosis viris, fratribus Hinrico Bardewick, magistro domus Sancti Spiritus in Lubeck, Richardo de Hamme et Conrado de Luneborch, et pauperibus in ipsa domo degentibus imperpetuum aream nostram, in villa Wanghe(re)n in terra Pole sitam apud Tymmonem Rugen, et kotam, quam Vinck nunc emit[3] et inhabitat, prout infra suos terminos jacet, cum omni proprietate, libertate, jure et conditione, sicut eam possedimus, tenuimus et habuimus in hunc diem, nihil

1) Vgl. № 137 fg. 254. 2) l. peruenire. 3) l. colit.

Digitized by Google

amplius juris vel proprietatis nobis vel nostris heredibus reseruantes penitus in eadem, cum debita warandia, sicut mos et consuetudo terre postulat et requirit; promittentes omnia et singula premissa firma, rata et grata in perpetuum habere et tenere, et non grata[1] facere vel venire aliqua ratione vel rata,[2] de jure vel de facto. Renuntiamus (etiam) in perpetuum pro nobis nostrisque heredibus ac successoribus exceptioni doli mali, beneficio restitutionis in integrum et omni alteri juris et facti auxilio, per quod contra premissa vel quodlibet premissorum nos possemus defendere quomodolibet vel tueri. In premissorum igitur omnium euidentiam nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, feria sexta post festum Pasche, presentibus domino Hinrico Elmehorst, consule, Degenhardo Hogel et Wernero Liscowen, ciuibus in Wismer, et quam pluribus aliis fidedignis.

Nach einer Abschrift im Copiarius des Heiligen-Geist-Hospitales, Fol. 99b.

CCCLIV.

Notariatsinstrument über die von dem Lübeckischen Vicar Heinrich Coldebeke gegen den Abt von Reinfeld, der ihm in Angelegenheit einer ihm entzogenen Vicarie die Appellation an den erzbischöflichen Sitz Bremen untersagt, und gegen den Erzbischof von Bremen, der sich diesem Verbote durch Zurücknahme der erlassenen Citation gefügt hatte, an den Papst eingelegte Appellation. 1360. Apr. 22.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M̊C̊C̊C̊LX̊, indictione XIII^a^, mensis Aprilis die | XXII^a^, hora completorij uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape sexti, anno octauo, constitutus in mei notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc specialiter | vocatorum et rogatorum presencia discretus vir, dominus Hinricus Coldebeke, perpetuus vicarius ecclesie Lubicensis, habuit in manibus suis quandam papiri cedulam tenorem infrascripte appellacionis continentem, quam me notarium infrascriptum animo prouocandi et appellandi ac apostolos petendi legi fecit in hec verba: In nomine Domini amen. Coram vobis Johanne de Erpensen, clerico Verdensis dyocesis, notario publico, tamquam persona autentica, et testibus fide dignis hic astantibus propono ego

1) l. contra. 2) l. causa.

Digitized by Google

Hinricus Coldebeke, perpetuus vicarius ecclesie Lubicensis, animo prouocandi et appellandi et dico, quod, licet ego Hinricus pridem ex nonnullis grauaminibus, spoliacione et deiectione michi per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Bertrammum, episcopum, ac venerabiles viros et dominos, dominos . . prepositum, . . decanum, canonicos et capitulum dicte Lubicensis ecclesie, factis et illatis in vicaria, quam hactenus in dicta Lubicensi ecclesia obtinui et adhuc animo ciuiliter obtineo, ex iustis, veris et legitimis causis in scriptis et infra debitum iuris tempus a tempore et temporibus illati et illatorum grauaminis et grauaminum ac spoliacionis et deiectionis predictarum contra Euerhardum et Johannem Clinghenbergh fratres, ciues Lubicenses, grauamen, grauamina, spoliacionem et deiectionem huiusmodi a predicta vicaria mea michi inferentes et inferri procurantes, mandantes et ratumhabentes, ad reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Godfridum, sancte Bremensis ecclesie archiepiscopum, et sanctam sedem metropoliticam Bremensem appellauerim pluries et sepius ac apostolos sepe et sepius vno contextu cum debita instancia et in forma iuris pecierim, dictique apostoli expresse extiterint denegati, egoque appellaciones per me interpositas prefato domino . . archiepiscopo Bremensi cum alijs actis in huiusmodi causa actitatis reuerenter presentauerim, idemque dominus archiepiscopus appellacionibus meis et actis visis et diligenter considerato et attento, quod ex iustis, veris et legitimis causis eedem appellaciones mee fuerint et sint interposite, Euerhardum et Johannem Clinghenbergh fratres, ciues Lubicenses predictos, ad certum peremptorium terminum competentem et ad instanciam mei decreuerit citandos ac citauerit et citari mandauerit, citatique fuerint peremptorie inuenti personaliter et apprehensi in ciuitate et ecclesia Lubicensi, sicut hec omnia et singula premissa in litteris, instrumentis et actis super hijs conscriptis, confectis et sigillatis, ad quas et que me pro presenti refero, et que hic insero et haberi volo pro insertis, plenius continentur: tamen religiosus vir, frater Eghardus, abbas monasterij in Reyneuelde Cysterciensis ordinis Lubicensis dyocesis, pretendens se conseruatorem et executorem super quibusdam priuilegijs per prudentes viros, . . consules et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis, pretensis a sede apostolica et felicis recordacionis papa Allexandro specialiter delegatum eisdem, in quibus caueri dicitur et contineri, quod nulli ordinarij necnon delegati, subdelegati, executores seu conseruatores a sede apostolica vel eius legatis dati . . consules et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis predicte extra muros sepedicte sue ciuitatis ad ecclesiastica iudicia euocari presumant absque mandato sedis apo-

Digitized by Google

stolice speciali de hoc indulto plenam de verbo ad verbum mencionem faciente, dummodo parati sint coram archidiacono Lubicensi de eis conquerentibus iusticie plenitudinem exhiberi, non obstantibus aliquibus litteris seu indulgencijs a sede apostolica impetratis seu impetrandis, per quas priuilegia per eos pretensa valeant impediri, decretumque eciam in predictis pretensis priuilegijs dicatur, quod, si aliquid contra tenorem ostense concessionis eorundem a quoquam extiterit presumptum propria temeritate, sit irritum et inane, et quod, si forsan alique sentencie per ordinarios iudices vel delegatos, subdelegatos, executores seu conseruatores a sede apostolica vel eius legatis datos in ipsos . . consules seu vniuersitatem Lubicensem hac occasione prolate fuerint, nullum robur obtineant firmitatis, mandauit prefato venerabili patri, domino Godfrido, archiepiscopo Bremensi, sub certis penis, vt predictam citacionem ad instanciam meam in causa seu causis appellacionis et appellacionum ad eum et sedem metropoliticam Bremensem per me contra predictos ciues interposite et interpositarum delatis decretam et emissam infra certum terminum sibi prefixum anullaret et reuocaret, michique eciam idem abbas sub pena excommunicacionis precepit, vt a persecutione dicte citacionis infra tres dies omnino desisterem et de cetero talia contra Euerhardum et Johannem predictos seu aliquem ciuem de vniuersitate dicte ciuitatis Lubicensis vel aliquid aliud contra tenorem dictorum priuilegiorum non attemptarem, alioquin me auctoritate apostolica tamquam molestatorem et perturbatorem dictorum priuilegiorum excommunicatum denunciari mandauit, sicut premissa eciam in litteris et processibus predicti abbatis in Reyneuelde, ad quas et que me pro presenti refero, et que hic insero et haberi volo pro insertis, plenius continentur; verum cum predictus abbas nulla cause cognicione aut citacione legitima seu iuris ordine obseruatis ac eciam die feri[m]ata, scilicet sexta feria proxima post et infra Resurrectionem Domini, de anno Domini M̄CC̄C̄LX̄, huius(modi) processus contra prefatum dominum archiepiscopum Bremensem et me promulgauerit perperam et inique, presertim cum priuilegia pretensa, et si forsan . . consulibus et vniuersitati Lubicensi predicte essent concessa, non tamen singulis de vniuersitate sepedicte ciuitatis Lubicensis sint concessa nec ad eos extenduntur nec extendi possunt neque potuerunt nec poterunt, neque in causis ad archiepiscopum et sedem metropoliticam Bremensem per appellacionem seu appellaciones delatis huiusmodi priuilegia pretensa locum habere possunt nec potuerunt nec poterunt, neque iurisdictionem archiepiscopi et sedis metropolitice tollere seu annullare aut absorbere possunt neq potuerunt nec poterunt, cum priuilegia sine preiudicio

Digitized by Google

iuris alterius concedantur et intelligi debeant esse concessa, dictaque eciam priuilegia per actus contrarios seu actum contrarium perdita sint et sublata, prefatusque eciam dominus archiepiscopus Bremensis pretextu priuilegiorum, processuum et mandatorum per predictum dominum abbatem fulminatorum ac sentenciarum et penarum in eisdem processibus contentarum predictam citacionem ac omnia alia et singula quoad predictos ciues subsecuta sustulit et reuocauit indebite et minus iuste: ex premissis igitur sentiens me indebite et iniuste fore grauatum timensque verisimiliter me posse forcius aggrauari in futurum propter predictas causas et raciones et earum quamlibet, a predictis grauaminibus et eorum quolibet michi illatis per abbatem et ciues predictos et eorum quemlibet nec non per predictum reuerendum patrem, archiepiscopum Bremensem, ad sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum nostrum papam Innocentium sextum, et ad sanctam sedem apostolicam nomine meo et omnium michi adherencium et adherere volencium in hijs scriptis prouoco et appello et apostolos peto primo instanter, secundo instancius, tercio instantissime, et cum debita instancia michi dari peto, si sit qui eos michi dare posset et velit, submittens me ac omnes michi adherentes et adherere volentes ac predictam vicariam meam ceteraque bona mea ecclesiastica et mundana, mobilia et inmobilia, statum, res et personam ac omnium michi adherencium et adherere volencium protectioni predicti domini nostri pape et sedis apostolice antedicte, et protestor de intimacione, notificacione presentis appellacionis ac apostolorum peticione faciendis dominis . . abbati, . . archiepiscopo, Euerhardo et Johanne,[1] fratribus predictis, ac omnibus alijs et singulis, quorum interest, loco et tempore oportunis. Item protestor de iure addendi et corrigendi etc., et quod salue maneant michi omnia iuris remedia alijs appellantibus a iure concessa. Lecta et interposita est hec presens appellacio in ciuitate Lubicensi predicta in vico ducum et in domo, in qua dominus Hinricus Zack, perpetuus vicarius dicte Lubicensis ecclesie, inhabitare consueuit, anno Domini, indictione et omnibus alijs supradictis, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Vredeberno Ketellhůt, rectore in Nyencop Verdensis dyocesis, Godfrido Bock et predicto Hinrico Zack, perpetuis vicariis dicte Lubicensis ecclesie, et Euerhardo de Můnstere, presbitero Lubicensi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes de Erpensen, clericus Verdensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus et singulis premissis

1) l. Johanni

Digitized by Google

vna cum predictis testibus presens fui eaque fieri vidi et audiui et in hanc formam publicam redegi, quam meis signo et nomine solitis et consuetis signaui, requisitus et rogatus per eundem dominum Hinricum, in testimonium omnium et singulorum premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

CCCLV.

Eccard, Abt zu Reinfeld, trägt allen Rectoren der Kirchen in den Diöcesen Bremen, Lübeck, Ratzeburg, Schwerin und Camin auf, den ehemaligen Vicar Heinrich Coldebeke, weil er von der Evocation der Lübeckischen Bürger Johann und Eberhard Clingenberg nicht abgelassen habe, auf den nächsten 3. Mai vor sein Gericht zu citiren. 1360. Apr. 22.

Frater Eghardus, abbas monasterij in Reynevelde Cysterciensis ordinis Lubicensis dyocesis, conseruator super nonnulla priuilegia honorabilibus ‖ et discretis viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis a sede apostolica specialiter deputatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum rectoribus uel eorum vices gerentibus necnon presbiteris et clericis ac notarijs publicis quibuscumque per Bremensem, Lubicensem, Raceburgensem, Zwerinensem et Camy‖nensem ciuitates et dioceses ac alias vbilibet constitutis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum spacio pro trina et canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districte precipimus, quatenus accedatis, quo propter hoc fuerit accedendum, citetis dominum Hinricum Koldebeken, olim vicarium in ecclesia Lubicensi, personaliter, si copiam eius habere poteritis, alioquin in hospicio habitacionis sue et in ecclesiis vestris publice de ambone, quem et nos eciam tenore presencium sic citamus, vt feria tercia proxima post dominicam, qua cantatur Cantate, in curia nostra Lubicensi compareat legitime coram nobis ad dicendum causam racionabilem, quare non debet excommunicatus publice denunctiari sentencia excommunicacionis, qua ligatus est pro eo, quod in termino sibi per nos sub pena excommunicacionis in scriptis in eum late prefixo dudum elapso a citacione per eum de Euerhardo et Johanne fratribus dictis Clingenbergh, ciuibus vniuersitatis dicte ciuitatis Lubicensis, contra tenorem dictorum priuilegiorum procurata desistere contumaciter non curauit neque curat: alioquin procedemus ad premissa, prout

Digitized by Google

iustum fuerit, ipsius absencia sev contumacia non obstante. Diem vero citacionis, uel quidquit inde duxeritis faciendum, nobis per cedulas presentibus transfixas vestrisque sigillis sev signis publicis sigillatas sev signatas rescribatis. Hesitanti vero de iurisdictione nostra fidem faciemus in dicta curia nostra Lubicensi requisiti. Datum in Reynevelde, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, feria quarta post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini, nostro sub sigillo.

In dorso: Citacio contra partem.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Abtes.

CCCLVI.

Die Knappen Henning Kotelnberg, Heino Vlaming und Heino Wolf versprechen, zur Sühne für den bei der Gefangennahme des Knappen Johann von der Wisch verübten Gewaltstreich der Stadt Lübeck auf acht Wochen mit 50 Gewaffneten zu dienen 1360. Apr. 25.

Sciant omnes, ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos Hennighus Kothelenbergh, Heyno Vlamigh et Heyno Wlf in emendam excessus nostri perpetrati contra honorabiles viros, dominos . . consules et ciuitatem Lubicensem, in eo quod exiuimus et reintrauimus ciuitatem eorum duranteque nostro conductu captiuauimus famosum virum Johannem dictum de Wisch, promisimus[1] ac presencialiter promittimus[2] predictis dominis . . consulibus et communitati ciuium Lubicensium,[3] et ad manus eorum Thid(erico) Dvnker. aduocato, et Eghardo Schiphorst, marscalco eorum,[4] quod, quandocunque, vbicunque et contra quoscunque requisiti fuerimus, excepto illustre domino nostro, rege Dacie,[5] seruire volumus et debemus ipsis dominis . . consulibus[6] et vniuersitati ciuitatis Lubicensis[7] cum triginta viris armatis per spacium octo septimanarum sub nostris[8] periculo et labore, sed sub expensis et lucro ciuitatis memorate.[9] Quod promisimus ac per presentes promittimus vna cum compromissoribus nostris infrascriptis. Et nos Hinricus de Bůcwolde, miles, Ywanus de Krummendyke dictus Witte Ywen, Lambertus de Widdole et Marquardus, frater domini Hinrici supradicti, dicti de Buewolde, famuli, publice profitemur in

1) promisi. M 357. 2) promitto. Ebd. 3) vniuersitati ciuitatis Lubicensis. Ebd. 4) eorundem. Ebd. 5) quoscunque, dominis meis Hinrico, Nicolao et Adolfo, nobilibus comitibus Holtzacie et Stormarie, fratribus, duntaxat exceptis, per predictos dominos . . consules requisitus fuero. Ebd. 6) volo et debeo eisdem. Ebd. 7) predicte ciuitatis. Ebd. 8) meo sub. Ebd. 9) supradicte. Ebd.

Digitized by Google

hijs scriptis, nos vna cum prenominatis Hennigho, Heynone et Heynone insolidum et data fide promisisse omnia, que premittuntur, firmiter obseruari. Insuper recognoscimus per presentes, quod pro jurata orueyda dominis . . consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis predictis facta per predictos Hennighum Kotelenbergh, Heynonem Vlamigh et Heynonem Wlf, qui hanc orueydam iurauerunt pro eo, quod capti et detenti fuerant in vinculis ciuitatis, et omnibus alijs causis emergentibus de excessu supradicto manu in manum promisimus ipsis dominis . . consulibus ac vniuersitati ciuitatis Lubicensis, et ad manus eorum predictis Thid(erico) et Eghardo, aduocato et marscalco eorum, ac promittimus per presentes, quod prelibata orueyda per predictos Hennighum, Heynonem et Heynonem facta per eosdem et omnes amicos suos natos et nascituros dolo postergato inuiolabiliter debet obseruari. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis predictorum Hennighi, Heynonis et Heynonis ex cuiuslibet nostrum iussu atque certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLX, in die beati Marci ewangeliste.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit den anhangenden Siegeln des Johann Kotelnberg, Heino Vlaming (No. 1. 2), Ywan Krummendik, Heinrich und Marquard von Buckwald (No. 5—7). No. 3 u. 4 sind von den Siegelbändern abgesprungen, jedoch liegt das Siegel Lambert von Buckwald's verbröckelt, aber kenntlich, bei.

CCCLVII.

Gleiches Versprechen des Knappen Johann von der Wisch. 1360. Apr. 25.

Ego Johannes dictus de Wisch, famulus, pub(li)ce protestor in hijs scriptis, quod in emendam excessus, quem habuerunt contra honorabiles viros, dominos . . consules ‖ et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis, famosi famuli Henninghus Kothelenbergh, Heyno Vlamigh et Heyno Wlf racione captiuitatis mee, promisi *(Das Folgende wie No. 356, mit den daselbst angegebenen Abweichungen)* supradicte. Super hijs quidem sic firmiter obseruandis vna mecum promiserunt compromissores mei infrascripti. Et nos Nicolaus Splyt, Sifridus de Plone, milites, Wlf dictus Poggewisch, Marquardus et Arnoldus dicti de Wisch, famuli, [dicti de Wisch] publice profitemur in hijs scriptis, nos vna cum prenominato Johanne de Wisch in solidum et data fide promisisse predictis dominis . . consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, et ad manus eorum memoratis

Digitized by Google

Thiderico et Eghardo, familiaribus eorum, omnia et singula, que premittuntur, firmiter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla omnium nostrum ex cuiuslibet *(wie No. 356)*.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden sechs Siegeln.

CCCLVIII.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, urkundet über den Abschluss eines Friedensvertrages mit der Stadt Lübeck auf ein Jahr. 1360. Mai 6.

Vy Erich, van gnade Godes herteghe to Sassen, to Engheren vnde Westfalen. Bekennen openbare ‖ in desser scrift, dat wy mit den erebaren mannen, den ratmannen vnde der menheyt der stat to Lubeke, ‖ hebben ghemaket ene endracht in desser wise, dat wy van dessem daghe anstande wente to Pinxsten neghest to komende vordover en iar ere vyent nicht werden scolen, noch se vse. Vnde were dat binnen desser vorsprokenen tyd anders iemant vse vyent worde, vnde vse slote beleghet worden in vseme lande to Sassen van den svluen vse vyenden, den ne scolen se neuerleye hulpe don noch spysen vte erer stat bi erer witscap, men vs vnde den vsen scolen se spise gheuen vmme vse penninghe, wanne vnde wor vs des not is in vseme lande to Sassen. Vortmer were dat binnen desser tyd, de wyle dat desse endracht waret, twischen vsen vrunden, id weren heren edder vse man, vnde den van Lubeke ienich schelinghe opstunde, dar de van Lubeke se vmme schuldeghen wolden, vnde kone wy en van vsen vrunden helpen in minne edder in rechte, also vele, alse ensuluen vnde vs dvnket dat redelik sy, des en scolen se vs nicht enthoren. Vortmer were, des God nicht ne wille, dat vse here, de konigh van Denemarken, binnen desser endracht der heren vyent van Lubeke wolde werden, so mochte wy vseme heren vorghenomet alsodan denest don in Denemarken, alse wy eme plichtich sin van den sloten vnde landen, de wy van eme hebben, auer in vseme lande to Sassen scole wy mit sloten, mit lande vnde mit luden binnen desser tyd ere vyent nimmer werden. Dat hebbe wy ghelouet vnde louen in desser scrift den vorbenomeden heren ratmannen vnde menheyt der stat to Lubeke, vnde to erer hant hern Johan Wyttenborghes, hern Herman van Wickede vnde hern Bertramme Voraad, vnde se vs wedder, to holdende stede, vast vnde vntobroken. In ene openbare tuch-

Digitized by Google

nisse desser dingh so is vse ingheseghel ghehanghen to dessem breue. Desser dinghe tughe sin de dûchteghe lude, vse leuen man, Dethlef van Parkentyn, ridder; Vicke van Hidzaker, vse marscalk, Hartwich van Rytzerowe de eldere, Hinrik vnde Wasmod Schacke, Hennigh Meynerstorpe vnde Dethlef van Gronowe, knapen. Ghegheuen to Lubeke, na Godes bort drytteynhunder jar in deme sosteghesten jare, in sunte Johannes daghe vor der Porten.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCLIX.

Conrad von Ritzerau bescheinigt, von dem Rathe von Lübeck 1000 mk Pf. für den Herzog Albrecht von Sachsen empfangen zu haben. 1360 Mai 26.

Sciant omnes, ad quos peruenerit presens scriptum, quod ego Conradus de Ritzerowe recepi a discretis et honestis | viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, mille marcas argenteorum denariorum ex parte illustris domini mei, domini Alberti, | ducis Saxonie, vnde eosdem dominos . . consules et vniuersitatem ciuium Lubicensium quitos et solutos dimitto per presentes. | In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̂C̊C̊C̊LX̊, feria tercia in Penthecoste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCLX.

Willkür der Paternostermacher. 1360. Mai 31.

Anno Domini MCCC sexagesimo, dominica Trinitatis.

Dit is der paternostermaker recht, dat scholen see holden also langhe, also dat den heren behaghet.

Nen denstknecht scal sten kopen behaluen sinen heren to der hand, bi III mark silueres.

Nen man schal arbeiden bi nacht in vseme ammethe, bi III mark siluers.

Nen man schal des hilghen auendes lengher arbeiden, meer bet to nachtsanghes tid, bi III mark siluers.

Vortmer, hedde iemend buten vsem ammethe suluen sten, den schal em nemend arbeiden in vseme ammethe, bi III mark siluers.

Digitized by Google

Nen knecht noch maghet scal van eren heren varen, see en seggen en vore to to rechter tid, verteinacht vor Paschen ofte verteinacht vor sunte Michaeles daghe, bi III mark silueres.

Nen man schal mer holden men twe lere junghen, bi III mark silueres.

Nen man schal sines sulues werden, he ne hebbe twintich mark penninghe vnuorborghet.

Nen knape schal des nachtes vte slapen, bi x schillinghe weddes.

Aelteste Wettebuch, Fol. 9.

CCCLXI.

Kaiser Karl IV. weis't die Stadt Lübeck an, ihre jährliche Reichssteuer für das Jahr 1360 an den Herzog Rudolph von Sachsen zu entrichten. 1360. Jun. 13.

Karolus IV^tus. etc. Proconsulibus, consulibus et vniuersitati ciuium ciuitatis Lubicensis, suis et imperij sacri fidelibus dilectis,[1] graciam etc. Fideles dilecti.[2] Censum siue steuram, quem seu quam ciuitas Lubicensis sacro imperio actenus soluere consueuit, illustri Rudolpho, duci Saxonie, sacri imperii archimarscallo, principi et consanguineo nostro dilecto, pro anno presenti[3] duximus deputandam, fidelitati vestre mandantes et iniungentes presentibus seriose, quatenus censum predictum seu steuram nomine ciuitatis predicte[4] sibi aut ei, quem vobis destinandum duxerit, de anno presenti[5] expedire et soluere debeatis. Nam dum sibi aut suo nuncio solucio talis facta fuerit, et per suas litteras inde constare potuerit, vos de antedicto censu vel steura pro anno presenti quitamus, absoluimus et presentibus liberos dicimus et solutos,[6] supplentes omnem defectum, qui in huiusmodi quitantia reperiri valeret, de plenitudine imperatorie potestatis. Presencium etc. Datum Prage etc., anno LX, indictione XIIII,[7] Idus Junii, regnorum XIIII, imperii VI. Per dominum imperatorem cancellarius.

Nach dem Abdrucke ex diplomatario Caroli IV. in Glafey Anecdotorum collectio p. 295 sq. Ebd. p. 204 sq. eine bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautende Anweisung für die Jahre 1361—63 von demselben Tage.

1) Dilectis fidelibus. 2) Die Anrede fehlt.
3) pro annis Domini videlicet millesimo CCCLXI et MCCCLXII ac MCCCLXIII.
4) vestre. 5) toto antedicto triennio.
6) steura quitamus, absoluimus et absolutos dicimus pro toto triennali spacio, ut prefertur.
7) XIII.

Digitized by Google

CCCLXII.

Der Rath von Mölln verpflichtet sich, die bisher den Herzogen von Sachsen jährlich gezahlten 40 m̃ für die Zukunft dem Rathe von Lübeck zu entrichten. 1360. Jun. 24.

Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, nos consules opidi Molne cupimus fore notum, quod quadraginta marcarum redditus, ‖ quos annuatim dare consueuimus illustribus principibus, dominis nostris, dominis Alberto et Erico, ducibus Saxonie, ac eorum ‖ progenitoribus, dominis nostris, nos redditus annue omni festo beati Martini episcopi hyemalis dare tenemur et promittimus per presentes ‖ honorabilibus et discretis viris, dominis nostris, . . consulibus et ciuitati Lubicensi, in omni modo, forma et condicione, quibus dare consueuimus dominis nostris, ducibus supradictis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̃CC̃C̃LX̃, ipso die Natiuitatis beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CCCLXIII.

Der in der Vogtei Mölln landsässige Adel verpflichtet sich zur Treue und zum Gehorsam gegen die Stadt Lübeck. 1360. Jul. 6.

Nos Hartwicus dictus de Crummesse, Ditlenus de Parkentyn, milites; Hartwicus de Rytzerowe senior, Noteman de Parkentyn, Walrauen ‖ et Elerus dicti de Duuensee, Marquardus et Volradus dicti de Tzvle, Make Mughesfeld, Hinricus filius domini Hinrici de Crummesse, Eghardus filius ‖ domini Eghardi de Crummesse, Hartwicus de Rytzerowe junior et Heyneke Kvlsingh, armigeri. Recognoscimus per presentes lucide protestando, quod nos honorabilibus viris, dominis . proconsulibus, . . consulibus et ciuitati Lubicensi, in omnibus et singulis articulis faciendis obedientes esse volumus et debemus et ipsis in omnibus facere cum effectu, quemadmodum illustri principi et domino nostro, gracioso domino Alberto, duci Saxonie, fecimus hactenus et obediuimus, et facere, quidquid ipsi preceperint, nisi hoc sit contra dominum nostrum supradictum. Volumus eciam et debemus coram ipsis . . consulibus in jure contentari, nec aliquis nostrum aliquam veydam, dissensionem seu gwerras contra aliquos extraneos facere debet seu mouere seu eciam habenti vel habentibus

Digitized by Google

gwerras aut veydas equitare nec subsidium prestare aliquale. Si vero aliquis vel aliqui nostrum aliquod istorum faceret, nisi hoc cum dictorum consulum scitu, voluntate fuerit et consensu, illum vel illos dicti . . consules Lubicenses preplacitare non tenentur neque debent, saluo tamen nostro jure in alijs bonis nostris extra aduocaciam in Molne situatis, videlicet que in territorio aliorum dominorum terre habere dinoscimur, quia de talibus bonis dominis nostris, in quorum territorio habemus eadem, obedire poterimus et seruire. Si vero aliqui super hoc nos vel nostrorum aliquem presumpserint infestare et bona nostra inuadere manu hostili, quamuis libenter faceremus iusticiam coram dominis . . consulibus supradictis, ex tunc, cum ipsi consules per peticiones et litteras suas defendere nos non poterint et preplacitare, nolentes propter nos gwerram aliquam inchoare, et nobis licenciam dederint seu nos resignauerint, possumus tunc nos [tunc] vocatis amicis nostris nos defendere et resistere inimicis nostris supradictis. Hec autem obediencia et singula premissa durabunt firmiter, quamdiu ipsi . . consules nos decreuerint preplacitare, et nos cum eis racione premissorum poterimus concordare. Ad hec premissa omnia et singula firmiter obseruanda nos astringimus per presentes. Quare in euidencius testimonium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, octaua die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit anhangenden zehn Siegeln. Es fehlen von den Bändern die Siegel des Noteman Parkentin (No 4), Eccard Crummesse (No. 11) und Heyneke Kuling (No. 13). An der Stelle von No. 2 (Detlev von Parkentin) hängt ein Schild der Familie Ritzerau mit undeutlicher Umschrift.

CCCLXIV.

Waldemar IV., König von Dänemark, ertheilt den gemeinen Kaufleuten, insbesondere den Lübeckern, Sicherheit in seinem Lande. 1360. Jul. 10.

Wy Waldemar, van Ghodes gnaden choning to Denemarken. Grêten alle koplude vnde don wetenlike allen ‖ den, de dessen bref seen edder hôren lesen, sedder deme male, dat vs Got to vsem erue, alse to Skone, beholpen ‖ heft, dat wi na vnser vrûnde vnde maghe, vnd ok vnserer[1] hôuetlude vnde vser manne, de vser ratgheuen sint ‖ vnd nv̄ med vs up deme velde ligghen vnd med vs sint, des to rade sint worden, dat wy de meynen koplude vnde

1) Im Or. steht *vnserr* und über dem letzten *r* ein kleines *e*.

Digitized by Google

sthede, vnde sonderliken de van Lubeke, de vse lande med vrede vnd med erer copmanscap soeken, vnde de vs vnd den vsen nicht schaden wellen, vnd war see sik nicht vorbreken, heghen vnde schermen wellen. Des leyde wi vnde veliken see vor vs vnde vor de vsen, vnde ok vor alle de yenen, de dor vsen willen don edder laten wellen. Vnde des to orkónde vnde to merer sekerhet senden wi ouer tu Dutschen landen to den steden bi der see dessen bref vorseghelt up deme rucke med vsem ingheseghel. Desser bref is screuen vnde gheuen vor dem slote to Helssingheborch, na Ghodes bórd dusent jar dre hundert jar dar na in deme sestighestem jare, an deme nechsten Vrithaghe vore sunte Margarethen daghe der hilighen juncvrowen.

Nach dem Originale auf der Trese, mit rückwärts aufgedrücktem Secret.

CCCLXV.

Entwurf einer Aussöhnung des Königs Waldemar IV. von Dänemark mit Lübeck, unter Bestätigung aller bisherigen von den dänischen Königen der Stadt gewährten Privilegien. O. J. (1360.)[1]

Waldemarus etc. Euidenter notum esse volumus vniuersis, quod nos, anno Domini etc., die et loco tali constituti, cum nunciis veris et autenticis honorabilium virorum, consulum et tocius vniuersitatis ciuitatis Lubicensis, ad nos ibidem missis, placitauimus (et) concordauimus in hunc modum: Primo videlicet, quod omnes et singule dissenciones, rancores, controuersie aut discordie, si que inter nos aut nostros vasallos, exceptis tamen proscriptis memorate ciuitatis,[2] ex vna, et predictos consules, ciues et ciuitatem, parte ex altera, hactenus mote sunt vel habite quomodolibet et ex quacunque causa, in amicicia tertia nunc vice[3] sopite et sedate sunt penitus et omnino. Nosque, ex speciali fauore et amicicia amplectentes eosdem, omnia et singula priuilegia, ipsis ciuibus Lubicensibus quecunque, quantum[4] et quomodocunque per nos, progenitores seu predecessores nostros indulta, nullis omnino exceptis, confirmando approbamus et approbando confirmamus, in suis viribus, iuribus et articulis perpetuis temporibus inuiolabiliter et irrefragabiliter duratura. Preterea promittimus

1) Vgl. № 364 und Sartorius Urk. Gesch. II. S. 476 fgg. 480 A. 1.
2) Ganz verwischt. Sartorius. S. 481 Anm. a
3) Auch fast gänzlich ausgelöscht. Ebd. Anm. b. Vielleicht *certa nunc vice?*
4) l. quandocunque.

Digitized by Google

firmiter in hijs scriptis, quod, si fortassis inter nos, ex vna, et quosdam alios dominos, ex altera parte, aut fortasse,[1] ex vna, et ciues Lubicenses, parte ex altera, aliqua causa vel casu aliquo emergente, dissenciones, insidias seu inimicicias, quod absit, euenire aut suboriri contingat, ipsis preintimabimus et ipsos ad vnum annum, antequam eisdem aut eorum alicui dampna aliqua inferemus vel inferri faciemus, incantabimus[2] manifeste. Vt autem premissa omnia et singula etc.

Nach dem Abdrucke bei Sartorius Urk. Gesch. II. S. 481 fgg., welcher einem im Rostocker Archive bewahrten Entwurfe auf Papier entnommen ist.

CCCLXVI.

Entwurf eines Freibriefs des Königs Waldemar IV. von Dänemark für Lübeck, Rostock, Wismar, Stralsund und Greifswalde. O. J. (1360.)[3]

Waldemarus, Dei gracia Danorum Sclauorumque rex. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam. Sincere benignitatis exhibicio, quam burgenses ciuitatum Lubeke, Wysmer, Rozstoch, Stralessund et Grypeswold nobis et predecessoribus nostris, regibus Dacie, [se] frequenter exhibere studuerunt, nos allicit et inducit ipsis impendere munus gracie singularis. Nouerint igitur vniuersi, quod nos ipsis honorabilibus viris, consulibus et vniuersis ciuibus ciuitatum predictarum, ac eorum nunciis nobis dilectis et nichilo minus[4] mercatoribus per quoscunque regni et dominii nostri terminos in Flandriam aut alias ire volentibus, ad quascunque prouincias cum rebus et mercimoniis suis quibuscunque eundi pariter et redeundi, quorsum et quociens ipsis placuerit, tam per aquas quam per terras, et in regno ac dominio nostro vndique moram faciendi seu manendi, quando et quamdiu voluerint, et inibi mercimonia more solito educendi sub nostro, heredum et successorum nostrorum securo conductu liberam et plenam concedimus facultatem. Promittimus insuper per presentes, quod, si dicti ciues aut eorum nuncii vel aliquis mercator infra regni nostri et dominii terminos, quod absit, bona aliqua amiserint spolio vel rapina, aut si fortassis bona eorum spoliata in mari aut alias ad nostrum regnum et dominium perducta fuerint, contra ipsorum iniuriatores aut dictorum bonorum occupatores debito iusticie rigore vsque ad plenam

1) Hier fehlt etwa: alios dominos.
2) l. incautabimus.
3) Vgl. № 365 A. 1.
4) = nec minus. Sartorius S. 480 Anm. a.

Digitized by Google

restitucionem et satisfactionem condigare,[1] ac si rapuisse(n)t res et propria nostra bona, pro huiusmodi violenciis districtius procedemus, ipsosque ciues et mercatores predictos tam in mari quam in regno et dominio nostro seu terris nostris a piratarum et raptorum infestationibus pro toto nostro posse defendemus, obligantes ad hoc nos, nostros heredes et successores per presentes. Eosdem eciam ciues et eorum nuncios in et intra regni ac dominiorum nostrorum terminos ab omni consuetudine seu iure emendi terram sepulture, quod vulgariter dicitur artkop, liberos presentibus et exemptos penitus esse volumus, sic quod, si ibidem aliquem vel aliquos ex ipsis mori contigerit, eorum heredes vel testamentarii de bonis defunctorum omnium decedentium libere se intromittere, et quorsum velint, ducere valeant, predicto jure aut alia qualibet consuetudine non obstante. Volumus insuper modis omnibus, vt, si quemquam ex dictis ciuibus aut eorum nunciis vel eciam quemcunque alium mercatorem casu infortunato circa ripas et metas infra regni nostri et dominii limites naufragium pati contigerit, bona et res, que vel quas per se vel per alios saluare poterit, eciam si extra regni et dominii nostri terras vbicumque naufragium acciderit, bona vero et res si regni et dominii nostri metis et ripis applicuerint ex euentu, ille et sui heredes, cuius vel quorum ante naufragium fuerunt, libere rehabeat et possideat pacifice et quiete, nullo prorsus ex parte nostra seu nostrorum impedimento eis in contrarium obuiante. Et si aliquis vel aliqui seu eciam omnes, quibus huiusmodi bona vbicumque passa naufragium et ad litora nostri regni et dominii appulsa pertinuerunt, submergi vel aliter mori contigerit, nichilominus nos aut aduocati nostri et officiales in illis partibus talia bona saluabimus et conseruabimus fideliter et restituemus heredibus predictorum submersorum aut mortuorum, quibus pertinuerunt ante naufragium, si qui infra annum et diem venerint cum literis ciuitatis illius, de qua fuerunt bona illa naufraga aut persona defuncta, testantibus, quod sint heredes legitimi ad bona prenotata; districtius prohibentes aduocatis ac aliis nostris, quocumque nomine censeantur, officiatis, ut contra tenorem presencium quicquam facere non audeant nec presumant, sicut vitare voluerint regiam vltionem. Vt autem premissa etc.

Nach einem demselben Papierblatte, wie No 365, entnommenen Abdrucke bei Sartorius Urk. Gesch. II. S. 480 fgg.

---

1) Sartorius Ebd. Anm b. = condicere. Der Zusammenhang des Satzes fordert vielmehr *condignam*.

Digitized by Google

CCCLXVII.

Der Knappe Siegfried von Buchwald schwört dem Rathe von Lübeck Urfehde. 1360. Jul. 18.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Syfridus de Bocwolde, famulus, filius longi Syfridi de Bocwolde dicti de Malckendorpe, salutem in Domino. Tenore presencium recognosco publice profitendo, me fecisse | et iurasse honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, pro eo, quod ego, captus per aduocatum eorum, | positus fueram ad turrim, veram orueydiam pro me meisque natis et nascendis, ac omnibus alijs, qui quicquam facere seu dimittere voluerint mei causa, ita quod nec ego nec quisquam nomine mei, directe uel indirecte, publice uel occulte, ipsis consulibus, ciuitati, ciuibus aut familiaribus eorundem vllo vmquam tempore propter premissas causas et emergentes ex eisdem vlla mala inferre debeam, offensas uel aliqualiter vindicare. Et nos Hinricus Wesenberch, Volradus Tralouwe et Lemmeke de Bocwolde de Widóle predictis dominis . . consulibus ad manus honorabilium virorum, dominorum Johannis Wittenborch, Hermanni Gallins et Echardi Sciphorst, proconsulum et marscalci eorundem dominorum, vna cum predicto Syfrido, amico nostro, premissa firmiter et inuiolabiliter obseruare promittimus in hijs scriptis bona fide, In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis compromissorum meorum presentibus sunt appensa. Actum anno Domini MCCCLX, sabbato ante Marie Magdalene virginis beate.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit anhangenden vier Siegeln, von welchen die des Heinr. Wesenberg und Lambert Buchwald (No. 2. 4) erhalten sind. Von dem Siegel des Volrad Tralow (No. 3) ist ein oberer kenntlicher Rest übrig, von dem des Siegfr. Buchwald (No. 1) ist die obere Platte abgesprungen.

CCCLXVIII.

Schreiben der Stadt Ypern an die Rathmänner von Lübeck und die übrigen Abgeordneten der deutschen Kaufleute bei Uebersendung der den Wünschen derselben entsprechend ausgefertigten Privilegien und Freiheiten. O. J. (1360.)[1] Jul. 29.

Carissimi.[2] Frequens et solicita fidelium nostrorum ac gratiosa receptio aliaque probitatum vestrarum merita, quibus apud nos dominationes vestre laudabili |

1) Vgl. Sartorius II., 196 fgg. 2) Domini et amici carissimi. 2.

Digitized by Google

testimonio multipliciter commendantur, nos reddunt in vestris precibus quamplurimum liberales. Quia igitur super presentatione libertatum ‖ et priuelegiorum[1] ac restauratione dampnorum, nuperrime vobis[2] pro parte nostra oblatorum in scriptis fauorabile et beniuolum tam per litteras ‖ vestras gratiosas, quam nuntiorum nostrorum relationem condignam, transmisistis responsum, intentionaliter affectantes, quod specificatio ville de Sluus de dictis priuelegijs penitus tolleretur, quodque statutum vobis transmitteretur in scriptis sub forma, quam misistis. sigillis serenissimi principis et domini nostri, domini comitis Flandrie, suarumque Gandensis et Yprensis villarum[3] sigillatum: hinc est, quod nos, qui pacis et concordie semper pro viribus esse volumus promptissimi[4] promotores, vestris affectionibus fauorabiliter inclinati, huiusmodi priuelegia et libertates iuxta moderationem et affectum vestros duximus liberaliter ordinandas, easdem vobis integraliter ad votum vestrum transmittentes, cordialiter supplicantes,[5] quatinus huiusmodi priuelegia et libertates placabiles vobis sint et[6] accepte, quodque super tractatu et modificatione dampnorum ac temporum dilationes[7] pro restauratione[8] querelarum huiusmodi competenter et congrue prefigendis vos sic exhibere dignemini,[9] vt confidimus, gratiosos, quod pacis tranquillitas, vtilitas publica[ret] et fraternalis[10] ac mutua conuersatio amicabilis dudum solita et consueta nullatenus differa(n)tur,[11] ad que pro viribus amplianda, quantum in nobis est, pronis mentibus aspiramus. Reuerendas dominationes vestras (conseruet Altissimus).[12] Valete in filio Virginis gloriose.[13] Datum et actum[14] XXIX[a][15] die mensis Julij.[16]

Toti vestri. Aduocatus,[17] scabini et consules ville Yprensis in Flandria.[18]

In dorso: Viris honorabilibus et discretis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, alijsque pro parte mercatorum ciuitatum et villarum partium Almannie[19] deputatis et eorum cuilibet in solidum.

Nach dem auf der Treue bewahrten Originalbriefe auf Papier, der durch das in anschnlichen Resten erhaltene Siegel geschlossen war. Ebendaselbst ein gleichlautendes (bei Sartorius II., 199 abgedrucktes) Schreiben der Stadt Brügge vom 29. Juni (2), gleichfalls auf Papier, mit aufgedrücktem Siegel.

1) priuilegiorum (u. so immer). 2. preuilegiorum. A7 369. 2) fehlt. 369.
3) sigillis nostro et villarum nostrarum Gandensis et Yprensis. 369. 4) prompti. 369.
5) deprecantes. 369. 6) et fehlt. 369. 7) l. dilationibus. So 2. 369.
8) super restauracione. 369. 9) velitis. 369.
10) publica et fraternalis. 2. tranquilitas et vtilitas publica. 369. 11) differantur. 2. 369.
12) conseruet Altissimus. 2. 13) Der Satz fehlt. 2. 14) Scriptum. 2.
15) XXIX[na]. 2. 16) Junij. 2. 17) Die Worte fehlen. 2.
18) Burgimagistri, scabini, consules et tota communitas ville de Brugis in Flandria ad vestra beneplacita parati. 2.
19) Alemannie. 2.

Digitized by Google

CCCLXIX.

Gleiches Schreiben des Grafen Ludwig von Flandern. O. J. (1360.) Aug. 1.

Carissimi. Quia super *(wie No. 368 bis)* aspiramus. Altissimus vos conseruet. Scriptum in villa nostra Furnensi, prima die mensis Augusti.

Ludouicus, comes Flandrie.

In dorso: (wie No. 368).

Nach dem (bei Sartorius II., 206 abgedruckten) Originale auf Papier auf der Tresc, mit aufgedrücktem Siegel.

CCCLXX.

Bürgermeister, Vögte, Schöffen und Rathmänner von Gent, Brügge und Ypern kündigen dem Rathe von Lübeck die bevorstehende Ankunft von Abgeordneten zum völligen Abschlusse der obschwebenden Verhandlungen an. 1360. Aug. 1.

Amici carissimi. Relacionibus nunciorum domini et carissimi principis nostri, comitis Flandrie, et nostrorum ad vos vltimo per ipsum et nos transmissorum, necnon ‖ litteris vestris graciosis per eosdem sibi et[1] nobis transmissis visis pariter et auditis, de quibus quam plurimum vobis[2] regraciamur, duximus vna cum antedicto domino et ‖ carissimo principe nostro desiderium vestrum[3] plenarie concedendum.[4] Super quibus exnunc cum eo[5] nuncios nostros finaliter vobiscum concludendi sufficienter et ad plenum fundatos transmittimus versus partes Lubicenses, omnia hac vice fini debito terminaturos. Et, amici carissimi, si propter viarum pericula uel aliquos alios casus fortuitos, qui, vt noscitis,[6] non sunt in consilio hominum, quoquomodo essent retardati, vos quamplurimum deprecamur, vt ipsos expectare necnon erga alios mercatores parcium Almannie ibidem existentes, quorum interest, vt expectent, procurare velitis, vosque in agendis reddere fauorabiles et benignos ob amorem nostri communemque vtilitatem publicam parcium hinc et inde, cum, vt prescribitur, ad complenda vestra desideria simpliciter oneratos transmittimus et ad plenum. Custodiat vos Altissimus in bono statu et prospero. Scriptum

1) Die beiden Worte fehlen. M 371.
2) vobis quam plurimum. 371.
3) vna cum tribus villis nostris desideria vestra. 371.
4) concedenda. 371.
5) nos cum villis nostris antedictis. 371.
6) nouistis. 371.

Digitized by Google

Gandaui in pleno parliamento trium villarum Flandrie, sub sigillo ville Gandensis in absencia aliorum, prima die mensis Augusti, anno LX.

Burgimagistri, aduocati, scabini et consules trium villarum Flandrie, Gandensis, Brugensis et Yprensis, ad queuis vestra beneplacita parati.

In dorso: Honorabilibus et prudentibus, discretis viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, detur, amicis nostris carissimis.

Nach dem in Briefform zusammengelegten Originale auf Papier auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel der Stadt Gent.

CCCLXXI.

Gleiches Schreiben des Grafen Ludwig von Flandern. O. J. (1360.) Aug. 1.

Amici carissimi. Relacionibus nunciorum nostrorum, ad vos vltimo per nos et patriam nostram transmissorum *(Das Folgende, wie No. 370 bis)* plenum. Valete in filio Virginis gloriose. Scriptum in villa nostra de Furnis, prima die mensis Augusti.

Ludouicus, comes Flandrie.

In dorso: Venerabilibus viris et honestis, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubecensis, amicis nostris carissimis.

Nach dem (bei Sartorius II., 205 abgedruckten) Originale auf Papier, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel.

CCCLXXII.

Ludwig, Graf von Flandern, empfiehlt dem Rathe von Lübeck seinen Abgesandten, Roger von Lichterveld, und giebt zugleich Versicherungen seiner aufrichtigen freundschaftlichen Gesinnungen gegen die Stadt. O. J. (1360.) Aug. 1.

Amici karissimi. Vobis tenemur regraciari, quod sepe gentes nostras graciose recepistis ad vos pro tractatu pacis et concordie inter vos et vestros, pro vna parte, et terram nostram | Flandrie, ex altera, ineundo transmissas, vt nobis quam sepius relatum est ab eisdem. Et quia de presenti finali conclusione, Deo concedente, dilectum scutiferum et consiliarium nostrum, Rogerum

Digitized by Google

filium Theoderici de Lichteruelde, ad vos iterato ad presentandum prenilegia vobis per nos concessa necnon super dampnis petitis ‖ respondendi sufficienter fundatum transmittimus, hinc est, quod vobis eum recommendamus, vos omnes et singulos quam affectuose deprecantes, vt nostras responsiones, quas iustas fore credimus, gratanter admittatis, nec pro modico contra nos replicetis, nec alios, si qui sint, replicando seu cauillando sustineatis, quia nouit Deus, quod nostre intentionis est, vos ac omnes mercatores Alimannie plus solito amicabiliter pertractare, vobis in agendis contra quoscunque omni dissimulacione postposita assistendo; tantum in premissis et ea tangentibus ob amorem nostri hac vice faciendo, vt vobis, quibus, ut prescribitur, semper fouere volumus, strictius et merito obligamur. Amici karissimi, Altissimus vos conseruet. Scriptum in villa nostra Furnensi, die prima Augusti.

Ludouicus, comes Flandrie.

In dorso: Venerabilibus viris, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubecensis, amicis nostris karissimis.

Nach dem Originalbriefe auf Papier auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel.

CCCLXXIII.

Der Rath von Greifswalde giebt seine Einwilligung zum Compromiss auf die Rathmänner von Rostock und Stralsund zur Entscheidung seiner Streitigkeit mit dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck. 1360. Aug. 31.

Wy ratman tho Gripeswolde. Bekennen vnde thûghen openbare in desser jeghenwardychen scrift, dat wy alle de saken vnde twidrachticheit, de gheweset heft vnde is twischen den heren, den ratmannen van Lubeke, van eres hûses weghen des Hilghengestes dar selues, van der enen weghen, vnde twischen vns vnde der stad tho Gripeswolde, van der anderen weghen, hebben gheghan vnde hebben ghelouet tho den heren, den ratmanen tho Rozstok vnde tho deme Sünde, een recht tho sprekende. Vnde dat recht, dat se spreken, dat hebbe wy ghelouet vnde louen in desser scrift stede vnde vast tho holdende by also daner pyne, alse de vorbenomeden heren, de ratmanne der vorbenomeden stede, dar vp setthen. Tho ener merer bethûghinghe so hebbe wy vnse grothe ingheseghel vor desèn bref ghehenghet in deme jare na Godes bord dusent jar drehundert jar in deme sestyghesten jare, des Mandaghes na sûnthe Johannes daghe Baptisten, alse em afgheslaghen ward sin houet.

Nach dem Originale im Rostocker Archive, mit anhangendem oben defecten Siegel.

Digitized by Google

CCCLXXIV.

Der Rath von Lübeck ersucht die Räthe von Rostock und Stralsund um Entscheidung einer Streitigkeit zwischen den Vorstehern des Heiligen-Geist-Hospitales in Lübeck und dem Rathe von Greifswalde. 1360. Sept. 2.

Honorabilibus et discretis viris, amicis suis specialibus et sinceris, dominis consulibus in Rozstoc necnon dominis consulibus in Stralessund, consules ciuitatis Lubicensis amicicie et seruicii continuam firmitatem. Profitemur presentibus publice protestando, quod dilecti nostri Hermannus de Wickede, proconsul, et Bertrammus Vorrad, consul, prouisores, et frater Hinricus Bardewik, magister domus Sancti Spiritus in nostra ciuitate, ex parte tocius conuentus dicte domus omnem illam causam, que inter honorandos viros, dominos consules in Gripeswold, ex vna, et dictam domum Sancti Spiritus super quibusdam prouentibus censualibus annuis, quos dicta domus Sancti Spiritus in theoloneo in Gripeswold habere dinoscitur et iam diutinis pacifice possedisse temporibus, vertitur, parte ex altera, tam de ipsius cause principali, quam de interesse, videlicet redditibus non solutis, dampnis, expensis et laboribus inde factis, ad vos vtrosque per iuris diffinicionem decidendam simpliciter dimiserunt. Et fertur, quod domini consules Gripeswoldenses ex parte vniuersitatis sue eciam sic fecerunt. Quare vestram vtrorumque prudenciam honorificam studiosis precibus deprecamur, quatenus huiusmodi causam ad vos taliter dimissam tanquam iusti diffinitores inris pronunciacione finaliter decidatis, cum in huiusmodi in vos vtrosque per vtramque partem sit tamquam in arbitros compromissum, et vos eam vobis assumpseritis taliter decidendam. Nam predicti prouisores et magister ex parte tocius conuentus dicte domus Sancti Spiritus ratum tenere debent et firmum, quidquid in ea tam de ipsius principali, quam ipsius interesse, ut pretactum est, ipsis pro jure dixeritis obseruandum, et quod post huiusmodi juris vestram pronunciacionem factam dictam causam in alicuius monicionis, actionis aut litis materiam nunquam debeant reuocare. De quo ad nos firmam confidenciam vos habere petimus et respectum. Datum anno Domini MCCC sexagesimo, in crastino sancti Egidii abbatis, sub nostro vniuersitatis sigillo in testimonium premissorum.

Nach dem Originale im Rostocker Archive, mit anhangendem von der linken zur rechten Seite in der Mitte durchbrochenen und an der linken Seite defecten Siegel.

Digitized by Google

CCCLXXV.

Schreiben der Aelterleute und des gemeinen Kaufmanns von Allemannien, jetzt zu Brügge, an den Rath von Lübeck wegen des von diesem erhaltenen Auftrags an den Grafen von Flandern und wegen der Beschwerden über Beeinträchtigung einiger Freiheiten. O. J. (Frühestens 1360.) Sept. 24.[1]

Vrentlike grote vorscreuen vnde vnsen willighen deynst. Ghi heren. Juwe beschedenheit gheleue te wetene, dat wi juwe ‖ breue ontfangen hebben vnde wol verstaen. vnde de breue, de gi vns sanden, sprekende an den greuen van Vlandren vnde ‖ an sine dre stede. Dese vorscreuene breue hebbe wi vp gheantword, vnde sanden enighe van vnsen ghesellen to Ghent, ‖ dar de greue ende sine dre stede vnde dat ghemene lant van Vlandren vorghadert was, vnde begherden ene antworde van den breuen, vmme jv weder to scriuene vp sunte Michels dach toe dem Sunde, alsi vns hadden to ghescreuen. Des antworden vns de dre stede, dat se vns gherne wolden helpen, dat vns ene antworde worde, alsi ersten mochten. Vnde ok antworde vns de canceller van des greuen weghen, dat dar also vele to done were, dat vns vp de tijd nene antworde werden konde van den breuen; men alsi ersten mochten, so wolden se vns ene antworde gheuen. Ende to welken tiden vns de antworde wert, so wille wi se iv ouersenden met den ersten. Vortmer, gi heren, alse wi jv vortides hebben ghescreuen, alse van den pûnte van den hostellirs, dat se vns wederseghet hebben, dar se nicht vore gheholden willen wesen, dat es to verstane alse vor de ghene, dar wi vnse goet in de herberghe vercopen. Ghi heren, dat eyn van den grotesten pûnten es ghande keghen vnse priuilegien. War vmme, ghi heren, wi bidden iuve groten wisheit, dat gi hir inne also wellen vorseyn wesen, dat de copman vorwart sta. Vortmer, gi heren, wetet, dat wi den boden bi vns aldus lange gheholden hebben, vmme dat wi hopeden, dat wi iv de antworde van den breuen solden hebben weder ghesant bi den seluen keghenwordighen boden. Got si met iu, vnde ghebeit to vns. Ghescreuen to Brugge, des naesten Donredaghes vor sunte Micheels daghe.

Bi den alderlnden vnde deme ghemenen copmanne van Almanien nv to Brugge wesende.

In dorso: Ersamen vnde beschedenen luden, den heren borghemesteren ende raet to Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese. Die drei Siegel der Aelterleute waren aufgedrückt, doch ist nur noch eins theilweise kenntlich

1) Vergl. .W 368 fgg. und Sartorius II. S. 488 Anm. 1.

Digitized by Google

CCCLXXVI.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter welchen Johann Cutzow das Land des Travemanschen Hofes in Israelsdorf von den Erben des Eccard von Lipsee erworben hat. 1360. Sept. 29.

Witlik si al den genen, de desse geghenwardeghen scrift hören edder seen, dat Johan Cůtzouwe vnde sine rechte erfnamen ‖ hebben ghekoft den eghendům in deme houe tů Israhelestorp, de Hinrik Trauemanne hort, de hiir vormales hadde hort ‖ Hinrik Warendorpe, deme God ghenedich si, also dat lant tů deme vor benomeden houe beleghen is, mid aller vrucht ‖ vnde mid al deme, dat dar af komen mach, dat tů deme houe hort, behaluen al dat holt, dat in der koppelen wasset, de visdiik vnde de klene bomgharde mit der grunt, vnde allent, dat in deme bomgarden wassed: dat hort Hinrik Trauemanne, vnde des schal he bruken. Vôrtmer de olden kopplen, de Hinrik Traneman Egherde van Lipsee afghekoft heft, mit der grunt, dar schalme Hinrikes quik vp vnde ouer driuen, vt vnde yn, wan he wil. Vnde dessen vor sprokenen eghendům in deme vor sprokènen gůde heft de vor sprokene Johan Cůtzouwe vnde sine rechte erfnamen ghekoft van Eggherd Lipses rechten erfnamen vnde van eren vormunderen vor seuen vnde veertech marc lubescher penninghe also, dat de sůlue Johan schal gheuen alle iaar van al sineme lande, dat he buwet, dat tů deme houe hort, de veerden garnen, he sege dar och in, wad he dar in sege. Tů desseme sůluen houe schal de sůlue Johan hebben de groten wisch, de sich trekked veeregghet van der Trauene went vppe dat velt, och de redwisch vnde ene wisch, de gheheten is dat werder. Vor de dre wische schal he gheuen alle iaar den raatheren tů Lubeke dreddehalue marc lubesches gheldes, vnde deme bischoppe tů Lubeke alle iaar dre marc gheldes vor sinen tegheden. Vôrmeer schal de sůlue Johan alle iaar de verden garuen van deme lande vôren in de schůnen, (vnde,) wan dat korn ghedorschen is, deme sůlnen Hinrik Trauemanne vnde sinen rechten erfnamen dat korn, dat em tů bôren mach van deme vorbenomeden lande, wor he wonaftich is, bringhen in sin hůs; kaf vnde stro schal des sůluen Johannis wesen, wat des vander veerden garuen komen mach. Vôrmer, were id sake dat id en heren orleghe worde tvischen der stat vnde den heren, dat de vorbenomede hof vorstored worde edder vorbrant, des nicht en sche, so schůn de vor benomeden Hinrik Traueman vnde Johan Cůtzouwe vnde ere rechte erfnamen den sůluen hof vppe erer beyder kost wedder buwen laten. Vôrtmeer alle můr, dat vor deme

Digitized by Google

dorpe licht, dat hort Johanne allenen tû, sunder en oort geghen Ritzers hûs, de licht tû Hinrik Trauemannes Lutteken houe. Dat anschot bi der labe dat hort Kůtzouwen allenen. Des sint tůghe de êraſteghen wisen lůde, her Jacob Plessekouwe vnde her Johan Schenink, raatheren tû Lubeke. Ghescreuen na Godes bord dusent iaar vnde dre hundert iaar vnde in deme sesteghesten iare, in deme daghe sunte Michaelis.

In dorso: Littera Johannis Cůtzowen et Hinrici Trauemannes.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCCLXXVII.

Vidisse des Bischofs Bertram von Lübeck über drei den Verkauf von Einkünften aus dem Greifswalder Zolle an den Lübecker Bürger Siegfried von der Brücke und das Heilige-Geist-Hospital betreffende Urkunden. 1360. Oct. 11.

Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Lubicensis. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino. Litteras | illustris principis, domini Wartislai, ducis Deminensis, integras suo ac magnifici principis, domini Barnim, ducis Stetinensis, | sigillis sigillatas, atque duas litteras ingenui principis, domini Barnim, ducis Slauorum, non abolitas neque viciatas, sed omni | suspicione carentes, sigillis suis integris appensis sigillatas nos vidisse protestamur. Quarum tenores secuntur. Tenor quidem primarum litterarum dinoscitur esse talis: *(Folgt Urk.-Buch I., 271)*. Tenor vero secundarum litterarum talis est: *(Folgt Urk.-Buch I., 337)*. Tenor autem terciarum litterarum sequitur in hec verba: *(Folgt Urk.-Buch I., 338)*. Vnde in huius nostre visionis euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLX, dominica die post festum Dyonisij martiris et sociorum eius.

Nach dem Originale im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales, mit anhangendem Siegelband, von welchem das Siegel abgesprungen ist.

Digitized by Google

CCCLXXVIII.

Aufzeichnung über die Eigenthümer einer Partei zwischen Hamburg und Oldesloe geraubter englischer Tücher, sowie über die Quantität derselben. 1360. Oct. 30.

Notandum, quod de illis pannis inter Hamborch et Odeslo per vasallos domini Magnopolensis acceptis ciuibus Lubicensibus, pro quibus domini consules Lubicenses in Dartzowe | placitabant, quod ad ciuitatem Lubicensem reuehebantur, pertinuerunt Arnoldo de | Lubeke de eisdem LXVII frusta dislati anglici panni ac V frusta lati anglici panni. Item Tidemannus Witte habuit in eisdem centum frusta dislati anglici panni ac XXXV frusta lati anglici panni. Item Johannes Hamma habuit cum pannis spoliatis prescriptis centum et LVIII frusta dislati anglici panni et idem Hammaa XLI latos anglicos pannos. Eciam idem Hammaa LXXXVI ireuses. Summa dislati anglici panni est III^{c} et XXV, summa lati anglici panni LXXXI frusta. Datum anno Domini MCCĈLX, feria sexta ante festum Omnium Sanctorum.

Nach der in Form eines Memorialbriefes ausgestellten Urkunde auf der Registratur.

CCCLXXIX.

Die Provisoren des Heiligen-Geist-Hospitales erklären, dass ihnen das Recht, an einem Hause an der Ecke des Kuberges einen Almosenblock zum Besten des neu gegründeten Gasthauses anzulegen, nur bittweise eingeräumt sei. 1360. Nov. 10.

Notum sit, quod domini Hermannus de Wickede et Bertrammus Vorraad, prouisores domus Sancti Spiritus in Lubeke, lucide recognouerunt, se quendam trvncum, in quo, si aliquid in vsum hospitalis noui constructi ad hospitandum peregrinos retro domum Sancti Spiritus iamtacti dari contingat, posuerunt sub illo druppenval domus puerorum Johannis Badyseren, site supra Koberch in cono, sicut iacet intra domos Make Hinxst et . . ., cum consensu dictorum puerorum. Et quando dicti pueri uel heredes ipsorum, seu qui dictam domum emerint, huiusmodi truncum, sicut stat, cum suo tecto noluerint ibidem diucius

Digitized by Google

sustinere, extunc dicti prouisores seu eorum successores ipsum cum suo tecto deponere debent de loco memorato dicte domus, et hunc truncum recognouerunt, se ibidem posuisse de gracia, sed non de iure.

Nach einer Aufzeichnung des Niederstadtbuches v. J. 1360 Martini.

CCCLXXX.

Der Rath zu Lübeck und Johann Sivekenson bevollmächtigen den Gerhard Rademin, den Abt Eccard von Reinfeld zur Geltendmachung des päpstlichen Privilegiums de non evocando gegen den Abt des Klosters St. Michaelis in Lüneburg, welcher den Johann Sivekenson citirt hatte, aufzufordern. 1360. Nov. 18.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCC sexagesimo, indictione XIIII., mense Nouembris die XVIII., hora matutinarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ‖ ac domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape VI., anno VIII., in presencia mei notarij publici testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum constituti honorabiles ‖ viri, domini Johannes Wittenborch, Hermannus Gallin, proconsules, Bernardus Pleschowe, Goschalkus Ateldorne ceterique consules ciuitatis Lubicensis, mane in loco ‖ solito sui consistorij congregati, et Johannes Siuekensone, ipsorum conciuis ibidem presens, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt discretum virum Gerardum Rademyn, clericum Verdensis dyocesis, suum et sue vniuersitatis ac dicti sui conciuis verum et legitimum procuratorem, defensorem seu sindicum et nuncium specialem ad exponendum venerabili patri et domino, fratri Echardo, Dei gracia abbati monasterij in Reynevelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruatori cuiusdam priuilegij, quo cauetur, qualiter nullus ciuis Lubicensis valet extra muros sue ciuitatis ad iudicium ecclesiasticum euocari, dictis consulibus et sue vniuersitati, ut dicebant, a sede apostolica indulti deputato, quod venerandus in Christo pater et dominus, frater Olricus, Dei gracia abbas monasterij sancti Michahelis in castro Luneborch ordinis sancti Benedicti Verdensis diocesis, contra tenorem dicti priuilegij memoratum Johannem Siuekensone tamquam ciuem Lubicensem pretextu cuiusdam rescripti, ut pretendit, apostolici, in quo tamen nulla de ipso Johanne mencio habetur, extra muros ciuitatis Lubicensis citauit et fecit coram se Luneborch ad instanciam cuiusdam Bertoldi Jercksun, pretendentis se clericum Halberstadensis diocesis, peremptorie ad iudicium euocari, et ad petendum sibi

Digitized by Google

et dicto ipsorum conciui super hijs per prédictum conseruatorem prouideri de remedio oportuno, et ad allegandum idem priuilegium coram memorato venerabili patre, abbate in Luneborch, ac insinuandum eidem inhibicionem et processum memorati conseruatoris, et ad petendum dictam citacionem reuocari seque et sepedictum ciuem contra tenorem priuilegij de cetero non vexari, quaslibet exceptiones iudicij declinatorias et defensiones pròponendum, responsum et voluntatem dicti domini . . abbatis audiendum, appellandum, appellacionem insinuandum, apostolos petendum, appellaciones et appellacionem prosequendum, cuiuslibet generis iuramentum debitum in animas ipsorum consulum et dicti Johannis Sivekensone prestandum, si opus fuerit, alium procuratorem substituendum et reuocandum, ac omnia et singula faciendum, que in premissis et ipsorum quolibet fuerint oportuna, eciam si mandatum exigant speciale, promittentes michi notario vice et nomine omnium, quorum interest, sollempniter stipulanti sub ipsorum consulum et dicti Johannis Siuekensone bonorum obligacione et ypotheca, se gratum et ratum habituros, quidquid per dictum procuratorem ipsorum seu substitutum ab eo factum fuerit in premissis. Acta sunt hec in ciuitate Lubicensi, anno, indictione, mense et alijs, quibus supra, presentibus discretis viris, magistro Witzkino Ventzeslai, scolastico Caminensi, Wichmanno Drughen, Johanni[1] Laurencij, ciuibus Lubicensibus, et alijs fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes Bood, clericus Lubicensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi procuratorij constitucioni, ordinacioni vna cum prefatis testibus presens rogatus interfui ac omnibus alijs et singulis, ea, cum sic agerentur, fieri vidi et audini et in hanc publicam formam redegi, quam meis nomine et signo solito signaui in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Treve.

CCCLXXXI.

Abt Eccard gebietet dem Abte Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg, die gegen den Lübecker Bürger Johann Sivekenson erlassene Citation zurückzunehmen. 1360. Nov. 18.

Reuerendo in Christo patri et domino, domino Olrico, Dei gracia abbati monasterij sancti Michahelis in castro Luneborch ordinis sancti Benedicti

1) l. Johanne.

Digitized by Google

Ego Make Lasbeke. Cupio fore notum firmiter in hijs scriptis profitendo, me prouidis viris et honestis, Bertrammo Vorrat, Johanni ‖ Wesler, Bernardo Cosuelt, consulibus Lubicensibus, necnon Echardo Sciphorst, marscalco dominorum consulum Lubicensium, nomine tocius con|sulatus, fecisse et promisisse veram orueydiam pro eo, quod me capi fecerunt et ad turrim eorum me deposuerunt, pro me meisque ‖ heredibus et amicis natis et nascendis, ac pre omnibus alijs, qui quicquam facere uel dimittere voluerint mei causa, perpetuis temporibus firmiter obseruandam, ita quod nec ego nec aliquis nomine mei, directe uel indirecte, publice uel occulte, ipsis . . consulibus, ciuitati ac personis et familiaribus eorundem vlla mala vllo vnquam tempore ob premissas causas et earum e[r]mergentibus inferre debeam uel vindictam. Et nos Henningus Lasbeke, Otto Mugele, Johannes Germer, Johannes Musenibbe, dicti Rennouwen, et Syfridus de Bocwolde, famuli, premissa omnia et singula vna cum amico nostro, Maken Lasbeken predicto, bona fide obsernare promittimus in hijs scriptis. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis meorum compromissorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke,

1) l. ipsi.

Digitized by Google

anno Domini MCCCLXI, feria quarta ante Diuisionem omnium Apostolorum beatorum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangenden fünf Siegeln des Marquard Lasbek, Johann von Rönnau (No. 1. 2), Johann Lasbek, Otto Maggel und Siegfried von Buchwald (No. 4–6). No. 3 ist vom Siegelbande abgesprungen. Ob das unter No. 2 angehängte Siegel (abgebildet: Siegel des Mittelalters. Holst. und Lauenb. Adl. Gesehl T. III., 30), welches auch an Urk.-B. II., 897 unter No. 8 als Siegel des Johann v. Rönnau, Bertold's Sohn, hängt, dem Joh. Germer oder Joh. Muscnibbe gehört, bleibt zweifelhaft, da die Siegel der Zeugen ihre Stellen gewechselt haben.

CDVII.

Der Rath von Lübeck urkundet über eine zur Vermehrung des Capitals der von Ecbert Schilder in der Marien-Kirche gestifteten Vicarie bestimmte Schenkung mehrerer Lübecker Bürger, so wie über das, nach dem Tode des gegenwärtigen Vicars, des Rathsschreibers Johann Dannenberg, denselben eingeräumte Präsentationsrecht. 1361 Jul. 31.

Vniuersis presentem paginam . . inspecturis . . aduocatus, . . consules et commune ciuitatis Lubicensis | salutem in omnium Saluatore. Sagax discretorum prouisio racionabiliter actus suos litterarum testimonio recommendat, vt appareant ex deliberato proposito prodiisse. Recongnoscimus itaque | per presentes et constare volumus vniuersis, quod, cum dudum olim, videlicet anno Domini MCC nonagesimo primo, in Pascha, vir quidam honorabilis felicis recordacionis, Ecbertus Schilder nomine, pro anime sue salute vnam perpetuam vicariam ad altare, in ecclesia beate Marie virginis retro chorum ad orientem in ciuitate Lubicensi, in honorem omnipotentis Dei et gloriosissime matris eius virginis Marie, beate Elizabeth vidue et sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum fundatum, instaurandam cum quadringentis marcis lubicensium denariorum viginti quinque marcis denariorum minus dotasset, quas ciuitas nostra in deposito habet, de quibus camerarij nostri capellano nostro ad hoc per nos beneficiato soluunt annuatim viginti marcas et quinque solidos denariorum lubicensium redditus tam diu, donec huiusmodi pecuniam in bona certa ad dictam vicariam perpetuo assignanda potuerimus et voluerimus commutare, vt illo facto ciuitas nostra a dicta pecunia et solucione reddituum prenotata exquitata permanebit totaliter et soluta, jure patronatus tamen dicte vicarie nobis et nostris in consulatu nostro Lubicensi successoribus inperpetuum semper saluo: nouissime discreti viri Marquardus Maneke et Albertus Wullenpund apud camerarios nostros deposuerunt centum et sexaginta marcas lubicensium denariorum

Digitized by Google

vno floreno minus, que de vndecim marcis reddituum, quas Maneke de Louenborch defunctus habuerat in Wismaria quasque ad vnius vicarie vsum in suo testamento deputauerat, prouenerant, vt dicebant, ad quas dilectus notarius noster senior, magister Johannes Dannenberghe, vicaria anterius prenotata nunc actu per nos beneficiatus, quadraginta marcas denariorum lubicensium et vnum florenum deuote composuit et adiecit. Idemque Marquardus Maneke, predicti Maneken de Louenborch defuncti testamentarius et heres, ac . . testamentarij Alberti Wullenpund notariusque noster predictus, necnon dicti Maneken de Louenborch defuncti heredes proximi, videlicet Ludeke de Louenborch et Lucia soror eius, semifrater et semisoror eiusdem defuncti Maneken, et Conradu sde Gusterowe, predicte Lucie maritus legitimus, nobis humiliter supplicarunt, quatenus illas ducentas marcas ad vsum anterius prenominate vicarie pro diuine laudis ampliacione salubriter aptaremus Nos igitur, deuotis eorum affectibus inclinati, cum dictis ducentis marcis dictam vicariam ad prefiguratum altare in Dei laudem juxta eorum desiderium ampliantes, illas ad depositum nostre ciuitatis assumpsimus, de quibus camerarij nostri capellano nostro adhoc per nos pro tempore beneficiato soluent annuatim decem marcas reddituum lubicensium denariorum tam diu, sicut de primitiua huius predicte vicarie pecunia et redditibus superius est expressum. Et presertim dicti Maneken de Louenborch defuncti . . proximis heredibus, qui, cum magister Johannes, notarius noster, obierit, tunc proximi heredes fuerint, ex speciali gracia indulsimus et fauore, quod post ipsius obitum immediate et indubitanter possint nobis primam personam ydoneam presentare, per nos vlterius ad dictam vicariam honorabilibus viris, dominis . . decano et . . capitulo ecclesie Lubicensis, presentandum virtute juris nostri nobis in litteris inde confectis inter nos et capitulum reseruati. Quo ita ad dictam vicariam presentato et hinc defuncto ex tunc de huiusmodi ad dictam vicariam presentacione omnino nullius amplius disponere intererit, nisi nostri. Ad hec premissa vnaniniter testes sumus. In cuius rei clarum testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in consistorio nostro, anno Domini M. CCC. sexagesimo primo, ipso die sabbati, quod fuit beati Petri apostoli ad vincula profestum.

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuchs.

Digitized by Google

CDVIII.

Magnus, König von Schweden, und Hako, dessen Sohn, König von Norwegen, entsagen für sich und ihre Nachfolger allen mit der Stadt Lübeck gehabten Streitigkeiten und den daraus etwa entspringenden Ansprüchen. 1361. Aug. 22.

Nos Magnus, Dei gracia rex Swecie, et Haquinus, filius eius, eadem gracia rex Norwegie . . ‖ Coram omnibus presencia visuris seu audituris recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod fauo‖ribus et gratuitis seruicijs, quibus honorabiles viri, . . consules ciuitatis Lubicensis, nobis et nostris progenitoribus ‖ frequenter exhibuerunt se beniuolos et benignos, inducti, de nostrorum fidelium consilio et consensu, omnibus ac singulis dissensionum materijs ac displicencijs inter nos, ex vna, et dictos . . consules Lubicenses ac ipsorum ciues ac familiares, parte ex altera, pendentibus hactenus et subortis, renunciauimus et per presentes renunciamus ipsasque terminatas fore recognoscimus totaliter et sopitas, nos aut nostri heredes nullo tempore super huiusmodi causaturi, sed ipsos ab omnibus causis quitos dimittimus penitus et solutos. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra ex certa nostra sciencia atque iussu presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, in octaua Assumpcionis beate Marie semper virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese mit Einschnitten für 18 Siegel. Von den an der Urkunde hängenden sieben Siegeln sind die der beiden Könige (No. 1. 2.) wohlerhalten, ein drittes (No 13; über einem geneigten Schilde, der drei Schröterhörner zeigt, ein Helm mit zwei (gewundenen?) Büffelhörnern) ergiebt sich aus der Umschrift als das des Anundus Hemmingsson, die übrigen vier Siegel sind unkenntlich. Die andern Stellen sind leer oder nur Bänder in ihnen, welche zum Theil gar keine Spur eines Siegels tragen.

CDIX.

Adolph, Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über die Ueberlassung von 10 Mark Einkünften aus der Fähre bei Fehmarn an Hinrich Blokk. 1361. Aug. 24.

Nos Adolphus, Dei gracia Holsacie et Stormarie comes. Recognoscimus tenore presencium manifeste protestantes, nos ex ‖ consensu et plena voluntate omnium heredum ac consiliariorum nostrorum fideli et dilecto nostro seruitori Hinrico Blokke decem ‖ marcarum redditus in passagine Ymbrie, proprie

Digitized by Google

in der vere to Vemeren, pro seruiciis nobis inpensis et inpendendis ‖ contulisse et dimisisse sub huius condicionis formula, quod idem Hinricus eosdem decem marcarum redditus pro centum marcis lubicensium denariorum vendere poterit seu inpingnerare, reseruata tamen nobis et nostris heredibus reempcione seu liberacione eorundem decem marcarum reddituum pro centum marcis lubicensium denariorum, cum nobis videbitur expedire. In cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Oldenborch, anno Domini MCCCLXI, ipso die Bartholomei apostoli gloriosi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegelbande Siegel abgesprungen.

CDX.

Die Könige Magnus und Hakon von Schweden und Norwegen urkunden über ihre mit den Städten Lübeck, Hamburg, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswalde, Anclam, Stettin, Colberg, Bremen und Kiel gegen den König Waldemar von Dänemark geschlossene Verbindung und die Bedingungen derselben. 1361. Sept. 8.[1])

Wy Magnus vnde Haquin, sin sone, van Godes gnaden koninghe tho Sweden vnde tho Norweghen. Bekennen vnde betughen an desser scrift, dat wi vns vorbunden, belouet vnde voreneghet ‖ hebben mit den steden bi der see, also Lubeke, Hamborgh, Wysmer, Rozstoch, Stralessund, Gripeswold, Tangkilym, Stetin, Colberghe, Bremen vnde Kil, also dat wi volghen scolen mit twen dusent ‖ ridderen vnde knechte ghewapent mit scepen, vnde wes dar tho not vnde behöf is, vppe den koningh van Denemarken vnde sine hulpere vnde vp al de ghene, de de see rouet hebben edder nocht ‖ rouen edder arghen willen, tho thende, also vppe Schone, Gotlande vnde Ölande. Des scole wi wedder setten vnde setten an desser scrift den steden vorbenömet dat hus tho Bahusen mit Mastrande mit der rente vnde ghulde, vnde mit aller siner thohoringhe, also it van oldes gheleghen is, vor allerleye koste, it sin van schepen vtthomakende, van wapenden luden vnde van erer vengnisse, oft yement van eren

1) Eine übrigens gleichlautende undatirte Vereinbarung ohne den obigen Schluss, in welcher Bremen und Kiel sich noch nicht genannt finden, ist aufgenommen in den Recess der Seestädte zu Greifswalde vom 7. September 1361, und abgedruckt in J. P. Cassel Sammlung ungedr. Urkunden S 419—26. Vgl. Sartorius. S. 492—4. No. 212, und die daselbst abgedruckten ferneren Urkunden No. 213 und 214.

Digitized by Google

luden vanghen worden, de se losen scolden, vnde och vmme ere solt, edder wes scaden se nemen in eren schepen, de se kopen edder hûren: de scolen nu vppe den neghesten Sûndagh tho Mitvasten rede wesen.[1]) Hulpe vns Got mit der vorscreuen stede hulpe, dat wi den koningh van Denemarken vnde sine hulpere krenkeden an sinen schepen vnde an luden, neme wi dar yeneghen vromen ane, wor ane dat dat were, dat scal gan na man tale. Wolde wi den vppe Schone then nit der vorscreuene stede hulpe, so scole wi en setten vnde antworden thovoren dat slot tho Wardberghe mit al siner thohoringhe, vrucht vnde nut, vnde so scolen se vns Bahusen wedder antworden in aller wis, also hir vorscreuen steyt, edder also vele wissent dar vor dôn, dat den steden ghenôghe. Were ok dat (de) vorscreuen stede dat hus tho Bahusen vor Wardberghe beholden wolden, dat scal stan tho ereme willen vnde kore. Were ok also, dat de stede mer koste deden de slote thomannende vnde thospisende, wen de slote rente vnde ghulde hedden, de scolen se rekenen tho den kosten. Leppe dar ok ouer, dat scolen se afrekenen van den kosten, de se dôn an desser verbindinghe edder dan hebben. Were ok dat wi Schone wûnnen, vtghenomen den Lantholm, so scole wi den vorscreuenen steden setten vnde antworden dat hus tho Helsingheborgh mit al siner thohoringhe, ghulde vnde rente, de slote Schonor vnde Falsterboden mit al eren thobehoringhe, mit luuden vnde der munte dar sulues vnde mit deme tolne, den market thô Falsterboden vnde Schonor vnde tho deme Elenboghen vnde mit deme Elenboghen, vnde also wide, also dat lant tho Schone is, vthgenomen den Grum, Diderich Veregden sine lar schar, alz sine summe siner schult tho secht, vnde den Lintholm mit siner thohoringhe, alse Drelborgh, Vsteden, Ahusen, Somershauen vnde dat dordendeel der Herde, dese horen scolen tho deme Lintholme, vnde twedel tho Helsingheborgh. Went dit geschen is, dat de stede dit inne hebben, so scal men vns antworden Wardberghe edder Bahusen, welker se inne hebben, vnde so scolen de vorbenomeden stede de vorscreuen slote vnde hus, alz Helsingeborgh mit siner thohoringhe, Schonor vnde Falsterbode mit erer thohoringhe vnde allen market vnde tollen dar sulues, vnde alle vrucht vnde ghulde an Schone beholden, behaluen den Lintholm vnde dat Grum vorbenamet, vnde vpboren vriliken tobesittende sunder vnser edder yeneghes mannes hinder also langhe, went se al ere koste de se

1) Vgl. Sartorius. S. 493. unt.

Digitized by Google

hat hebben edder dan hebben mit dessen sloten thoholdende, thobuwende, thobeeterende vnde thovestende, edder lude vppe dat slot thowinnende, edder an welker wijs dat se se dôn edder dan hebben, mit schepen vt tho makende, mit vanghenen tholosende edder anders, wo se gheschen sin edder schen moghen, (vpgheboret hebben). Wan de vorscreuen stede[n] al ere koste, vnde wes se vtgheleghet hebben, wedder thohus vnde vpgheboret hebben van deme lande tho Schone, so scolen se vns Helsingheborgh wedder antworden, vnde beholden Schonor vnde Falsterboden vnde den market vnde tollen vnde alle vrucht vnde rente van deme lant tho Schone twe jar dar na vor ere vnlust vnde euenture, de se dor unsen willen dan hebben. Men dat scole wi en so wissen, eer se Helsingheborgh rûmen, dat se dar ane bewaret sin, also dat se vnghehindert vnde vnbedrovet de twe jar dar ane bliuen. Were ok dat dessen vorbenomeden steden desse slote edder yenicht van den vorbenomeden sloten, de wile dat se se inne hebben, afgheraden, ghesleken edder afghewûnnen worden mit ghemaght, hemeliken edder openbare, edder anders vorwarloset van yeneghen vnghelucke worden, dat scal den vorscreuenen steden vnhinderlik vnde ane schaden wesen vnde ane maninghe edder vorwijt vnser vnde vnser nakomelinghe edder yenighes mannes van vnser weghene. Were ok dat yenicht here edder yenicht man de vorscreuene slote edder yenich slot van den vorbenomeden mit macht bestallen wolde, de wil[l]e dat se in eren henden sint, so scole wi en helpen mit wller macht vnde se vns wedder, dat dat wedder dan werde. Were ok dat na desser tijd wi mit den steden des tho rade worden, dat wi wolden in Denemarken then mit macht, ofte vns Got hulpe, dat wi slotte edder lant wûnnen edder anders vramen nemen, an welker achte dat it were, edder in kiuen vanghenen vinghen, den vramen scole wi mit den steden vnde se mit vns rekenen vnde vpboren na mantalen, were ok wol dat se mer man vtvraghten de stede, wen twe dusent, de vorbenamet sin. Vortmer were dat na desser tijd de koningh van Denemarken sine hulpere edder anders yenich man de see bedroven vnde berouen wolde, edder de vorscreuene stede edder yeneghe eerer arghen wolde, so scole wi vnde vnse hulpere ere vullenkamen hulpere werden mit vuller macht also dicke, alz en des behof is. Were ok dat yenich twistinghe, orlof edder veyde den vorbescreuenen steden an tokomenden tijden vnstunden van desser vorbindinghe, dat scole wi en helpen wedder dôn mit ganser macht vnde des nicht tho sônende vnde tho likende, se en hebben des enen gansen ende.

Digitized by Google

Vortmer so lone wi den vorscreuenen steden, dat wi en holden willen alle olde vriheyt, wonheyt, rechtticheyt vnde priuilegia, alse se eer gy best ghebruket hebben, vnthobroken mit dessem bande vnde mit dessem breue. Vortmer so scole wi vnde de vnse nener leye wijs der vorscreuenen stede edder yenegher van eerer weghen viande werden, de wile dat wi leuen Vortmer were dat wi dat vorscreuene lant tho Schone, wen it vns wedder wert, versetten wolden edder scholden, dat en scole wi nicht dôn, men na rade vnde vulbort der stede vorbescreuen, vnde wo we it vorsetten moghen, so scole wi it en thonoren beden, vnde dar scolen se de neghesten thowesen thobeholdende, otte se willen. Vortmer were dat de stede[n] vorbescreuen yeneghen kif vorlôren, edder anders yenich vnghelucke anvelle, des Got nicht en wille, dat wi Schone nicht bekreghtegen kunden, yo doch so scolen de suluen stede de slote vorscreuen in eerer were beholden mit aller thobehoringhe also langhe, bet se van allen kosten vnde van allen stucken, de vorscreuen stan, ghenomen sin vnde vntworen. Vppe dat al vnde elk desse vorscreuenen stucke sunder yenerleye arghelist vast vnde truweliken vnde vntho-[ghe]broken werden gheholden den vorbenomeden steden, des loue wi en vnde mit vns mit ener sameden hant in ener gantzheyt vntruwen vnse bischop, vnse greue, riddere vnde knechte, vnse man, de hir na screuen stan, mit handen vnde mit munden —: also bischop Nikels tho Linkopinghe, her Erengyselsonsson, greue van Orkeno, her Nikels Thursson, droste tho Sweden; her Bendit Philippusson, her Karl Olauusson, her Yon Heirne, her Peter Bunde, riddere; Bo Yonesson, Amundus Hemminghessone, Arwider Gustauessone vnde Torke Erengyselssonson, knechte. Vnde tho merer bekantnisse vnde tugnisse so sint vnse yngheseghele na vnser rike rade mit den yngheseghelen vnser bischopes, greue, riddere vnde man van vnser vnde eerer rechten witlicheyt ghehenghet in dessen yeghenwardighen bref. Ghegeuen vnde screuen na Godes bort druttenhundert vnde en vnde sesticht jar, in vnser Vrowen daghe, also se wart gheboren. Tughe sint desser dingh her Herman van Vitzen, ridder, vnde Diderich Veregde, knecht, vnse truwen, vnde andere vele dese lonen wert sin.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden zwölf Siegeln.

CDXI.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, urkundet über den mit der Stadt Lübeck geschlossenen Frieden. 1361. Oct. 11.

Wy Albert, van der gnade Godes hertoghe to Mekelenborch, greue to Zwerin, to Stargarden vnd | to Rozstok here. Bekennen vnd betûghen openbare an desseme iegenwordighen breue, dat tuschen | vs. vsen kinderen, vsen mannen vnd vsen deneren, vp ene side, vnd de beschedenen lûde, de | raetmanne van Lubeke, ere borghere vnd ere denere, vp der anderen syd, ghedeghedinghet is en ganz sone vmb al vse schelinghe inbeydent siden in aldusdaner wys: Al vse schelinghe, de wy hebben eder de wi hat hebben an beydentsiden bet indessen dach, id si vmb doden eder worvmb id si, dat scal en ganz sone wesen tuschen vs an beydentsiden. Vortmer vor wene wi bidden, de vse man is vnd vorvestet is in deme lantfrede eder vor deme lantvrede, de scal los wesen vnd mit den van Lubeke ene ganze sone hebben. Wat auer voruestet is indeme lantvrede eder vore, dat wi nicht af en bidden van den van Lubeke, daer scole wi ouer richten, alse de lantvrede to secht. Vth ghenomen sint de van Lûtzowe, de sunderghe daghe wissent hebben mid den van Lubeke bet Pingsten. Were dat se sik nicht ensoneden mid den van Lûbeke, so scole wi doen den van Lubeke so vele, alse wi van rechtes weghene plichtech sin na der breue lude, de vp den lantvrede gheuen sint. Hirmede scolen der doden vrûnt vnd de iene, de wi los bidden, ene ganze sone louen vnd wissenen den van Lubeke vnd de van Lubeke en weder. To tûghe desser dingh is vse hemelke ingheseghel henghet an dessen bref, de gheuen is to der Wismer, des Maendaghes na sunte Dyonisius daghe, na Godes bord drutteynhundert iar in dem en vnd sostighesten iare.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Secret.

Digitized by Google

CDXII.

Aufzeichnung über ein Geldgeschäft zwischen dem Deutschordensmeister in Preussen und dem Rathmanne Segebode Crispin. 1361. Nov. 1.[1])

Notum sit, quod dominus Hermannus de Wickede, Godscalcus et Johannes, sui filii, presentes ad librum recognouerunt manifeste, se a domino Seghebodone Crispini huiusmodi pecunie totam summam, in qua ipse dominus Seghebodo domino magistro generali terre Prucie ordinis domus Tenthonice obligabatur, prout littere memoriales duplices inde tradite, quarum prime videlicet sub dominis Hermanno Blomenroed et Godscalco de Warendorpe, consulibus, secunde vero sub dominis videlicet Bertrammo Vorraad et dicto domino Godscalco Warendorpe sunt reposite, planius attestantur, super qua eciam summa dictus dominus magister generalis patentes litteras dicti domini Seghebodonis habuit, integre ad manus et vsum dicti domini magistri generalis subleuasse ipsumque dominum Seghebodonem ab huiusmodi pecunie summa tota pariter et a litteris memorialibus prius dictis quitum dimisisse penitus et solutum, nichil postulaturi ab ipso racione premissorum.

Nach einer Aufzeichnung des Nieder-Stadtbuches v J. 1361. Omnium Sanctorum.

CDXIII.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, bekennt, von der Stadt Lübeck in Folge des Ausspruchs des Erzbischofs Vromold von Riga die Summe von 1000 mk Lüb. Pf. in Gold empfangen zu haben. 1361 Nov. 5.

Nos Albertus, Dei gracia dux Megalopolensis, terrarum Stargardie et Rozstok dominus et ‖ comes Zwerinensis. Presencium testimonio recognoscimus manifeste, quod honorabiles viri, . . ‖ consules ciuitatis Lubicensis, sui et sue ciuitatis nomine ob amiciciam et fauorem ‖ specialem nobis mille

1) Eine ähnliche Aufzeichnung des Nieder-Stadtbuches vom J. 1343, Vincula Petri, lautet: Echardus Saxo, Syfridus Oldenborch, Hermannus Warschow, Wiggerus Dartsow, Hinricus Laurencii, Conradus Sledorn et Bernardus Pepersak tenentur communi manu domino Hermanno Blumenrod V^c. marcas rigenses, marca quelibet pro XXXVI solidis lubicensibus computanda in Flandria Brugis in florenos paruos flamensis ponderis, quemlibet florenum pro IX solidis et IX denariis, quatuor septimanas post Pascha nunc futurum Brugis, vt premittitur soluendas ad vsum domini Borchardi, magistri Lyuonie, quos nominauerit et voluerit dictus dominus Hermannus. Dicti quinque eximent Syfridum Oldenborch et Hinricum Laurencii.

Digitized by Google

marcas denariorum lubicensium in auro, quas reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Vromoldus, ecclesie Rygensis archiepiscopus, nobis addixit dandas, persoluerunt et pagauerunt expedite, de quibus mille marcis nos tenemus bene pagatos, et dimisimus ac presentibus dimittimus dictos consules et ciuitatem Lubicensem ac omnes, quorum interest seu interesse poterit, quitos de eisdem mille marcis penitus et solutos, nichil postulaturi ab ipsis racione premissorum. In cuius rei euidenciam pleniorem et testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Zwerin, sub anno Domini MCCC LX primo, feria quarta post festum Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Secret.

CDXIV.

Der Ritter Vicko Moltke, Hauptmann in Boizenburg, ersucht den Rath von Mölln, bekannt zu machen, dass die Strasse zwischen Boizenburg und Mölln wieder sicher sei und von den Kaufleuten befahren werden müsse. O. J. (Frühestens 1361.) Dec. 4.[1]

Pro me Vickone Molteken in Stritvelde, milite.[2] Myne grote vnde vorderse tho voren. Gy raatmanne tho Molne. My is tho weten vorden, ‖ dat jüwe borgher vnde de mene kopman mynes heren straten hebben vmme ‖ varen, alzo hert(e)ghen Albertes van Meklenborghes. Dat heft ghemaket ‖ de vnvrede tûschen den heren. Nu dat in daghe steyt, nu berichtet jüwe borgher vnde den menen kopman dar ane, dat ze zoken mynes heren strate tuschen Boyceneborch vnde Molne, alzo it van oldinghes heft ghewesen. Wente ik dat dem kopman laten wille tho halueme tolne, alzo de last haringhes vmme tve schillinghe, tuschen hir vnde Pinxsten. Were it alzo, dat se meer mynes heren straten vmme voren, zo moochtich des van ere weghen nych laten [mach], wente ik des van ere weghen nych laten maach, vanne ze myneme

1) Ritter Vicko Moltke war 1362, und noch 1366, im Pfandbesitze von Boizenburg. Meklenb. Jahrb. XXV. S. 179 fg. Vgl. die unten folgende Urk. v. J. 1366, Aug. 10. Mit Rücksicht auf den zwischen Herzog Albrecht und Lübeck gerade damals abgeschlossenen Frieden (No. 395 fg. 411. 413.) kann also das obige Schreiben noch in das Jahr 1361 fallen.

2) l. Per me Vickonem — — — militem.

Digitized by Google

heren synen rechten tolne envoret, ik möste zyne rechtycheyt vordren, wente ik zyn houet mann byn tho Boyceneborch. Datum Boyceneborch, ipso die Barbare virginis, meo sub sigillo.

In dorso: Honestis viris, proconsulibus et consulibus in Molne, littera detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.

CDXV.

Aufzeichnung über einen Rentekauf des Rathmanns Johann Wittenborch und die Einholung von dessen Zustimmung zu der späteren Tilgung dieser Inscription im Oberstadtbuch. 1361. Dec. 21.

Notum sit, quod dominus Johannes Wittenborch emit a Johanne filio Thidemanni Smithusen in curia sua, pridem patris sui, in villa Nyendorpe ad arborem, in villa scilicet et curia, in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, piscarijs, paludibus cespitosis, lignis, rubetis et in alijs appertinencijs suis cunctis, et sicut ipsa villa et curia in ea iacent, cum omnibus, que ad eandem villam, curiam et ad bona eius spectancia pertinent, quinque marcas denariorum wicbeldes annuatim, quas ei cum prouisoribus et proximis coram consilio resignauit, reemendas quamlibet marcam pro sedecim marcis denariorum. Censum dabunt in Natiuitate Johannis Baptiste et in Natiuitate Christi. Saluo tamen ante omnia in eisdem ciuitati primitus iure suo.

Darunter steht von späterer Hand bemerkt: Ex iussu consilij, ad protestacionem consulum ad dominum Johannem Wittenborch proinde missorum, quod dominus Johannes consensit, deleta est hec scriptura.[1]

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1361, Thome apostoli.

1) Bürgermeister Johann Wittenborch ward im Jahre 1363 enthauptet. Die Deputirten des Raths wurden also zur Einholung seines Consenses in die Tilgung des obigen Rentepostens zu ihm in das Gefängniss gesandt. Vgl. Sartorius. 8. 524. 526 fg.

Digitized by Google

CDXVI.

Willkür der Küter. 1361.

De fartoribus. Anno LX primo.

Den kutheren hebbet desse heren vor eyn recht ghegheuen, dat nen knape scal des nachtes vte slapen, by teyn schillinghe weddes, vnd were welk here, de dat wiste, dat sin cnape vte slapen hedde, brochte he dat nicht to wedde, he scholdet suluen wedden alse de knape.

Aeltestes Wettebuch, fol. 9.

CDXVII.

Albert Wullenpund verkauft den Landesgeschwornen von Fehmarn und dem Rathe von Burg 20 Mark Renten in Fehmarn für nächsten Michaelis zu bezahlende 180 Mark. O J. (Spätestens Anfang 1362.)[1]

Notum sit, quod Albertus Wullempund sponte vendidit racionabiliter discretis ‖ viris, Volquino Schacht, Hinrico Tanken, Nicolao de Marlestorp et ‖ Gallendorp de Borch, juratis terre Ymbrie, et consulibus opidi Borch, ‖ viginti marcarum redditus sitos in eadem terra Ymbrie, prout eos hactenus possidebat, cum omni jure pro ducentis marcis lubicensibus minus viginti marcis eiusdem monete. Quas et ipsi emptores insolidum ac manu coniuncta finaliter in festo beati Michahelis proximo intra ciuitatem Lubike soluere promiserunt presentibus et promittunt Alberto predicto suisque veris heredibus, dilacione nel inpedimento quibuslibet amputatis. Dum autem emptores predicti per solucionem pecunie prefate fecerint, vt premittitur, Alberto Wullempund et suis veris heredibus, tunc Albertus ipsis emptoribus omnes litteras recognicionum seu collacionum, quas habet et habuit hucusque super huiusmodi redditibus, tradere, restituere debet et presentare. Et huiusmodi vendicionem ac empcionem predictorum redditauum Albertus Wullempund et emptores prenarrati firmam ac inmutabilem ex vtraque parte fecerunt et contraxerunt. Testes huius sunt honorabiles viri et domini, Godscalcus de Warendorp, Zeghebodo Crispin et Johannes Wittemborch, consules Lubicenses.

In dorso: Memoriales Alberti Wullempund I[a]

Litterae memoriales, auf der Registratur.

1) Johann Wittenborch ist seit dem Frühling 1362 Anführer der Lübecker im dänischen Kriege und wird gleich nach seiner Heimkehr gefangen gesetzt. Vgl. Nr. 415 A. 1. Albert Wullenpund kommt bis 1360 im Ober-Stadtbuch vor, und wird noch 1361, Jul. 31. genannt. Vgl. Nr. 407.

Digitized by Google

CDXVIII.

Der Rath von Wismar erklärt auf das eidliche Zeugniss mehrerer dortiger Bürger, dass die dem Lübeckischen Bürger Johann Wilstede gehörenden, in Danzig mit Beschlag belegten drei Last Hering schon vierzehn Tage vor dem letztverflossenen Michaelisfeste gesalzen worden seien. 1362. Jan. 14.[1]

Prudentibus et honestis viris, .. dominis consulibus Lubicensibus, amicis nostris sinceris, consules Wysmarienses obsequiorum suorum promptitudinem purissimo ex affectu. Nouerit vestra dilectio, quod coram nobis fuerunt constituti discreti ‖ viri, concines nostri, Johannes Seleghe, Nicolaus Klint et Nicolaus de Varne, et sub eorum prestitis juramentis ‖ per nos ab ipsis receptis legitime sunt testati, quod tres laste allecium, Johanni Wilsteden, conciui vestro, in Danzeke occupate ad presens, ante festum sancti Michahelis proxime preteritum bene ad quindenam fuerunt et erant salsate. Datum nostro sub secreto presentibus tergotenus inpresso in testimonium premissorum, sub anno Domini MCCCLX secundo, in die sancti Felicis presbiteri.

Nach dem Originale auf der Treve, mit in dorso aufgedrücktem Secret.

CDXIX.

Lüder von Lützow schliesst für sich und seine Freunde und für seinen dermalen abwesenden Oheim Volrad auf den Fall der Rückkehr desselben nach Deutschland einen Waffenstillstand mit der Stadt Lübeck bis vier Tage nach nächsten Pfingsten. 1362. Jan. 27.[2]

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris Luderus, filius Luderi de Lutzowe, ‖ salutem in Domino. Presencium testimonio lucide recognosco, quod pro me et omnibus amicis meis ‖ accepi cum honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, ipsorumque ciuibus et familiaribus eorundem ‖ amicabiles treugarum dies a data presencium vsque ad festum Penthe-

1) Vgl. Sartorius II. S. 492 und Cassel Ungedr. Urkunden. S. 4.

2) Ist dasselbe Schreiben, welches in Siegel des Mittelalters aus den Archiven d. St. Lübeck. II. 5. S. 81 mit dem Datum fer. 4. p. Conv. Pauli angeführt wird. Das damals noch anhangende Siegel des Lüder Lützow ist inzwischen völlig zerbröckelt und verschwunden.

Digitized by Google

costes proxime venturum et per illos quatuor integros dies eiusdem festi immediate sequentes duraturas, ita quod ipsi pre me et amicis meis omnibus securi esse debent infra tempus prelimitum, sed quod, cum Volradus Lutzowe, meus patruus, partes Theutonicas tetigerit et peruenerit ad easdem, debet in eisdem treugis esse comprehensus et easdem certificare, prout ego easdem certificaui. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum meorum compromissorum sigillis presentibus est appensum. Vnde et nos Rauo de Barnekowe, Vicko Molteke de Strêtvelde, milites, et Dancquardus de Bulowe, armiger, pro premissis treugis firmiter obseruandis promisimus eisdem consulibus Lubicensibus, eorum ciuibus et ipsorum familiaribus et presentibus promittimus in hijs scriptis coniuncta manu, quod predicte treuge debeant inuiolabiliter obseruari. Ideo sigilla nostra cum sigillo dicti Luderi ex nostra certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum Zwerin, anno Domini M̊CC̊LXII̊, feria quinta post festum Conuersionis sancti Pauli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Vicko Moltke; die übrigen Siegel fehlen.

CDXX.

Der Rath von Kalmar verkündet ein in einer Schiffsverfrachtungssache von ihm gesprochenes Urtheil, und dass einer der Betheiligten sich nicht dabei beruhigen wolle. 1362. Apr. 25.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules Calmarnenses salutem in Domino sempiternam. ‖ Tenore presencium omnibus elucescat, quod quidam Johannes Kote et plures socii sui conduxerunt nauim ‖ Hermanni Kellerehof et bona sua in eam indaxerunt. Tandem dictus Hermannus pre multitudine ‖ debitorum suorum nauim suam vendere cogebatur. Qua vendita venerunt ad consistorium nostrum, quibus iudicatum exstitit, quod sepedictus Hermannus ipsis aliam nauim conduceret eque bonam, vel pecuniam ab eis leuatam et dimidietatem nauli ipsis redderet, de quo iure omnes excepto prefato Johanne Kote reddiderunt se contentos. In quorum testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CCCLX secundo, die beati Marci ewangeliste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel

Digitized by Google

CDXXI.

Magnus, König von Schweden, und Hakon, dessen Sohn, König von Norwegen, bekennen sich zu einer Schuld gegen Lübeck. 1362. Mai 1.

Nos Magnus, Dei gracia rex Swecie, et Haquinus, filius eius, eadem gracia rex Norwegie. Coram omnibus presencia audituris seu visuris [recognoscimus manifeste, quod honorabilibus viris, . . consulibus et ciuitati Lubicensi, in duobus milibus marcarum denariorum lubicensium minus XXXVI solidis denariorum lubicensium sumus pro cibarijs diuersis et potibus per nostrum fidelem militem Hermannum de Vytzen ad vsum nostrum hoc anno procuratis veraciter obligati, quas ipsis amicabiliter ad ipsorum voluntatem tenemur persoluere et debemus. Preterea pro illis tribus nauibus generoso domino Hinrico, comiti Holtzacie, et pro illis duabus nauibus domino Adolfo, comiti Holtzacie, per dictos . . consules Lubicenses et ad vsum nostrum ad procuracionem dicti Hermanni de Vytzen ordinatis, quidquid ipsi pro eisdem iam actu exposuerunt aut pro ipsis adhuc exposuerint in futuro, hoc totum ipsis ad ipsorum persoluere volumus voluntatem. In cuius rei testimonium sigilla nostra cum sigillis nostrorum compromissorum infrascriptorum presentibus sunt appensa. Et nos Nycolaus, episcopus Lyncopensis, Erenghiselus Jonsson, comes, Nicolaus Thuresson, Johannes Hierna, Peter Bunde, milites; Boecius Jonsson, Anundus Hemminghesson, armigeri; Benedictus Phylippesson, miles; Aruidus Gostasson, Torkillus Erenghiselsson, armigeri, et Karolus Olauesson, miles, compromittimus cum dictis nostris dominis, dominis regibus Swecie et Norwegie, volentes omnia et singula premissa firmiter obseruare. Et si aliquius seu aliquorum sigilla hic defecerint, pro illis nos alij, quorum sigilla hic presentibus sunt appensa, coniuncta manu promittimus atque stamus, quod, defectu illorum non obstante, equebene huiusmodi littere roboris obtinere debeant firmitatem. In quorum euidenciam pleniorem nostra sigilla cum sigillis dictorum nostrorum dominorum, regum Swecie et Norwegie, presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, dominica, qua cantatur Misericordia Domini.

Nach dem Originale auf der Trese An der Urkunde hangen zwanzig Siegelstreifen, jedoch nur sieben Siegel, nämlich die der beiden Könige (No. 1 u. 2), des Grafen Erengüel Jonsson (No. 4), des in der Urkunde nicht genannten Throtte Partsson (No. 10), das schon bei der Urkunde No. 408 erwähnte des Anundus Hemmingesson (No. 15), endlich noch zwei unkenntliche (No. 16 und 17), welche ebenfalls in der Urkunde nicht genannten Personen angehört zu haben scheinen. An den übrigen dreizehn Siegelstreifen haben niemals Siegel gehangen.

Digitized by Google

CDXXII.

Adolph, Graf von Holstein und Schauenburg, bekennt, der Stadt Lübeck 100 lübeckische Gulden schuldig zu sein, und verspricht, sie nächste Weihnacht zu bezahlen 1362. Mai 13.

Vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, nos Adolphus, Dei gracia comes ‖ terre Holtzacie et in Schowenborch. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, ‖ nos et nostros veros heredes teneri ex racionabili debito honorabilibus viris et discretis, ‖ dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, nostris amicis sinceris, in centum florenis lubicensibus nobis per ipsos prompte concessis et amice, proximo festo Natiuitatis Christi integraliter et gratanter persoluendis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Lubeke, anno Domini MCCCLX secundo, sexta feria proxima post dominicam diem, qua cantatur Jubilate.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

CDXXIII.

Aufzeichnung über die abseiten des Rathmanns Eberhard Swarte mit seinem geistlichen Bruder getroffene Vereinbarung wegen Absonderung des Letzteren aus der Were. 1362. Mai 13.

Notum sit, quod dominus Everhardus Swarte, consul, debet et tenetur domino Hinrico, fratri suo, dare annuatim XII marcas denariorum lubicensium, pro quibus proprietatem domus sue, sicut jacet prope sanctum Jacobum inter domos quondam Alberti Woltnoghel et Jacobi Deghenardi, coram consilio dominica Jubilate sibi impignorauit, et cum hoc secum tenere debet ipsum in expensis, quamdiu non est beneficiatus. Et si dicto domino Henrico non videretur expedire nec competere, quod cum dicto fratre suo in expensis vellet esse, extunc sibi XIIII marcas denariorum tenetur dare annuatim, vbi se locare volnerit in expensis, et quolibet anno VIII vlnas de panno brugensi ad tunicam et capucium, et vltra duos annos VIII vlnas de panno brugensi ad togam sibi dare debet duplicatam, et calceos sibi annuatim ordinabit. Quando autem beneficatus fuerit, extunc sibi illas XIIII marcas amplius non tenetur erogare. Sic enim ambo coram consilio inter se mutuo concordabant, de cuius mandato istud sic est scriptum.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuchs vom J. 1362, Cantate.

Digitized by Google

CDXXIV.

Der Knappe Otto Muggel und Genossen quitiren den Rath von Lübeck über den Sold für im laufenden Jahre der Stadt geleisteten Kriegsdienst, so wie über den Ersatz des an Pferden, Gefangenen und sonst erlittenen Schadens, und entsagen jedem ferneren aus diesem Verhältnisse erwachsenen Rechtsanspruche. 1362. Jul. 22 [1]

Nos Otto Mûggele, Syfridus de Reuentloo, Christoforus Oldeland, Godscalcus Reuentlo ‖ et Schele de Haghen, armigeri. Presencium testimonio recognosci-

1) Auf der Trese werden die folgenden gleichlautenden Quitungen d. J. 1362 bewahrt:

An demselben Tage stellen solche aus: **1.** Henneke Gûdowe, Boghel de Ho, Marq. Durenberch, Dithleuus Gûdowe et Hartw. Gûdowe, armigeri. (Des Ersten Siegel hängt an.) **2.** Helricus Wesenberch, Olricus Wûner, Eylerus de Dorne, Marq. Tranenemunde, Eggardus de Dorne, armigeri. (Siegel d. Helr. Wesenb.) **3.** Hildegerus vamme Staue de Colonia, miles (Siegel); Joh. Bûr, Hinr. Grutzink et Herm. Kracht, armigeri. **4.** Lambertus de Bôewolde (Siegel, von dem das Vorderstück mit dem Wappenbilde abgesprungen), Volradus Storm, Marq. Wûnner, Otto Wûnner, Marq. Pik, Hinr. Erpenhagben, Hinr. Minneman, Joh. Hadoler, Volequinus de Wilzen et Marq. Minneman, armigeri. **5.** Vicko Sebarpenberch (Siegel, vom Bande abgesprungen, liegt bei), Vicko Strokerke, Hinr. Plesse, Volradus Boddin et Hasso dictus Leyye, armigeri. **6.** Hynr. Aluerstorp junior (Siegel), Hinr. Aluerstorp senior, Otto Aluerstorp, Hasse Aluerstorp, Henneke Aluerstorp, Otto de Plone, Hartw. de Plone, Godsc. Ascheberch, Hinr. de Stenvorde et Ditbleuus Holste, armigeri. **7.** Florinus de Dalem, Herm. de Hastenbeke, Ernestus de Stockem, Hartm. de Dydingben, Ern. de Wenthusen, Henr. de Braak, Hynr. de Rypenhusen, Joh. de Celle, Fred. de Bortfelde, Borch. de Bortfelde, Grâbo de Stenberghe, Hynr. de Stenberghe, Joh. de Here, Thider. de Mandere, Joh. de Mandere, Ludolphus de Swychelde, Jord. de Swichelde, Ruscher de Woidenberghe, Borch. de Vorden, Conr. de Lynde, Herm. de Maalden, Bartoldus de Maalden, Bert. de Yesen, Borch. Wyldelouwe, Joh. vamme Hûs, Ludowichus Kokyngh, Alb. de Ebbynghehusen, Hynr. de Øsen, Joh. de Affordc, Herm. de Sydinghehusen, Hartwichus de Bruggen, Joh. Bûsch, Vlricus de Ylthen, Hynr. Rasebom, Stacius de Bedente, Vde van Halle, Huch van Halle, Hynr. de Lynede, Brûningh de Alten et Albertus Bok, armigeri. (Anhangend die Siegel der drei Erstgenannten, als der „tres capitanei.")

Desgleichen am 25. Juli (Jacobi): **8.** Joh. Donehof (Siegel: Eberkopf).

Am 26. Juli (crast. Jacobi): **9.** Herm. Bulowe (Siegel) et Joh. de Aschersleue, armigeri. **10.** Elerus (Siegel), Henneke, Tymmeke et Marq. dicti Bisticsee, Henneke Stephani, Thideke Wende et Nycolaus Vrese, armigeri. **11.** Bertoldus Ryke, Floreke de Vresenhusen, Bert. de Billem (die drei Siegel unter No. 1. 2. 4. anhangend), Bernardus de Billem, Nic. de Wluethe, Thider. de Derspe, Reybardus de Oldendorpe, Stacius de Vorneholte, Olr. de Reen, Joh. de Hildewerinedorpe (dessen Siegel als drittes angehängt ist), Harmannus de Molendino, Thider. de Meyngodes, Fred. Post, Joh. de Lustringhe, Joh. Detberen, Wern. Zore, Ludcrus Grene, Joh. Hupedo, Euerh. de Hoyger et Joh. Buremester, armigeri. **12.** Conr. (Siegel) et Bernard. fratr. de Plesse, Alb. et Werner fratr. dicti Metzeke, Hinr. Steen, Henneke Boddin et Gunter. Lukowe, armigeri.

Am 28. Juli (fer. quinta p. Jacobi): **13.** Eylardus de Berle, armiger (Siegel). **14.** Alb. van der Oste, miles (nennt sich auf dem anhangenden Siegel: Alb. Destell, mil. dictus de Oste).

Am 3. Aug. (Inv. Steph.): **15.** Tymmo Vasmerstorp, armiger (mit Siegel).

Am 4. Aug. (crast. Inv. Steph.): **16.** Otto Wackebard, principalis huius cause, et Vicko Scharpenberg, fideiussor (mit anhangendem Siegel des Letzteren, demselben, wie an 5).

Am 9. Aug. (vig. Laurencij): **17.** Volr. Poppendorp, armiger (mit Siegel). **18.** Magister Gobele dictus Grymmenduvel, machinista (mit Siegel). **19.** Magister Ludolfus de Stedere, machinista (mit Siegel).

Am 31. Aug. (prof. Egidij): **20.** Ludemannus vôrschutte, alias dictus Grutter, de Brunswijk (Hausmarke).

Am 15. Sept. (oct. Nat. Marie): **21.** Eggardus Cinke, Godsc. Myrowe, Emeke Steen et Gber. Leuenhaghen (mit vier Siegeln).

Digitized by Google

mus manifeste, ‖ huiusmodi stipendium nostrum et sallarium propter seruicium nostrum ciuitati Lubicensi hoc anno ‖ exhibitum, quodque stipendium festo Michaelis proxime venturo a data presencium continue computando habere debuimus, pariter et omne dampnum, quod tam in equis quam in captiuis ac in alijs rebus omnibus et singulis in dicto seruicio perpessi fueramus, nobis per honorabiles viros, dominos consules eiusdem ciuitatis, cum graciarum actionibus totaliter esse et complete persolatum. Tenentes vero nos contentos et bene pagatos, dimisimus et per presentes dimittimus dictos consules et eorum ciues ac omnes, quorum nomine eorum interest, ab omni iterata actione et secundaria monicione, absque dolo penitus et fraude, proinde liberos omnino et solutos, cupientes cum hoc ipsos et ciues ipsorum omnes honorare et in omnibus cum nostris amicis omnibus et singulis nostri causa facere uel dimittere volentibus fideliter et amicabiliter vbilibet promouere. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum dicti Ottonis ex omnium nostrum certa sciencia et pleno consensu presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXII, in festo beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel

Am 14. Oct. (Kalixti): **22.** Gher. dictus Bobbo, armiger (mit Siegel).

Am 15. Oct. (crast. Kalixti): **23.** Gher. Wlhaze, armiger (mit Siegel).

Am 10. Nov. (vig. Martini episc.): **24.** Gher. de Anthen (Hausmarke).

Am 26. Nov. (crast. Katharine): **25.** Joh Ryther (Hausmarke).

Am 11. Dec. (dom., qua cant. Gaudete in Domino): **26.** Henneke de Gheratede (mit anh. Siegeln des Ausstellers und seiner beiden Mitgelober, seines Bruders Hermann (beides Hausmarken), und des Maneke de Estorpe).

Am 15. Dec. (fer. quinta p. Lucie): **27.** Hennighus Valemeyer (mit Siegel, von welchem aber die obere Platte mit dem Siegelbilde abgesprungen ist).

Unter allen Quitungen weichen nur wenige in einem einzelnen Worte von der oben abgedruckten ab: von den Letztausgestellten haben manche den gewöhnlichen Eingangsgruss. Bei **17—19. 25. 27** ist der Zahlungstermin: quodque stipendium — habere debuimus, weggelassen; bei **22—24. 26.** entsprechend geändert: in festo Michaelis proxime (nouissime) preterito. Die Aussteller von **17—20. 25. 27.** quitiren nicht für Ersatz des tam in equis quam in captiuis erlittenen Schadens, was bei Dreien ersichtlich mit ihrem Geschützdienste zusammenhängt, bei den Andern wohl darauf hinweist, dass sie als einzelne Leute dienten. Die von **24.** und **26.** bekennen sich für tam in equis quam in captiuitate, die von **21.** für tam in nauibus quam captiuis erduldeten Verlust entschädigt: jene waren also selbst in Gefangenschaft gerathen, diese hatten als Schiffsführer gedient.

Digitized by Google

CDXXV.

Quitung des Bruno Warendorp, Gozwin de Cimiterio und Arnold Lange über empfangenen Sold. 1362. Aug. 6.

Notum sit, quod Brûno Warendorp, Gozwinus de Cimiterio et Arnoldus Langhe coram consilio constituti recognouerunt manifeste, se ipsorum sallarium (propter seruicium) hoc anno communitati exhibitum Lubicensi a dictis dominis consulibus integre subleuasse, quia quilibet ipsorum XXX marcas denariorum se subleuasse recognouit. Tenentes enim se contentos et bene pagatos, dimiserunt dictos consules immonitos penitus atque quitos, nichil postula(tu)ri amplius de premissis. Actum coram consilio.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuchs v. J. 1362, Sixti.

CDXXVI.

Hermann, Abt des Klosters St. Marien bei Stade, befiehlt in päpstlichem Auftrage den Rectoren der Kirchen in der Bremer, Lübecker und Ratzeburger Diöcese, mehrere wegen Wuchers vor ihm angeklagte Lübeckische Bürger vor sein Gericht zu citiren. 1362. Aug. 22.

Hermannus, abbas monasterij prope muros Stadenses Bremensis diocesis, judex vnicus a sede apostolica specialiter delegatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum rectoribus per Bremensem, Lubicensem, Raceburgensem dioceses constitutis sinceram in Domino karitatem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape sexti, non abolitas, non concellatas nec viciatas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes, more Romane curie bullatas, cum ea, qua decuit, reuerencia nos recepisse noueritis, quarum tenor talis est: Innocencius episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio, . . abbati sancte Marie prope muros Stadenses Bremensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis Bertoldus Wensin, presbiter, Marquardus et Otto dicti Wensin, eiusdem presbiteri fratres, armigeri, Lubicensis diocesis, quod Johannes Musenibbe, Johannes Wocke, Johannes Koc, Ghereko Ranke, Radeko Douendeghe[1] et Vnna Scroder, layci ciuitatis et diocesis Lubicensis, multa extorse-

1) Die Namen Albertus Brugemeker et Claws Voghet sind ausgestrichen.

Digitized by Google

runt et adhuc extorquere nituntur ab eis communiter per vsurariam prauitatem. Cum autem dicti conquerentes, sicud asserunt, potenciam dictorum iniuriancium merito perhorrescentes, eos intra ciuitatem seu diocesim Lubicensem nequeant conuenire secure, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos vsurarios, ut sorte sua contenti, sic extorta restituant conquerentibus et ab vsurarum exactione desistant, per penam in Lateranensi concilio contra vsurarios editam appellacione remota compellas, attencius prouisurus, ne auctoritate nostra in negocio procedas eodem, nec dicti conquerentes restituentur, uel adhuc restituant, si quas alteri extorserunt vsuras, cum frustra legis auxilium inuocent, qui committunt in legem. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Actum Auinione, III Kal. Maij, pontificatus nostri anno decimo. Harum igitur auctoritate litterarum apostolicarum vobis et cuilibet vestrum, qui super hoc fueritis requisiti, sub penis suspensionis et excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum monicione canonica premissa ferimus in hiis scriptis, si non feceritis, quod mandamus, districte precipiendo mandamus, quatinus, accedentes, quo propter hoc fuerit accedendum et accedere fueritis requisiti, citetis peremptorie Johannem Musenibben, Johannem Wocken, Johannem Koc, Ghereken Ranken, Radeken Douendeghen[1] et Vnna Schroder, laycos ciuitatis et diocesis Lubicensis predictos, ut decimaquinta die iuridica post execucionem presencium coram nobis Stadis in ambitis monasterii nostri compareant, eisdem Bertoldo Wensin, presbitero, Marquardo et Ottoni dictis Wensin, eiusdem presbiteri fratribus supradictis, super obiciendis legitime responsuri. Diem vero execucionis, et quid in premissis feceritis, nobis litteris vestris sigillis sigillatis presentibus transfixis liquide rescribatis. Hesitantibus vero de iurisdictione nostra Stadis plenam fidem faciemus, cum littere originales ad vos per dicta loca propter viarum pericula et gwerrarum discrimina non valeant secure deportari. Ac latori presencium firmiter caueatis vos, qui presens nostrum mandatum fueritis executi. Datum Stadis, anno Domini MCCCLX secundo, in octaua Assumpcionis beate Marie virginis, nostro pendente sub sigillo.

Probacio.

Nach einer in Briefform zusammengelegten gleichzeitigen Abschrift auf Papier, auf der Trese.

1) Die Namen Albertus Brugemekere, Claws Voghet sind wieder ausgestrichen.

Digitized by Google

CDXXVII.

Arnold Hertege quitirt den Rath von Lübeck über den Empfang des seinem verstorbenen Bruder schuldigen Soldes. 1362. Aug. 27.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, ego Arnoldus Herteghe cupio fore notum | per presentes publice protestando, me integre recepisse ab honorabilibus viris, dominis | consulibus Lubicensibus, omne stipendium, in quo Hinrico Herteghen, meo fratri bone | memorie, tenebantur obligati. De quo prefatos dominos consules Lubicenses et eorum successores pro me et pro meis heredibus dimitto quitos penitus et solutos amplius nichil causando super ipsos in futurum racione premissorum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLX secundo, Sabbato ante Decollacionem sancti Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDXXVIII.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, erklärt die Ansprüche, die er an den Rath von Lübeck wegen Wegnahme dreier Schiffe machte, für befriedigt. 1362. Sept. 2.

Nos Ericus, Dei gracia Saxonie, Angarie et Westualie dux. Recognoscimus manifeste coram omnibus presencia visuris seu audituris, quod | honorabiles viri, consules ciuitatis Lubicensis, pro illis tribus nauibus, quarum due Vickoni marscalke pertinebant, tercia vero | Hartwico vrome knape, per dictos consules nuperrime ablatis, se nobiscum et nostri nomine cum Hennekino Molner, nostro familiari, | amicabiliter composuerunt, sic quod ipsi aut eorum ciues seu familiares pro dictis tribus nauibus nullam monicionem iteratam aut actionem posteriorem debeant sustinere quouismodo, pro quo ipsis stamus. Et in testimonium magis euidens secretum nostrum sub anno Domini MCCCLXII, feria sexta post festum Egidij, est appensum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secrete.

Digitized by Google

CDXXIX.

Adolph, Graf zu Holstein und Stormarn, genehmigt die durch seine Abgeordneten mit der Stadt Lübeck gepflogenen Verhandlungen und ersucht um Auszahlung der vom Könige von Schweden und dessen Gesandten entrichteten 200 ℔. 1362. Sept. 6.

Salutacione salutari sincere et promotiue premissa. Nos Adolphus, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes. Vobis viris ⁞ prouidis et discretis, consulibus ciuitatis Lubicensis, presentibus enodamus, nos omnia et singula placita inter nos et vos ⁞ per nostros fideles, videlicet dominum Thymmonem Maruten, militem, et Gherardum Hoken, nostrum officialem, vestramque per prouidam discrecionem placitata firma et rata velle obseruare omnimode et extoto, ac si eadem oretenus seu propria in persona vobiscum dinosceremur placitasse. Supplicamus igitur affectanter, vt vestra discrecio nostro notario Dethleuo Gryp, presencium ostensori, pro cibariis nostris nobis a domino rege Swecie et suis ambassatoribus traditis ducentas marcas lubicenses nomine nostri visis presentibus dignetur elargiri in effectum, vnde vos de solucione earundem quitos penitus et solutos dimittimus per presentes. Scriptum castro nostro Plone, anno Domini MCCCLXII, feria tercia proxima ante festum Natiuitatis Marie, sub appensione sigilli nostri.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDXXX.

Wilhelm, Propst des Klosters St. Georg bei Stade, befiehlt in (angeblich) päpstlichem Auftrage den Rectoren der Kirchen und Kapellen in der Bremer Diöcese, den Lübeckischen Bürger Detlev Bruye zu citiren, dass er am nächsten 1 November vor ihm im Gericht erscheine, um auf die Anklage des Florentius von Campe zu antworten. 1362 Oct. 4.

Willekinus, prepositus monasterij sancti Georgij [sancti Georgij] Stadensis Bremensis diocesis, judex vnicus in partibus infrascriptis a sede apostolica specialiter delegatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum et cappellarum rectoribus ac alijs clericis quibuscumque, diocesanis vbilibet constitutis, salutem

Digitized by Google

in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, nos litteras apostolicas non abolitas, non rasas, non cancellatas nec viciatas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes, recepisse in hec verba: Innocencius, episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio, preposito monasterij Sancti Georgij Stadensis per prepositum soliti gubernari etc.; et sic finit: Datum Auinione, VIIII Kalendas Maij, pontificatus nostri anno decimo. Hac igitur auctoritate litterarum apostolicarum vobis et cuilibet vestrum, qui super hoc fueritis requisiti, sub penis suspensionis ot excommunicacionis, quas in vos et quemlibet vestrum trium dierum monicione canonica premissa ferimus in hijs scriptis, si non feceritis, quod mandauimus, districte precipiendo mandamus, quatenus, accedentes, quo propter hoc fuerit accedendum et accedere fueritis requisiti, citetis peremptorie Detleuum Broyen, laicum Lubicensis diocesis, vt proxima die Martis post instans festum apostolorum beatorum Symonis et Jude coram nobis Stadis in ecclesia nostra predicta compareat, eidem Florencio de Campe predicte Sleswicensis diocesis super obiciendis legitime responsurus. In signum execucionis presencia sigilletis. Hesitantibus de inrisdictione nostra Stadis plenam fidem faciemus. Datum Stadis, anno Domini MCCCLXII, ipso die beati Francisci, nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach einer in No. 447 aufgenommenen Abschrift.

CDXXXI.

Hermann, Abt des Klosters St. Marien bei Stade, trägt den Rectoren der Kirchen in der Bremer, Lübecker und Ratzeburger Diöcese auf, den Unna Schröder, welcher der ersten Citation nicht Folge geleistet habe, noch einmal bei Strafe des Bannes vor sein Gericht zu citiren. 1362. Oct. 5.

Hermannus, abbas (monasterij) prope muros Stadenses (Bremensis) diocesis, judex vnicus a sede apostolica specialiter delegatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum seu diuinorum rectoribus per Bremensem, Lubecensem et Raceburgensem dioceses constitutis sinceram in Domino karitatem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Quia Vnna Scroder, laycus Lubicensis diocesis, reus coram nobis ad instanciam discreti viri, domini Bertoldi Wensyn, presbyteri dicte diocesis, actoris, peremptorie citatus, in termino peremptorio sibi prefixo non comparuit, dicto actore comparente et, quantum debuit, exspectante

Digitized by Google

et dicti rei contumaciam accusante, bene exigente iusticia ipsum reum reputauimus contumacem, mandantes vobis sub debita obedien(cia) et excommunicacionis pena, quatenus predictum reum peremptorie moneatis, ut infra quindecim dies post vestram monicionem nobis de contumacia et parti aduerse de expensis satisfaciat et alias contumaciam canonice expurget: alioquin ipsum, quem propter hoc ex tunc ut ex nunc et ex nunc ut ex tunc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatum publice denuncietis singulis diebus dominicis et festiuis. Reddite litteras presentes sigillis vestris sigillatas in signum execucionis per vos facte. Datum Stadis, anno Domini MCCCLX secundo, sequenti die beati Francisci.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift auf Papier, auf der Trese.

CDXXXII.

Soldquitung des Engelbert von der Mark. 1562. Oct. 16.

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri seu audituri, quod ego Engelbertus de Marka honestis viris ac dominis, dominis consulibus Lubicensibus, multum regracior pro omni bono michi facto, dimittens illos ab omni sallario et precio michi promisso et persoluto quitos presentibus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum anno Domini MCCCLX secundo, in die beati Galli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDXXXIII.

Detlev Broye bestellt den Johann von Linzen zu seinem Bevollmächtigten, um vor dem Propst Wilhelm des Klosters St. Georg bei Stade das den Lübeckischen Bürgern verliehene Privilegium de non evocando geltend zu machen. 1562. Oct. 19.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, indictione prima, mensis Octobris die decima nona, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencij diuina prouidencia pape sexti, anno decimo, in mei notarij publici subscripti testiumque infra scriptorum presencia constitutus personaliter discretus vir Detleuus Broye, ciuis Lubicensis, fecit, consti-

Digitized by Google

tuit et ordinauit discretum virum Johannem de Linsen, clericum Monasteriensis diocesis, presentem et onus procuracionis in se sponte suscipientem, in suum verum et legitimum procuratorem et nunctium specialem ad allegandum et proponendum coram honorabili viro, domino Wilhelmo, preposito Monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, quod ipse fuit per sex annos et vltra et est verus ciuis de vniuersitate ciuitatis Lubicensis, et ad publicandum eidem domino preposito nonnullos processus reuerendi patris et domini Eghardi, abbatis monasterij de Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, auctoritate apostolica sibi directos, pro eo, quod ipsum tamquam delegatus a sede apostolica, ad instanciam cuiusdam Florencij de Campe Slesvicensis diocesis, ad oppidum Stadis a fine diocesis Lubicensis vltra vnam dietam notorie distans non solummodo contra tenorem priuilegij consulibus et vniversitati ciuitatis Lubicensis predicte a sede apostolica concessi, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII., ad judicium ecclesiasticum temere euocare presumpsit; et, si necesse fuerit, contra dominum Wilhelmum prepositum et Florencium predictos et eorum quemlibet, communiter vel diuisim, ad agendum et defendendum, excipiendum et replicandum, libellum seu libellos dandum et recipiendum, litem contestandum, juramentum de calumpnia et de veritate dicenda seu cuiuslibet alterius generis juramentum in animam suam prestandum, ponendum et articulandum, posicionibus et articulis partis aduerse respondendum, testes, litteras, instrumenta et quecunque alia probacionum genera producendum, testes alterius partis iurare videndum et eos reprobandum, crimina et defectus opponendum, sentenciam seu sentencias tam interlocutorias quam diffinitiuas ferre petendum et audiendum et ab eis et a quolibet alio grauamine appellandum, appellacionem seu appellaciones prosequendum, apostolos petendum et recipiendum, alium seu alios procuratorem seu procuratores loco sui substituendum et eum seu eos reuocandum, quando et quociens sibi visum fuerit expedire, et generaliter omnia et singula faciendum, que in premissis verus et legitimus potest et debet facere procurator, eciam si mandatum exiga(u)t speciale. Promisit, se gratum et ratum habiturum, quidquid per dictum procuratorem suum aut substituendum aut substituendos ab ipso actum siue factum fuerit in premissis aut quolibet premissorum, volens insuper dictus constituens dictum procuratorem suum aut substituendum aut substituendos ab ipso releuare ab omni onere satisdandi, promisitque michi notario publico subscripto legitime stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest seu intererit, judicio sisti et judicatum solui sub

Digitized by Google

omni bonorum suorum obligacione et ypotheca. Acta sunt hec in consistorio ciuitatis Lubicensis, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Emekino Dissow, Euerhardo Tolner, Nicolao Swarten et Emekino Korow, ciuibus ciuitatis Lubicensis predicte, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus Ruter, clericus Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi procuratoris constitucioni alijsque omnibus et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eamque sic fieri vidi et audiui, manu[que] mea propria fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo et nomine solito signaui vocatus et requisitus in euidens testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

CDXXXIV.

Rath und Gemeinde zu Lübeck bevollmächtigen den Johann von Linzen, um vor dem Propst Wilhelm des Klosters St. Georg bei Stade, der den Detlev Broye vor sein Gericht geladen, das Lübeckische Privilegium de non evocando geltend zu machen. 1362. Oct. 23.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, indictione prima, mensis Octobris die vicesima tercia, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencij | diuina prouidencia pape sexti, anno decimo, in mei notarij publici subscripti et testium infrascriptorum presencia constituti honorabiles et discreti viri, domini Thidemannus de Warendorp, Hermannus de Wickede, proconsules, Bertramus Vorrad, Goscalcus de Warendorp, consules, necnon Johannes Bicghel et Johannes Velkenere multique alij ciues vniuersitatis ciuitatis Lubicensis, ad hoc in consistorio dicte ciuitatis specialiter congregati, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt discretum virum Johannem de Linzen, clericum Monasteriensis diocesis, presentem et onus sindicatus seu procuracionis in se sponte sussipientem, in eorum verum et legitimum sindicum seu procuratorem et nunctium specialem ad publicandum nonnullos processus per reuerendum patrem et dominum, dominum Eghardum, abbatem monasterij de Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruatorem

Digitized by Google

priuilegij ipsis a sede apostolica concessi, quod consules et vniuersitas dicte ciuitatis ad forum ecclesiasticum per nullos ordinarios delegatos seu subdelegatos, executores seu conseruatores a sede apostolica datos extra muros ciuitatis predicte trahi non possunt, factos reuerendo viro, domino Wilhelmo, preposito monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, pro eo et super eo, quod Detleuum Broyen, ciuem dicte vniuersitatis Lubicensis, ad opidum Stadis a fine diocesis Lubicensis vltra vnam dietam notorie distans non solummodo contra tenorem dicti priuilegij, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII., ad instanciam cuiusdam Florencij de Campe Sleswicensis diocesis, tamquam delegatus a sede apostolica coram se temere in judicium euocare presumpsit, et ad requirendum eundem dominum prepositum et etiam Florencium, vt ab euocacione predicta iuxta tenorem processus dicti domini abbatis cessent omnino et extoto, et, si necesse fuerit, super hijs coram dicto domino abbate uel eius subconseruatore dato uel dando contra *(Das Folgende lautet, mit Ausnahme der aus der Mehrzahl der Vollmachtgeber hervorgehenden Abweichungen, wie in der vorhergehenden Urkunde)* et judicatum solui sub omni bonorum suorum et ciuitatis Lubicensis predicte obligacione et ypotheca. Acta sunt hec in dicto consistorio dicte ciuitatis Lubicensis, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis et magistris Johanne Dannenbergh et Martino de Golnow, prothonotarijs ciuitatis Lubicensis predicte, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus Rüter, clericus Caminensis diocesis *(wie in der vorhergehenden Urkunde)*.

Nach dem Originale auf der Trese

CDXXXV.

Eccard, Abt von Reinfeld, trägt dem Notar Nicolaus Ruter auf, den Florentius von Campe auf den Montag nach Allerheiligen vor sein Gericht in Lübeck zu citiren. 1362. Oct. 20. (Nebst angehängter Bescheinigung des Notars über die Ausführung dieses Auftrags. Oct. 29)

Frater Eghardus, abbas monasterij de Reyneuelde ordinis Cisterciensis Lubicensis diocesis, conseruator priuilegii honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus et | vniuersitati ciuitatis Lubicensis, a sede apostolica concessi,

Digitized by Google

continentis, vt nulli ordinarij delegati, subdelegati, executores seu conseruatores a sede apostolica uel | eius legatis dati ipsos extra muros suos ad ecclesiastica judicia euocare presumant, cum clausula illa, quatinus prefatos consules et vniuersitatem predicte ciuitatis | Lubicensis super premissis non permittas contra concessionis nostre tenorem a quoquam indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo specialiter deputatus. Discreto viro, Nicolao Ruter, clerico Caminensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos trium dierum spacio pro trina et canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districte auctoritate apostolica precipimus, quatenus accedatis, vbi propter hoc fuerit accedendum, citetis Florencium de Campe Sleswicensis diocesis, personaliter, si copiam eius habere poteritis, alioquin in monasterio sancti Georgij Stadensis publice de ambone, quem et nos eciam tenore presencium peremptorie et sub pena excommunicacionis sic citamus, vt feria secunda post festum Omnium Sanctorum Lubeke in curia nostra compareat legitime coram nobis ad dicendum causam racionabilem, quare non debet excommunicari et excommunicatus publice denunctiari pro eo et ex eo, quod Detleuum Broyen, ciuem de vniuersitate dicte ciuitatis Lubicensis, ad opidum Stadis vltra vnam dietam a fine diocesis Lubicensis notorie distans non solummodo contra tenorem dicti priuilegij, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. ad forum ecclesiasticum coram preposito monasterij sancti Georgij Stadensis temere euocare presumpsit, alioquin procedemus contra eum, prout iustum fuerit, ipsius absencia seu contumacia non obstante. Diem vero citacionis, et quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per cedulam presentibus transfixam vestroque signo publico signatam rescribatis. Hesitanti de iurisdictione nostra et priuilegio huiusmodi fidem faciemus Lubeke in curia nostra requisiti. Datum Reyneuelde, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, feria quinta post festum beati Luce Ewangeliste, nostro sub sigillo.

Noueritis, reuerende pater et domine, quod ego Nicolaus Ruter, clericus | Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, sub anno Domini | millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, sequenti die apostolorum Symonis et Jude, hora vesperarum uel quasi, in choro monasterij sancti Georgij Staden-

Digitized by Google

sis Bremensis diocesis, coram venerabilibus viris, dominis priori totoque capitulo dicti monasterij, Florencium de Campe Sleswicensis diocesis, cum ipsius copiam habere non potui, publice citaui presentibus discretis viris, dominis Frederico de Stadis, perpetuo vicario in dicto monasterio, et magistro Conrado, rectore scolarium ibidem, necnon Hinrico Witzekendorp, ciui Hamburgensi, et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego presentem cedulam presenti citatorio in signum execucionis transfixi ac meis nomine et signo solitis signaui in testimonium omnium premissorum.

Nach dem mit anhangendem Siegel versehenen Originale auf der Trese, welchem der mit dem Notariatszeichen beglaubigte Zettel angeheftet ist.

CDXXXVI.

Der Knappe Otto Gruwel erklärt, dass er den Lübecker Schlachter Thideke Poggetz für 60 ℔ Lüb. aus der Gefangenschaft entlassen habe. 1362. Nov. 4.

Vniuersis et singulis presens scriptum visuris seu audituris ego Otto Gruwel, armiger, cupio fore notum, quod Thidekinus dictus Poggetze, carnifex Lubicensis, captiuus meus ‖ fuerat, promittens michi pro captiuitate sua sexaginta marcas lubicenses. Quas michi secundum velle meum honeste pagauit, ita quod ipsum a predicta captiuitate quitum et solutum dimitto, promittens eidem Thidekino, quod per me et per heredes meos nulla monicio secundaria consequi debuerit futuris temporibus racione captiuitatis antedicte. Nam ipsi regracior omnis boni. In omnium premissorum euidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCC sexagesimo secundo, octaua die ante festum beati Martini episcopi gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDXXXVII.

Der Knappe Heinrich von Bülow sagt für die Theilnehmer an der Hochzeit der Tochter des Godeke von Bülow in Mölln Aufrechthaltung des Stadtfriedens zu. 1362. Nov. 5.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris Hinricus de Bulowe, armiger, salutem in Domino. Presencium testimonio recognosco manifeste,

Digitized by Google

quod ‖ ab illis, qui pernoctacionem in opido Molne faciendo debent nupcijs seu copulacioni legitime filie Godekini de Bulov ad maritum interesse, ‖ in ipsorum transitu, introitu, exitu et regressu nulla dampnorum seu molestiarum grauamina dicto opido Molne et ibidem ciuibus ac nostris familiaribus debent ‖ inferri nec fieri quouismodo. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum meum sub anno Domini MCCC^mo. sexagesimo secundo, Sabbato post festum Omnium Sanctorum, presentibus est appensum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit an einem aus der Urkunde geschnittenen Streifen hangendem Siegel

CDXXXVIII.

Eccard, Abt von Reinfeld, trägt den Pfarrgeistlichen in den Diöcesen Bremen, Schleswig, Schwerin, Ratzeburg und Lübeck auf, die von ihm ausgesprochene Excommunication des Florentius von Campe in ihren Kirchen zu verkündigen. 1362. Nov. 7.

Frater Eghardus *(wie in der Urkunde No. 435 bis)* compescendo, per litteras dicte sedis specialiter deputatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum prelatis, plebanis, rectoribus uel eorum vices gerentibus per Bremensem, Sleswicensem, Zwerinensem, Raceburgensem et Lubicensem ciuitates et dioceses ac alias vbilibet constitutis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum spacio pro trina et canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districtius auctoritate apostolica precipimus, quatenus Florencium de Campe Sleswicensis diocesis, quem in scriptis ad instanciam dictorum dominorum consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis iusticia exigente rite excommunicauimus pro eo, quod Detleuum Broyen, ciuem eorum, extra muros dicte ciuitatis ad opidum Stadis vltra vnam dietam a fine diocesis Lubicensis notorie distans non solummodo contra tenorem dicti priuilegii apostolici, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. coram venerabili viro, domino Wilhelmo, preposito monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, tamquam delegato a felicis recordacionis Innocencio papa VI. post ipsius obitum ad ecclesiasticum judicium temere euocare procurauit et fecit, excommunicatum publice denunctietis singulis diebus dominicis et festiuis

Digitized by Google

infra missarum sollempnia in ecclesijs vestris de ambone coram plebe, non cessantes ab hijs, donec aliud a nobis receperitis in mandatis. Et in signum execucionis vos, qui requisiti fueritis, sigilla vestra presentibus appendatis. Hesitanti de iurisdictione nostra fidem faciemus Lubeke in curia nostra requisiti. Datum ibidem, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, feria secunda proxima post festum Omnium Sanctorum, nostro sub sigillo.

An der Urkunde sind 13 Einschnitte für Siegelbänder, davon sind zwei leer geblieben, 11 Siegel sind daran gehängt. No. 1 ist das des Abts, No. 2 das des Hinricus Kükelsen, welches an Urk.-B. II., 784 als Rücksiegel des gräflichen gebraucht ist. (Vgl. Urk.-B. II. p. 1109 Nr. 3). Es zeigt zwei Küken, die so zusammengestellt sind, dass sie zugleich den Anfangsbuchstaben des Namens, ein K, bilden. Die übrigen Siegel lassen keine bestimmte Erklärung zu. No. 6 ist eine Hausmarke. Die Urkunde ist mit No. 435 seitlich zusammengeheftet.

CDXXXIX.

Rath und Gemeinde zu Lübeck bevollmächtigen den Johann von Linzen, vor dem Abt Eccard von Reinfeld Beschwerde zu führen, dass Hermann, Abt des Klosters bei Stade, dem der Stadt Lübeck zustehenden privilegium de non evocando zuwider, auf Anhalten der Brüder Bertold, Marquard und Otto Wensin, mehrere Lübecker Bürger vor sein Gericht nach Stade geladen habe. 1362. Nov. 12.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, indictione prima, mensis Nouembris die XII, hora terciarum vel quasi, in mei notarij publici subscripti et testium infrascriptorum presencia constituti honorabiles et discreti viri, domini Thidemannus de Warendorp, Hermannus de Wichkeden, Hermannus Gallin, proconsules, Goscalcus de Warendorp, Bernardus Pal, Bernardus Plescow, consules, nec non Johannes Paternostermaker, Johannes Velkenere et Hinricus Grone multique alii ciues vniuersitatis ciuitatis Lubicensis, ad hoc in consistorio dicte ciuitatis specialiter congregati, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt discretum virum, Johannem de Linzen, clericum Monasteriensis diocesis, absentem tamquam presentem, in eorum verum et legitimum sindicum seu procuratorem et nunctium specialem ad proponendum coram reuerendo patre, domino Eghardo, abbati monasterij de Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruatore priuilegij ipsis a sede apostolica concessi, quod nulli ordinarij delegati, subdelegati, executores seu conseruatores ab eadem sede apostolica dati, ipsos extra muros ciuitatis predicte trahi non possunt neque debent, et

Digitized by Google

ad conquerendum eidem, quod venerabilis pater et dominus, dominus Hermannus, abbas monasterij prope muros Stadenses Bremensis diocesis, ciues de vniuersitate ciuitatis Lubicensis predicte, scilicet Johannem Musenibben, Johannem Woken, Johannem Koc, Gereken Ranken, Radeken Douendeghen et Vnna Scrodere, ad opidum Stadis ad ambitum dicti monasterij a fine diocesis Lubicensis vltra vnam dietam notorie distans non solummodo contra tenorem dicti priuilegij, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII. ad instanciam Bertoldi Wensin, presbiteri, Marquardi et Ottonis dictis Wensin, eiusdem presbiteri fratribus, tanquam delegatus a sede apostolica coram se temere citare presumpsit, et ad requirendum eundem dominum abbatem de Reyneuelde, conseruatorem predictum, vt iuxta mandatum apostolicum sibi factum contra dictum venerabilem patrem, dominum Hermannum, abbatem monasterij prope muros Stadenses predictum, et eciam contra Bertoldum Wensin, presbiterum, Marquardum et Ottonem dictos Wensin, dicti presbiteri fratres, procedat et ad publicandum processus huiusmodi abbati Bertoldo Wensin, presbitero, Marquardo et Ottone de Wensin, fratribus predictis, et, si necesse fuerit, super hijs coram dicto domino abbate de Reyneuelde, conseruatore, uel eius subconseruatore uel subconseruatoribus dato uel datis, seu dando uel dandis, contra dominum Hermannum, abbatem, ac presbiterum et armigeros predictos et eorum quemlibet communiter et *(das Folgende wie in No. 433 bis)* ypotheca. Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hinrico de Vemeren, canonico ecclesie Lubicensis, et magistro Martino de Golnow, prothonotario dicte ciuitatis Lubicensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus Ruter *(wie in No. 433 bis)* premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

CDXL.

Waldemar IV., König von Dänemark, und Herzog Christoph, dessen Sohn, nebst den Bischöfen und Rittern urkunden über den von ihnen mit Magnus und dessen Sohne Hako, Königen von Norwegen und Schweden, und den Hansestädten bis zum 6. Januar 1364 abgeschlossenen Stillstand. 1362. Nov. 16.

Witlik sy allen den, de dessen bref seen vnde hôren, dat en velich seker dach is ghedeghedinghet twischen vs Woldemare, koninghe thu Dene-

marken, vnde hertoghe Cristofer, vsem sone, vnde ‖ allen heren vnde luden, de vse helpere sint, vp ene syt, vnde den erbaren vorsten Magnus vnde sime sone Haquine, koninghen to Sweden vnde to Norweghen, vnde allen heren vnde allen ‖ steden, de in der Thudesghen hense sin, steden vnde luden, vp de anderen syden. Desse seker, velighe dach, de stůnd an in sunte Mertens auende vnde scal waren wente to dem nehsten Twelften ‖ vort ouer en iar den dach al vt, in aller wis also hirna screuen steyt: Dat alle lude, de hir mede begrepen sint an beiden siden edder doent hebbent, de scolen edder môghen binnen dessen daghen velighe sůken med kopenscop edder anders der heren lande vnde de stede, de hir an begrepen sint, thu tovorende vnde af tovorende, thu kopende vnde to vorkôpende also, alse koplude pleghen to doende vnde en olde wonheit heft ghewesen, sunder arghelist. Vortmer alle de vanghene, de wi edder vse son in vser wer hebben, edder vnse voghede hebben van vnser weghen, de scolen des daghes al vt bruken, se hebben ghedinghet vnde wissent edder nicht, des dat ghelt nicht vt ghegheuen sy, behaluen her Frederik Suderlant vnde her Johan Kale vnde vifte dar tů, de wy vorwiset hebben. Des ghelike alle vanghene, de vs vnde vnsen helperen in dessem orlôghe afghenanghen sint, de scolen des vorbenômeden daghes bruken al vt, behalnen de vorwiset sin van der stede weghen er dem daghe, do her Vicke Moltike de stede sprach tu deme Stralsunde, des men bewisen mach, dat scal ok also wesen. Were ok dat yenich man vorvestet were binnen dessem orloghe, de scal velicheit hebben in den steden desse daghe al vt. Were ok dat yenich man vorvestet were van vsen mannen vnde deneren er dem orloghe, dat scal in velicheit stan wente to dem ersten deghedinghes daghe, den de heren vnde de stede med vs to sunte Walpurghe daghe, de neghest to komende is, to Nykopen scolen holden. Ok scolen vnde moghen alle koplude, de in der Thudesken hense sint, de in dessem vrede wesen wellen, alle markede sôken, heringhe to soltende, vnde alle ghôd to kopende, vorder en nicht af to nemende, den en olt recht is vnde wonheit, des men to rechte nemen scal. Vortmer scolen wi vnde de vsen ok bi vsen olden rechten bliuen. Vortmer, we to vsem rike binnen dessen daghen varen edder komen willen, de scolen an vsen steden, hauenen vnde landen, vnde wedder dar vt velich varen vnde komen. Vortmer so scolen wy, vse sôn vnde vse helpere den vorbenomeden steden vnde kopluden in yenigher wys scaden dôn binnen dessen vorbenonômeden daghen. Ok so scolen de vorbenomeden stede vnde koplude vnde ere helpere vs, vnsen helperen, vsem ryke edder nemanne,

Digitized by Google

de vs thu behoret, welkerhande lude dat sint, in yenegher hande wis scaden dôn binnen de vorbenomeden daghen. Hir enbouen, were dat yenich man hirmede were van heren edder van steden, de in dessen daghen nicht wesen wolden, dat scal men witlich dôn twischen hir vnde Twelften. De heren, de darinne wesen willen, de scolen ere daghe sunderghen wissenen in beyden syden. De koningh van Sweden vnde sin sön, de scolen ere daghe wissenen twischen hir vnde Twelften, den dach vt, vor midweghes twischen Helmstede vnde Lagheholm. De hertoghe van Sleswich vnde sin sön, Hinrich vnde Claws brôdere, greuen van Holtzsten, vnde juncher Alf van Skowenborch, de scolen ere daghe wissenen twischen hir vnde sunte Nicolaus daghe vppe Fune. Greue Alf van Holtzten, de scal ok binnen der suluen tyd, alse sunte Nicolaus dach, sine daghe wissenen vppe Vemeren. Hertoghe Erik van Sassen scal sine daghe wissenen binnen Lubeke med den grenen van Holtzten vnde mid den van Lubeke van der stede weghen, twischen hir vnde Twelften. Alle de anderen Dudesken heren, de vse helpere sint edder werden willen, de in den daghen wesen willen, de scolen ere daghe wissenen twischen hir vnde Wynachten to Damgarden. Vor alle desse vorscreuenen stucke stede, vast vnde vnbrekelich to holdende vor vs, vor vsen sön vnd alle vsen helperen, de in dessem daghe wesen willen, den suluen steden vnde eren helperen, hebbet ghelouet vnde louen in disme yeghenwardighen breue med vs vnde vsem söne de achbaren manne vnde heren, her Paul, biscop to Arusen, her Hinrik, biscop to Roskilde, her Magnus, biscop to Wentsusel, her Claws von Lembeke, droste, her Stigh Anderson, her Palne Jonsson, her Anders Vrost, marscalk, her Henningh van Podebuz, her Vicko Moltike, houetman to Kopmanhauen, her Aghe Ynghewaresson, ghelker to Scone, her Ludekin Schinkel, houetman to Nyborch, her Heyn Kabolt, her Christan Kule, her Benedictus van Aneuelde, her Olf Burensson, vnd her Anders Niclessön, vse truwen riddere. To ener clareren vnd grotteren betughinghe alle desser dinghe so sint vse, vses sones, vser biscope vnde riddere vorbenomed ingheseghele vor dessen yeghenwardighen bref ghehenghet, de ghegheuen vnde screuen is to Werdemborch, na Ghodes bort drutteyn hundert jar in deme twe vnde sesteghesten jare, des Midwekens binnen den achte daghen sunte Mertens des hilghen byscopes.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden Siegeln des Königs, seines Sohnes und aller am Schlusse als Zeugen genannten Personen, ausgenommen das des Stigh Anderson, welches vom Siegelbande abgesprungen ist.

Digitized by Google

CDXLI.

Der Knappe Vicke Scharpenberg quitirt den Rath von Lübeck über Erlass alles in dessen Dienste erlittenen Schadens. 1362. Nov. 16.

Omnibus presens scriptum cernentibus Vicko Scharpenberch, ‖ armiger, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium re‖cognosco publice protestando, quod honorabiles et prudentes ‖ viri, domini . . consules Lubicenses, me curialiter tractauerunt et amice, atque michi pro equo et hauis seu rebus in eorum seruicio ac negocio amissis plenarie satisfecerunt ad meam voluntatem in amicicia et fauore, ita quod ipsis proinde ad graciarum teneor actiones. Quare eosdem et eorum sequaces pro me et meis heredibus et amicis quitos dimitto penitus et solutos, quod infestacio aut actio racione talium rerum perditarum sequi non debebit in futuro aliqualiter. Ad quod per meum honorem me astringo in hiis scriptis. In huius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̂CCCLX secundo, feria quarta post festum sancti Martini episcopi gloriosi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel, demselben, welches an No. 424 Anm. 1 sub 5 und 16 hängt.

CDXLII.

Albert van der Molen quitirt den Rath von Lübeck über Ersatz des durch seine Gefangenschaft und sonst erlittenen Schadens. 1362. Nov. 18.

Vniuersis presentes litteras inspecturis ego Albertus van der Molen cupio fore ‖ notum per presentes lucide protestando, quod honorabiles viri, domini consules Lubicenses, ‖ michi satisfecerunt ex parte captiuitatis mee et pro omni dampno recepto, sic ‖ quod ego eis refero grates. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̂C̊C̊LX̊ secundo, die octaua beati Martini.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

CDXLIII.

Eccard, Abt des Klosters zu Reinfeld, befiehlt auf Grund allgemeinen päpstlichen Auftrags dem Wilhelm, Propst des Klosters zu St. Georg bei Stade, von der Evocation des Lübeckischen Bürgers Detlev Broye vor das geistliche Gericht zu Stade abzustehen. 1362. Nov. 26.

Frater Eghardus, *(wie No. 453 bis)* compescendo per litteras dicte sedis specialiter deputatus. Venerabili viro, domino Wilhelmo, preposito monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Ad aures nostras ex parte consulum et vniuersitatis predictorum peruenit querulose, quod vos, domine preposite, Detleuum Broyen, ciuem de vniuersitate ciuitatis Lubicensis predicte, ad instanciam cuiusdam Florencij de Campe Sleswicensis diocesis, super quibusdam obiciendis ad ecclesiasticum judicium extra muros ciuitatis Lubicensis predicte ad opidum Stadis vltra vnam dietam a fine diocesis Lubicensis notorie distans non solummodo contra tenorem dicti priuilegij apostolici, sed etiam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII. per litteras vestras certi tenoris, tamquam delegatus a felicis recordacionis Innocencio papa sexto deputatus, temere euocare presumpsistis. Cum autem dictus ciuis non solummodo dicto Florencio, sed omnibus de ipso conquerentibus coram archydiacono Lubicensi uel eius locum tenenti intra muros ciuitatis Lubicensis paratus sit iuxta tenorem dicti priuilegij insticie plenitudinem exhibere, ideo [que] vos, venerabilem virum, dominum Wilhelmum, prepositum predictum, tenore presencium auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa requirimus et monemus et nichilominus vobis sub pena excommunicacionis mandamus, quatinus visis presentibus ab euocacione seu citacione dicti ciuis, et quidquid ex ea est executum, omnino cessetis: alioquin Nicolao Rûter, clerico Caminensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, tenore presencium committimus et mandamus, vt vos citet personaliter sub pena excommunicacionis et peremptorie, si copiam vestri habere poterit, alioquin in monasterio vestro publice de ambone, et nos eciam tenore presencium sub pena excommunicacionis et peremptorie vos sic citamus, vt proxima die iuridica post festum beati Nicolai Lubeke in curia nostra compareatis coram nobis ad dicendum causam racionabilem, quare contra vos tamquam molestatorem priuilegij dictis consulibus et vniuersitati a sede apostolica, vt premittitur, concessi procedere

Digitized by Google

non debemus. Hesitanti vero de jurisdictione et priuilegio huiusmodi fidem faciemus Lubeke in curia nostra requisiti. Datum Lubeke in curia nostra predicta, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, in crastino beate Katherine, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

CDXLIV.

Johann von Linzen, Bevollmächtigter des Raths von Lübeck, beantragt bei dem Abt Eccard des Klosters zu Reinfeld, die durch den Abt Hermann bei Stade geschehene Citation mehrerer Lübeckischen Bürger für ungültig zu erklären, die Urheber derselben, den Priester Bertold Wensin und dessen Brüder Marquard und Otto, mit dem Banne zu belegen und sie zur Bezahlung der durch sie veranlassten Kosten zu verurtheilen. O. J. (1362. Nov.)

Coram vobis, venerabili patre, domino Eghardo, abbate monasterij de Reyneuelde Cisterciensis ‖ ordinis Lubicensis diocesis, conseruatore priuilegij *(wie No. 453 bis)* compescendo, per litteras dicte sedis specialiter deputato, proponit Johannes de Linzen, clericus Monasteriensis diocesis, sindicus uel procurator consulum et vniuersitatis predictorum, contra discretos viros, dominum Bertoldum Wensin, presbiterum, Marquardum et Ottonem, eius fratres, armigeros, Lubicensis diocesis, qui Johannem Musenibben, Johannem Woken, Johannem Koc, Ghereken Ranken, Radeken Douendeghen et Vnna Scroder, ciues eorum, extra muros dicte ciuitatis ad opidum Stadis a fine diocesis Lubicensis notorie vltra vnam dietam distans ad forum ecclesiasticum coram venerabili patre, domino Hermanno, abbate monasterij prope muros Stadenses, tamquam delegato a felicis recordacionis Innocencio papa sexto deputato, post obitum eiusdem domini pape ad certum terminum nunc transactum non solummodo contra tenorem dicti priuilegij apostolici, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape octaui temere citari procurauerunt et fecerunt, et quamlibet personam pro eis in judicio interuenientem, et dicit, quod, licet dictus presbiter et eius fratres predicti de priuilegio huiusmodi non sunt ignari, et dicti ciues coram preposito Lubicensi uel eius officiali, qui loco archidyaconi Lubicensis existit, querimonijs dicti presbiteri et eius fratrum parati sunt stare juri iuxta tenorem priuilegij ante-

Digitized by Google

dicti, tamen dicti presbiter et eius fratres a citacione huiusmodi desistere non curant et iusticiam ab eisdem ciuibus coram eodem domino preposito uel eius officiali recipere recusant indebite et iniuste. Quare petit dictus sindicus uel procurator, quatenus vos, venerabilis pater, per vestram diffinitiuam sentenciam dictam citacionem per prefatum presbiterum et eius fratres sic, ut premittitur, contra tenorem dicti priuilegij temere procuratam, et quidquid ex ea est executum, pronunctietis auctoritate apostolica irritum et inane, et dictum presbiterum et eius fratres tamquam molestatores et perturbatores dicti priuilegij in scriptis excommunicetis et excommunicatos denunctiare decernetis,[1] ipsosque dicto sindico uel procuratori et dominis suis predictis in expensis iam factis, quas estimat ad triginta marcas lubicenses, saluis faciendis racione temere vexacionis condempnetis et ad soluendum per censuram ecclesiasticam compelletis.[2]

Et predicta proponit, dicit et petit dictus sindicus uel procurator simpliciter et de plano, meliori modo et forma quibus potest, vestrum officium implorando, saluo jure addendi, minuendi, corrigendi etc., de quibus protestatur sindicus uel procurator prenominatus.

Nach einem gleichzeitigen Entwurf auf Papier, auf der Trese.

CDXLV.

Unker, Bruder des Ordens St. Johannis in Andwerscowe, verspricht, nebst seinem mit ihm gefangenen Diener Peter Truwelson in die Gefangenschaft des Rathes von Lübeck nächste Epiphanias über's Jahr zurückzukehren, wenn er nicht bis dahin vom Könige von Dänemark ausgelöst werde. 1362. Dec. 4.[3]

Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Vukerus, frater ordinis sancti Johannis in Andwerscowe, salutem in Domino. Tenore presencium recognosco, quod promisi ac presencialiter promitto honorabilibus et discretis viris, dominis . . consulibus et communitati ciuium Lubicensium, et ad manus eorum discreto viro Eghardo Sciphorst, marscalco eorumdem, veram et firmam captiuitatem pro me et pro famulo meo mecum captiuato, Petro Truwelssone, ita quod festo Epyphanie Domini vltra ad annum integrum volu-

1) l. decernatis. 2) l. compellatis 3) Vgl. No. 440 S. 448.

Digitized by Google

mus et debemus captiuitatem predictorum consulum pristinam, de qua exiuimus, dummodo in placitis a domino nostro, rege Dacie, quiti placitati non fuerimus, reintrare, quod promisi ac presencialiter promitto firmiter obseruari. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLXII, die beate Barbare virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDXLVI.

Notariats-Instrument über die vom Propst Gottfried von Morum als Stellvertreter des abwesenden Bischofs Bertram von Lübeck auf Antrag des Raths angeordnete Verhaftung des Priesters Johann von Helle. 1362. Dec. 22.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, ‖ indictione prima, mensis Decembris die vicesima secunda, que fuit feria quinta et sequens dies beati Thome apostoli, hora sexta uel quasi, in mei notarij publici subscripti et testium infrascriptorum presencia honorabilis et discretus vir, dominus Euerhardus Suarte, consul ciuitatis Lubicensis, vna cum domino Holt de Alen, sui consulatus socio, accessit ad honorabilem virum, dominum Gotfridum de Morum, prepositum Vtinensem in ecclesia Lubicensi, ac vicarium reuerendi in Christo patris et domini, domini Bertrami, episcopi Lubicensis, in remotis agentis, in spiritualibus et temporalibus generalem, et denunciauit sibi, quod dominus Johannes de Helle, presbiter, ibidem presens, Detleuum Broyen, ciuem Lubicensem, per quoddam nouum genus falsitatis litterarum apostolicarum contra tenorem priuilegij eorum falso modo indebite vexauit, propter quod pecijt, eum in vinculis ferreis sub bona custodia detineri, donec pro huiusmodi falsitate fierit *(sic)* consulibus et vniuersitati ac ciui predictis iusticie complementum. Tunc dominus Gotfridus, vicarius predictus, requisiuit a dicto domino Euerhardo, vtrum hoc pet[i]eret nomine omnium consulum. Ad quod dictus dominus Euerhardus respondendo dixit, quod sic. Quo facto dominus Gotfridus, vicarius predictus, mandauit familiaribus suis, vt dictum dominum Johannem de Helle ad se reciperent et vinculatum ad manus domini sui episcopi custodirent. Acta sunt hec Lubeke in curia habitacionis domini Gotfridi, vicarij predicti, anno, indictione, mense, die et hora, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Laurencio, cappellano

Digitized by Google

dicti domini vicarij, et domino Johanne, presbit(e)ris Lubicensis diocesis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen). Et ego, Nicolaus Rûter, clericus Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia omnibus et singulis premissis, dum sic coram domino Gotfrido, vicario predicto, agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, manu mea propria fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo et nomine solitis signaui rogatus et requisitus in euidens testimonium premissorum.

Nach dem Originale auf der Treve.

CDXLVII.

Der Abt Eccard von Reinfeld giebt dem Propst Wilhelm zu Stade Nachricht von der Erklärung des Florentius von Campe, dass er in keinem Streit mit dem Lübeckischen Bürger Detlev Broye sei und keine Citation gegen denselben ausgewirkt habe, und fordert Einsendung einer beglaubigten Abschrift des päpstlichen Breve, auf welches die Citation sich gründe. 1363. Jan. 2.

Frater Eghardus, abbas *(wie No. 453 bis)* compescendo per litteras dicte sedis specialiter deputatus. Venerabili viro, domino Wilhelmo, preposito monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, quod, cum nos Florencium de Campe Sleswicensis diocesis excommunicauimus et excommunicatum denunctiari mandauimus pro eo. quod Detleuum Broyen, ciuem Lubicensem, contra tenorem dicti priuilegij extra muros ciuitatis Lubicensis citari procurauit per citacionem a vobis, tamquam a delegato a felicis recordacionis Innocencio quondam papa sexto ad instanciam dicti Florencij contra dictum ciuem Lubicensem deputato, emissam in hec verba: *(Folgt No 450).* Post hoc idem Florencius presente procuratore dictorum consulum et vniuersitatis Lubicensis et ciue predicto comparuit in judicio coram nobis et proposuit et dixit, quod ipse contra dictum ciuem nullam haberet questionem, nec per se uel per alium contra eum litteras apostolicas nec aliquam citacionem a vobis impetrasset. Ideoque vos, dominum Wilhelmum, prepositum, ad instanciam procuratoris consulum et vniuersitatis et ciuis Lubicensis predictorum tenore presencium auctoritate apostolica sub pena excommunicacio-

Digitized by Google

nis monemus et requirimus, vt copiam dictarum litterarum apostolicarum, de quibus in dicta citacione vestra abreuiatam fecistis mencionem, auscultatam diligenter cum originali coram notario et testibus, et nomen et cognomen illius, qui dictam citacionem, vt premittitur, a vobis fieri procurauit, sub sigillo vestro nobis rescribatis: alioquin Nicolao Rüter, clerico Caminensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, dedimus et damus tenore presencium in mandatis, vt vos citet personaliter, si copiam vestri habere poterit, alioquin in monasterio vestro publice de ambone, vt prima die iuridica[1] post octauas Epiphanie Domini Lubeke in curia monasterij nostri compareatis coram nobis ad dicendum causam racionabilem, quare contra vos tamquam ex propria temeritate perturbatorem dicti priuilegij et alias contra vos procedi non debet, prout de iure est procedendum. Datum in monasterio nostro Reyneuelde, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, sequenti die Circumcisionis Domini, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel. Ebendaselbst ein Entwurf auf Papier, welcher die Anm. 1 angeführte abweichende Terminsbestimmung enthält.

CDXLVIII.

Wilhelm, Propst des Klosters St. Georg zu Stade, berichtet dem Abt Eccard zu Reinfeld über die Veranlassung, die er gehabt habe, den Detlev Broye vor sein Gericht zu citiren. 1363. Jan. 3.

Reuerendo patri, domino Eghardo, abbati monasterij de Reyneuelde ordinis Cisterciensis Lubicensis diocesis, conseruatori priuilegij honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, ‖ a sede apostolica concessi, Willekinus, prepositus monasterij sancti Georgij Stadensis Bremensis diocesis, oraciones suas in Christo deuotas. Nouerit vestra reuerencia, quod ad requisicionem vestrorum mandatorum apostolica ‖ auctoritate nobis factam quasdam litteras apostolicas filo canapis bullatas, non cancellatas, non abolitas, non rasas nec viciatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, cum ea, qua decuit, ‖ reuerencia nobis per quendam Johannem de Helle, presbiterum, in presencia cuiusdam notarij nobis ignoti presentatas nos

1) proxima die Martis.

Digitized by Google

recepisse in hec verba: Innocencius episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio, preposito monasterij sancti Georgij Stadensis, per prepositum soliti gubernari, Bremensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filij Florencij Hasen, rectoris parochialis ecclesie sancte Marie in Campe Sleswicensis diocesis, precibus inclinati, presencium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inueneris illicite uel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime reuocare procures, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante conpellas veritati testimonium perhibere. Datum Anagnie, VIIII Kalendas Maij, pontificatus nostri anno decimo. Post quarum litterarum recepcionem quandam citacionem contra quendam Detleuum Broyen, tamquam contra laicum Lubicensis diocesis, et non tamquam ciuem Lubicensem, auctoritate dictarum litterarum apostolicarum idem Johannes de Helle pro quodam Florencio de Campe Sleswicensis diocesis a nobis fieri procuranit. Quapropter ad mandatum vestrum predictum predictas litteras apostolicas in presencia notarij subscripti et testium infrascriptorum diligenter auscultari fecimus ac transsumptum sub sigillo nostro pendenti et manu publica et signo notarij predicti inde fieri mandauimus, quod vestre reuerencie presentibus litteris nostris insinuamus. Datum Stadis in monasterio nostro, predicto anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, in vigilia Epyphanie Domini, presentibus honorabilibus viris, dominis Hinrico de Bilusen, Johanne Cetelman, proconsulibus dicti opidi Stadis, et alijs pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus Rüter, clericus Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictarum litterarum apostolicarum auscultacioni ac presentis transsumpti decreti interposicioni ac omnibus alijs et singulis premissis, dum sic per dictum dominum prepositum agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, ideo de mandato dicti domini prepositi presens transsumptum inde confeci, quod sigillo dicti domini prepositi de mandato suo sigillaui ac signo meo solito et consueto signaui in euidens testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

CDXLIX.

Rath und Gemeinde von Lübeck bevollmächtigen den Johann von Linzen, den in Lübeck zur Haft gebrachten Priester der Kirche zu Borby, Johann von Helle, welcher im erdichteten Auftrage des Florentius von Campe den Lübecker Bürger Detlev Broye durch den Propst Wilhelm des Klosters zu St. Georg bei Stade nach Stade hatte citiren lassen, vor dem Bischof zu Lübeck oder dessen Stellvertreter gerichtlich zu verfolgen. 1363. Jan. 11.

In nomine Domini, amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo ‖ tercio, indictione prima, mensis Januarij die vndecima, hora vesperarum uel quasi, ‖ in mei notarij publici subscripti et testium infrascriptorum presencia constituti venerabiles et discreti viri, domini Hermannus de Wickheden et Hermannus Gallin, proconsules, Goscalcus de Warendorp, Bertramus Vorrad, Bernardus Pal, Goscalcus de Ateldorn, Johannes Schepenstede et Euerhardus Swarte, ceterique consules, necnon Heyno de Broke et Andreas Raceborgh multique alij ciues vniuersitatis, et specialiter Detleuus Broye, ciuis ciuitatis Lubicensis, ad hoc in consistorio dicte ciuitatis specialiter congregati, eorum et dicte vniuersitatis nomine fecerunt, constituerunt et ordinauerunt discretum virum Johannem de Linzen, clericum Monasteriensis diocesis, presentem et onus procuracionis seu sindicatus in se sponte suscipientem, in eorum verum et legitimum procuratorem uel sindicum et nunctium specialem ad denunctiandum reuerendo in Christo patri et domino, domino Bertramo, episcopo Lubicensi, uel venerando domino Gotfrido de Morum, preposito Vtinensi, in ecclesia Lubicensi eius vicario in spiritualibus et temporalibus generali, uel cuilibet alio judici seu judicibus a dicto domino episcopo uel eius vicario dato uel dando aut datis seu dandis, quod dominus Johannes de Helle, rector parochialis ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, in ciuitate Lubicensi deprehensus, false, mendaciter et dolose sub nomine alieno, vt puta Florencij de Campe Sleswicensis diocesis, dictum Detleuum Broyen, ciuem eorum de dicta vniuersitate, contra quem ipse nec dictus Florencius de Campe nullam haberent questionem, non solummodo contra tenorem priuilegij dictorum consulum vniuersitatis continentis, vt nulli ordinarij, delegati, executores seu conseruatores, a sede apostolica uel eius legatis dati, ipsos extra muros suos ad ecclesiastica judicia euocare presumant, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII ad opidum Stadis a fine diocesis Lubicensis notorie vltra vnam dietam distans per litteras venerabilis viri, do-

Digitized by Google

mini Wilhelmi, prepositi monasterij sancti Georgij Stadensis, Bremensis diocesis, absque mandato et scitu dicti Florencij citari procuranit et fecit; et ad requirendum dictum dominum episcopum uel eius vicarium uel judicem seu judices ab eodem domino episcopo uel eius vicario datum uel dandum seu datos uel dandos, vt contra eundem dominum Johannem de Helle ex officio eorum propter hoc procedunt *(sic)*, pront de jure est procedendum, et, si necesse est, super hijs ad agendum et defendendum *(Das Folgende, mit den durch die Mehrzahl der Aussteller gebotenen und einigen unerheblichen Abweichungen, gleichlautend wie No. 455 bis)* ypotheca. Acta sunt hec in dicto consistorio predicte ciuitatis Lubicensis, anno, indictione, mense, die, hora, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis et magistris Johanne Dannenbergh, Martino Golnowe, prothonotarijs, et Johanne Vritzen, notario dicte ciuitatis Lubicensis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis.

Et ego Nicolaus Ruter (u. s. w.)

Nach einer in No 456 aufgenommenen Abschrift.

CDL.

Henneke Schinkel, Sohn des Ludeke Bredehals, erklärt, Heino Basedow für 50 ℔ Lüb., die er von ihm empfangen, aus der Gefangenschaft entlassen zu haben. 1363. Jan. 15.

Omnibus et singulis presens scriptum visuris seu audituris ego Hennekinus dictus Schynkel, filius Ludekini Bredehals, salutem in Domino sempiternam. Recognosco tenore presencium et testor manifeste, quod Heyno Basedowe, presencium ostensor, de sua captiuitate michi promissa quitus et solutus est. Nam michi triginta marcas lubicenses bene persoluit juxta meam uoluntatem. Et ipsi Heynoni Basedowen regracior omnis boni. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCC sexagesimo tercio, octaua die Epyphanie Domini nostri.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDLI.

Kaiser Karl IV. überweiset die ihm von der Stadt Lübeck jährlich zu liefernden zwölf Falken dem Erzbischofe Gerlach von Mainz. 1363. Jan. 22.

Wir Karl, von Gots gnaden Romischer keyser, zu allen zeiten merer des reichs und kunig zu Behem. Bekennen und tun kund offenlich mit diesem

Digitized by Google

brieff allen den, die yn sehen oder horen lesen, daz wir angesehen haben die sunderlich gunst und liebe, die wir gen dem erwirdigen Gerlach, ertzbischoff zu Mentze, unserm lieben neven und fursten, fruntlichen tragen, und auch stete getruwe dienste, die er uns und dem heil(igen) reich oft nutzlichen getan hat und furbaz tun wil und mag in kunftigen czeiten, und haben ym die czwelf valken, die wir und das heilig reich ierlichen in der stat zu Lubecke haben, die der erwirdige Wilhelm, etwenn ertzbischoff zu Koln, von uns gehabt hat, von unsern sunderlichen gnaden und mit keiserl(icher) macht, dieweil wir leben, geben und verliehen [haben], geben und verliehen[1] auch mit diesem briefe. Dorumb gebieten wir dem burgermeister, dem rate und den burgern gemeinlich der stat zu Lubeck, unsern und des reichs getruwen, das sie die egenante zwelf valken dem egen(anten) ertzbischoff, unserm nefen, und seinen boten, die nu[2] seine briefe antworten, alle jar, dieweil wir leben, unvertzogenlichen und on alles hindernisse und widerrede geben und antwerten sullen. Mit urkund ditz briefs versigelt mit unserer keiserl(ichen) magestat insigel, der geben ist zu Aschaffenburg, nach Crists geburt drutzehen hundert jar darnach in dem dreu und sechtzigisten jar, an sand Vincencie tag, unser reiche im sibentzehenden und des keisertums in dem achten iar.

Per dominum imperatorem
Rudolphus de Frideberg.

A tergo: R. Johannes Saxo.

Nach einem in Gudenus Codex diplomaticus III. p. 459 sq. aufgenommenen Abdrucke des Originals.

CDLII.

Drei Lübeckische Bürger bitten den Rath von Lübeck um seine Unterstützung zu ihrer Befreiung aus der Gefangenschaft bei Hartwig Hummelsbüttel. O. J. (1363?) Febr. 8.[3]

Magne sagacitatis honestatisque viris ac suis dominis predilectis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lybeke, Johannes Hermenstorp,

1) l. verleihen. 2) l. yn

3) Der im Schreiben erwähnte Waffenstillstand kann der vom 16. Nov. 1362 (No. 440), auch der vom 21. Juni 1364 (Sartorius S. 557 fgg.) sein. In den über beide ausgestellten Urkunden wird Ludeke Schinkel Hauptmann von Nyborg (No. 440 S. 449. Sartorius S. 561) genannt. Wegen der verwandten Urkunden No. 450 und 455 erschien es geeigneter, das obige Schreiben dem J. 1363 zuzuweisen. Wenn es in demselben heisst, L. Schinkel habe sich vorgenommen, die Gefangenen 10 Jahre festzuhalten, so scheint es bei der blossen Absicht geblieben zu sein: mindestens werden später Andere als Hauptleute zu Nyborg genannt, so 1370 Vicke Moltke, Olaf Petersson und Henning Moltke (Sartorius S. 678. 680. 707). Hartwig Hummelsbüttel kommt zwischen 1359 und 1373 vor. Schl.-Holst.-Lauenb. Urk.-S. II, 191. 394. 205. 227 S. 291.

Digitized by Google

Bernardus Tusfelt junior et Johannes Dûdysch debiti nostri famulaminis promptitudinem reuerencia cum decenti. Honestati vestre intimare grauiter coartamur, quod nos, in treugis et securitate inter dominum, regem Dacie, et vos statutis nostreque communitati a vestra prudencia promulgatis plenarie confidentes, in Daciam perreximus negociis nostris pro agendis. Interim Hartwicus Hummelsbotel nos captiuare et captiuatos in castro domini regis, videlicet Koldinghe, per decendium detinere presumebat, donec dominus Lydekinus Skynkel, miles, et consules ciuitatis Odenze pro nobis in suis vinculis captiuacionis in medio Quadragesime dicto castro Koldinghe vel alio loco sibi conuenienti restituendis sufficientem sibi fecerant fideiussoriam caucionem. Quamobrem, vestre benignitatis suffragium obnixius implorantes, cernuo deprecamine rogitamus, quatenus, nobis vestrum consilium et auxilium oportunum impertiri minime dedignantes, a dicta captiuacione nos eripere velitis et, vt cicius poteritis, liberare satagatis. Voluntatem vestram nobis in premissis faciendis per latorem presencium intimetis. Vobis in Christo. Scriptum sub sigillo Egberti Tusfelt, feria quarta post diem beate Agathe virginis.

In dorso: Viris discretis et honestis ac suis dominis dilectis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lybeke, littera assignetur.

Nach dem in Briefform zusammengefalteten gewesenen Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband und einer schwachen Spur des aufgedrückt gewesenen Siegels.

CDLIII.

Volrad und Lüder von Lützow schliessen mit der Stadt Lübeck einen Landfrieden auf unbestimmte Zeit unter gegenseitigem Vorbehalt achttägiger Aufkündigung. 1363 Febr. 14.[1]

Wie Volrad vnde Luder, knapen, gheheten Lutzowe. Bekennen openbare in desser schrift, dat wie sekere vielege daghe hebben ghenomen mit den . . ratmannen vnde den menen borgheren der stat to Lubeke, also dat sie, ere borghere vnd ere dienere vor vs vnd vsen vrunden vnde dieneren vnd alle den, de dorch vsen willen doen vnde laten willen, scolen vnde

1) Vom 18. Febr. (Sabb. ante dom. Invocauit) dieses Jahrs findet sich eine nichts Besonderes enthaltende, mit einer Hausmarke besiegelte Urfehde des Martin Rode, Bürgers in Lassahn, auf der Trese. Ebendaselbst eine andere, des Egelke Wittenborch, fast ganz verlöscht, mit anhangender Hausmarke, vom 5. Juni (fer. 2. prox. p. fest. Corp. Christi) 1363.

Digitized by Google

moghen vielich wesen, wor sie keren eder varen, also langhe, went wie en eder sie vs de daghe achtedaghe to voren vp secghen bi eneme vmberuchteden gnden manne. Desse dingh stede vnd vast to holdende hebbe wie ghelouet vnd louen in desser jeghenwardeghen schrift stede vnd vast to holdende mit vsen medeloueren, de hir na gheschreuen stan. Vnde wie Dethlef vnde Borchard, gheheten Lvtzowe, vnd Henneke van Pentze bekennen openbare, dat wie ghelonet hebben vnde lonen in desser schrift mit den vorbenomeden Volrade vnde Ludere Lutzowen, vsen vrunden, dessen vorschreuenen ratmannen vnde borgheren to Lubeke alle de vorbenomeden stucke stede vnde vast to holdende sonder arge liste. In ene tuchnisse desser dingh so sint vser aller ingesegele van vuser aller witschop in dessen brief ghehenghet, de ghegheuen is na Godes bord dritteynhvndert jar in deme LXIII jare, to Vastelauende.

Nach dem Originale auf der Trese, mit vier anhangenden Siegeln, von welchen nur das Detlev's von Lützow (No. 3) völlig erhalten ist. Das des Lüder von Lützow (No. 2) ist vom Siegelbande abgesprungen.

CDLIV.

Ludolf und Ludwig, Grafen von Wunstorf, erklären, dass ihr Zwist mit dem Rathe von Lübeck wegen von ihnen demselben zuzuführender Bewaffneter gehoben sei. 1365. Febr. 19

Omnibus, ad quos pervenerit presens scriptum, Ludolfus et Lodewicus, comites de Wonstorp, salutem cum ‖ noticia subscriptorum. Tenore presencium recognoscimus, quod honorabiles et discreti viri, domini . . consules ‖ civitatis Lubicensis, se amicabiliter composuerunt cum Arnoldo de Kymmen, nostro plenipotente procuratore ‖ eis misso, de omni materia discordie mota inter nos et eos racione armatorum virorum eis adducendorum, sibi satisfaciendo ad libitum nostre voluntatis. Quapropter eis sincere regraciamur, dimittentes eos presencialiter quitos et solutos, cupientes et volentes eos et ciues eorum vniuersos in omnibus suis negocijs sincere promonere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̂CĈĈLXIII, dominica die, qua cantatur Inuocauit.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden Siegeln der beiden Grafen, einem rechts gewendeten, aufgerichteten gekrönten Löwen auf achtmal quergestreiftem Schilde.

Digitized by Google

CDLV.

Ritter Ludeke Schinkel urkundet über die für 100 ℔ Lüb. Pf. geschehene Freilassung des Hinrich Esseke aus seiner Gefangenschaft. 1363. Febr. 19.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Ludekinus Schinkel dictus Kône, miles, ‖ cupio fore notum per presentes lucide protestando, quod Hinricus Esseken[1] se ‖ liberauit a me ex parte captiuitatis sue, quam michi promisit et jurauit, pro centum ‖ marcis lubicensium denariorum, quas exposuit taliter, quod ei regracior. Sic ipsum Hinricum[2] de sua captiuitate dimitto quitum penitus et solutum.[3] In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLX tercio, dominica die Inuocauit me.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel. Ebendaselbst eine, bis auf die angegebenen Abweichungen, gleichlautende, besiegelte Quitung für den Gerber Joh. Witte aus Lübeck.

CDLVI.

Protokoll über die Gerichtsverhandlungen in Sachen des der Fälschung angeklagten Priesters Johann von Helle. 1363. März 1—22.

In nomine Domini amen. *(Folgt No. 446).*

Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, indictione prima, ‖ mensis Marcij die prima, hora vesperarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in ‖ Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno ‖ primo, in mei notarij publici subscripti testiumque infrascriptorum presencia honorabilis et discretus vir, dominus Gotfridus de Morum, vicarius predictus vna cum honorabilibus et discretis viris, dominis Euerhardo Swarten et Hinrico Richoden, consulibus, et Detleuo Broyen, ciue ciuitatis Lubicensis predicte, accessit ad curiam reuerendi in Christo patris et domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, et dictum dominum Johannem de Helle secum ibidem duci fecit et publice in aula dicti domini episcopi se exhibuit, si aliquis ibi esset, qui dictum dominum Johannem de Helle ad se ex parte dicti domini sui episcopi vellet recipere et eum detinere, quem ipse hucusque ad manus dicti domini episcopi vinculatum et compeditum detinuit, quod ipse paratus esset eum sibi presentare. Et protestatus fuit, quod eum

1) Johannes Witte, cerdo in Lubeke. 2) Johannem. 3) dim. q. p. et s. de sua captiuitate.

Digitized by Google

diutius detinere et custodire nollet, ex quo dominus suus episcopus personaliter domi venisset. Ad que quidam Nicolaus dictus de Curia, clericus Warmiensis diocesis, dicti domini episcopi notarius, respondebat, quod dictus dominus suus episcopus causam vertentem inter dictum dominum Johannem de Helle, ex vna, et dictos dominos consules et ciuem, parte ex altera, super pretensa falsitate honorabili viro, domino Johanni Klenedenest, decano Lubicensi, audiendam et fine debito terminandam alias per litteras suas commisisset, quod dictum dominum Johannem de Helle ibi duci facerent, ipse libenter vellet cum eis ire et predicta dicto domino decano ex parte domini sui episcopi prelibati referre. Tunc ex parte consulum et ciuis predictorum protestatum fuit expresse, quod ipsi semper parati fuerunt et essent adhuc contra eundem dominum Johannem de Helle via iuris procedere, et quod non staret nec stetisset per eos, quod contra eundem dominum Johannem diu non fuisset processum. Acta sunt hec in aula episcopali Lubicensi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Petro Bussowen et Laurencio Colbergh, presbiteris Lubicensibus, et Johanne de Brunswich, clerico Hildesemensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, et pluribus alijs fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Item paulo post dictus Nicolaus de Curia, dicti domini episcopi Lubicensis notarius, vna cum dominis Euerhardo Swarten et Hinrico Rikbodeu, consulibus, et Detleuo Brogen, ciue ciuitatis Lubicensis, et domino Johanne de Helle predictis accessit ad curiam honorabilis viri, domini Johannis Klenedenest, decani ecclesie Lubicensis, et dictum dominum Johannem de Helle, quem duo inter se portauerunt, dicto domino decano presentauit, et dixit, quod dictus dominus suus episcopus causam super quadam falsitate, vt diceretur, pro quo dictus dominus Johannes de Helle, dicto domino suo in remotis agente, per dominum Gotfridum de Morum, vicarium summ generalem, hucusque ad instanciam dominorum consulum et Detleui Brogen, ciuis, predictorum fuit detentus, sibi committeret per eum viue vocis oraculo audiendam et fine debito terminandam, prout alias sibi eciam per litteras suas patentes commisit. Quam commissionem, sic, vt premittitur, per dictum Nicolaum ex parte dicti domini episcopi factam verbotenus, dictus dominus decanus reuerenter, et eciam dictum dominum Johannem de Helle sub custodia sua recepit, et dixit, quod ipsis dominis consulibus et ciui predictis ac eciam dicto domino Johanni de Helle facere vellet, in quantum in eo esset, iusticie complementum ex

Digitized by Google

commissione dicti domini sui episcopi, si cognicio presentis cause spectaret ad dominum episcopum; si vero cognicio presentis cause spectaret ad decanum Lubicensem, quod tunc per commissionem per dictum dominum episcopum sibi verbo et eciam per litteras suas factam jurisdictioni decanatus et sue nollet aliquod preiudicium generari. Et nichilominus dominis consulibus et ciui predictis ad procedendum in dicta causa, prout de iure esset procedendum, horam vesperarum sequentis diei pro termino peremptorio assignauit. Quo facto ex parte dictorum dominorum consulum et ciuis fuit petitum, quod dictus dominus decanus prefatum dominum Johannem de Helle vinculatum et compeditum detineret, prout per dominum Gotfridum de Morum, vicarium dicti domini episcopi, hucusque fuisset detentus. Ad quod prefatus dominus decanus respondendo dixit, quod hoc non faceret, nisi de iurisperitorum concilio esset super premissis plene informatus. Quo facto dictus dominus decanus, habita deliberacione diligenti, de iurisperitorum concilio caucionem iuratoriam a dicto domino Johanne de Helle propria manu libro corporaliter tacto recepit sibique sub excommunicacionis pena mandauit, quod de curia sua recedere et exire non deberet sine licencia sua et mandato suo speciali. Ad quod ex parte dictorum dominorum consulum et ciuis fuit dictum et petitum, quod dictum dominum Johannem de Helle taliter custodiret, quod non euaderet et quod indignacionem sedis apostolice, cuius iurisdictionem dictus dominus Johannes de Helle falsificauit, non incurreret, et ex hoc ipsis consulibus et ciuitati eorum in posterum magis periculum non oriretur. Acta sunt hec in curia habitacionis dicti domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok et Conrado Campsoris, canonicis, ac Laurencio de Symetze, perpetuo vicario ecclesie Lubicensis, necnon Petro Bussowen et Hinrico de Soltwedele, presbiteris Lubicensibus, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Qua hora vesperarum sequentis diei adueniente, que fuit feria quinta et secundus dies eiusdem mensis Marcij, comparentibus in judicio coram prefato domino decano Johanne de Linzen, clerico Monasteriensis diocesis, sindico uel procuratore consulum et vniuersitatis, et Detleui Brogen, ciuis ciuitatis Lubicensis predictorum, vna cum dominis Euerhardo Swarten et Hinrico Rikboden, consulibus predictis, ex vna, et domino Johanni de Helle supradicto, parte ex altera, [quibus sic comparentibus] prefatus dominus Johannes de Helle protestatus fuit ante omnia, quod in dictum dominum decanum non con-

Digitized by Google

sentiret tamquam in judicem suum, nisi si et in quantum de iure teneretur, et illam protestacionem in qualibet parte litis et in quolibet termino seruando dixit se habere velle pro repetita. Prefati vero domini consules, scilicet Euerhardus Swarte et Hinricus Rikbode, protestati eciam fuerunt, quod per comparicionem eorum presentem seu quamlibet aliam in futurum non intenderent dictum sindicum uel procuratorem eorum et vniuersorum consulum et vniuersitatis in aliquo reuocare, et quod illam protestacionem vellent habere pro repetita in omnibus et singulis comparicionibus suis. Quibus sic peractis dictus Johannes de Linzen ad faciendum fidem de mandato suo produxit quoddam procuratorium seu publicum instrumentum per me notarium subscriptum inde confectum, cuius tenor de verbo ad verbum fuit et est talis: *(Folgt No. 449)*.

Item ad satisfaciendum termino presenti produxit quandam papirij cedulam denunciacionem continentem, cuius tenor erat talis:

Vobis, reuerendo in Christo patri ac domino, domino Bertramo, episcopo Lubicensi, uel vestro ad infrascripta legitimo commissario denunciat Johannes de Linzen, clericus Monasteriensis diocesis, sindicus et procurator honorabilium et discretorum virorum, dominorum consulum et vniuersitatis, et specialiter Detleui Brogen, ciuis ciuitatis Lubicensis, et dicit, quod dominus Johannes de Helle, rector parrochialis ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, ad nouum genus falsitatis se diuertens, jurisdictionem sedis apostolice et eius delegati per quandam cartam citacionis dampnabiliter falsificando, et vt Detleuum, ciuem Lubicensem, contra quem nullam habuit questionem, posset indebite fatigari *(sic)* et per huiusmodi fatigacionem pecuniam ab eo extorquere, finxit falso modo, dominum Florencium. rectorem ecclesie sancte Marie de Campen Sleswicensis diocesis, habere questionem contra ciuem predictum, et, quod deterius est, recepit litteras apostolicas, in minori forma ea, que de bonis, pro dicto rectore a felicis recordacionis Innocencio quondam papa VI ad dominum prepositum monasterij sancti Georgij Stadensis impetratas, et non solummodo contra tenorem priuilegij dictis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis a sede apostolica concessi, continentis, vt nulli ordinarij, delegati et subdelegati, executores seu conseruatores a sede apostolica uel eius legatis dati ipsos ciues extra muros suos ad ecclesiastica judicia euocare presumant, sed eciam ad opidum Stadis a fine diocesis Lubicensis notorie vltra vnam dietam distans contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape VIII. per cartam citacionis domini Willekini, prepositi monasterij sancti Georgij Stadensis predicti, quam absque mandato et scitu dicti rectoris false, fraudulenter et dolose

Digitized by Google

fabricauit, eundem ciuem, quem laicum Lubicensis diocesis nominauit, eciam post dicti felicis recordacionis Innocencij quondam pape sexti notorie obitum citari procurauit in hec verba: *(Folgt No. 430).* Et dum propter hoc venerabilis pater, dominus Eghardus, abbas monasterij de Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruator dicti priuilegij, dictum dominum Florencium ad instanciam dictorum dominorum consulum et vniuersitatis et ciuis predicti rite auctoritate apostolica excommunicauit et excommunicatum denunciare mandauit, dictus dominus Florencius non sine magna perturbacione animi sui et admiracione coram eodem domino abbate proposuit et dixit, quod contra dictum ciuem Lubicensem nullam questionem vnquam habuit nec aliquas litteras apostolicas nec aliquam citacionem a dicto domino preposito contra eum impetrasset, sed heu venisset ad noticiam sui, quod dictus dominus Johannes de Helle sine scitu et mandato suo dictam citacionem a prefato domino preposito impetrasset. Quod eciam dictus dominus Johannes de Helle se de hoc iactando, proprie salutis immemor, coram eodem domino abbate, dicto domino Florencio presente, fuit confessus. Et hoc idem eciam dictus dominus prepositus ipsi domino abbati per litteras suas auctenticas rescripsit. Cum vero predicta ex dictarum litterarum et citacionis huiusmodi tenoris euidenti inspectione et ex ipsius domini Johannis propria confessione et alijs legitimis documentis ita notoria existunt, quod nulla tergiuersacione celari possunt, prout paratus est vobis uel vestro legitimo commissario facere promptam fidem idem sindicus et procurator, et dictus dominus Johannes propter huiusmodi falsitatem in ciuitate vestra Lubicensi deprehensus, ne fugeret, per dominum Gotfridum Morman, vicarium vestrum, et detentus vsque ad presenciam paternitatis vestre existit: quare petit dictus sindicus et procurator, quatinus vos, pater reuerende, per vos uel vestrum legitimum commissarium dictum dominum Johannem de Helle tam diu in carcere uel alia bona custodia captum et vinculatum detineatis, donec sedem apostolicam, cuius jurisdictionem falsificauit, quidquid de eo et eius in hac parte complicibus, fauctoribus et defensoribus sit faciendum, debite consuletis et responsum recipietis, uel ipsum, quia predicta notorie et indubitanter paternitati vestre uel vestro commissario constare possunt, a dicta ecclesia in Borby et alijs beneficijs, si que habet, per vestram diffinitiuam sentenciam priuetis et in perpetuum carcerem ad agendum penitenciam fore includendum, pane doloris et aque[1] angustie sustentandum, vt commissa defleat

1) l. aqua.

Digitized by Google

et deflenda vlterius non committat, condempnetis, vel saltem aliter maliciosam et temeram audaciam dicti domini Johannis de Helle, qui pretextu priuilegij clericalis sperat impunitatem huiusmodi enormis excessus sui optinere, iuxta arbitrium vestrum taliter corrigatis et puniatis, quod alijs, ne similia perpetrant,[1] transeat in exemplum et indignacionem sedis apostolice, cuius iurisdictionem, vt premittitur, falsificauit, non incurretis.[2] Et predicta enormia tamquam notoria denunciat, dicit et petit dictus sindicus et procurator meliori modo, jure et forma, quibus potest, simpliciter et plane vestrum officium, pater reuerende, uel vestri commissarij implorando.

Deinde produxit quoddam publicum instrumentum per me notarium conscriptum, cuius tenor superius in principio actorum de verbo ad verbum continetur.

Item produxit quandam aliam papirij cedulam, cuius tenor erat talis: Item procurator et sindicus predictus ad ostendendum et probandum notorie in predicta denunciacione contenta producit acta habita coram dicto domino conseruatore contra dominum Florencium predictum et specialiter ex dictis actis infrascripta, que petit inter acta presentis denunciacionis registrari in hec verba: Item sequenti die beati Thome apostoli, que fuit feria quinta et vicesimus secundus dies mensis Decembris eiusdem anni, hora terciarum uel quasi, comparentibus in judicio coram dicto venerabili patre, domino Eghardo, abbate monasterij de Reyneuelde ordinis Cisterciensis Lubicensis diocesis, conseruatore priuilegij prelibati, domino Florencio de Campen Sleswicensis diocesis, ex vna, et Johanne de Linzen, clerico Monasteriensis diocesis, sindico uel procuratore dictorum consulum et vniuersitatis, et eciam Detleui Brogen, ciuis Lubicensis predicti, parte ex altera, dictus dominus Florencius proposuit et dixit, quod ipse esset iniuste et indebite per dictum dominum abbatem excommunicatus, pro eo quod nunquam fuisset citatus nec vnquam aliquod rescriptum apostolicum nec aliquam citacionem a domino Wilhelmo, preposito monasterij sancti Georgij in Stadis, contra dictum Detleuum Brogen, ciuem Lubicensem, impetrasset, nec aliquam questionem contra eum habuisset, et optulit se paratum jurare per se et decem presbiteros ydoneos sui ordinis, quod de isto facto omnino nichil sciret, et dixit, quod venisset ad noticiam sui, quod dominus Johannes de Helle dictam citacionem sine scitu et mandato suo procurasset, prout eciam confessus fuisset coram dicto domino abbate et honora-

1) l. perpetrent. 2) l. incurratis.

Digitized by Google

bili viro, domino Hermanno, preposito monasterij in Segheberghe, et adhuc bene confiteretur. Quare pecijt, se absolui a sentencia excommunicacionis huiusmodi. Sindicus vero uel procurator dictorum consulum et vniuersitatis et Detleui Brogen, ciuis ciuitatis Lubicensis predicte, dixit, quod dictus dominus Florencius de Campen debite fuit citatus et iuste excommunicatus, prout optulit se paratum probare per litteras et processus dicti domini abbatis, quas et quos in manibus suis tunc tenebat, prout superius in actis de verbo ad verbum plenius continentur. Et pecijt, dictum dominum Johannem de Helle in judicio tunc presentem per dictum dominum abbatem interrogari, vtrum dictam citacionem sine scitu et mandato dicti domini Florencij a dicto domino Wilhelmo, preposito, impetrasset, et vtrum aliquam questionem contra dictum Detleuum haberet Tunc dictus dominus abbas publice in judicio dixit, quod dictus dominus Johannes de Helle coram eo et coram honorabili viro, domino Hermanno, preposito in Segheberghe, eciam ibi tunc presente, dixisset, quod dictus dominus Florencius de dicta citacione esset omnino innocens, nec de ea aliquid sciret, sed quod ipse eam procurasset. Et nichilominus eundem dominum Johannem de Helle judicialiter interrogauit de premissis. Ad que ipse dominus Johannes respondebat, quod ipse procuratorem suum ad dictum dominum prepositum misisset, sed vtrum dictam citacionem ordinasset, dixit se ignorare, et vtrum aliquam contra dictum Detleuum haberet questionem, nollet dicere ad presens Tunc dictus sindicus uel procurator petiuit dictum dominum abbatem, vt mandaret dicto Florencio, quod ad dictum dominum Wilhelmum, prepositum in Stadis, iret et sibi per litteras suas responsum reportaret, quis dictam citacionem ab eo impetrasset, et qua auctoritate dictam citacionem contra dictum ciuem et tenorem dicti priuilegij emisisset. Tunc dictus dominus abbas de iurisperitorum concilio dictum dominum Florencium, recepto prius ab eo juramento corporaliter manu propria libro tacto de stando manditis *(sic)* ecclesie atque suis, a dicta excommunicacionis sentencia in debita forma absoluit ipsumque absolutum denunciari decreuit, et sibi mandauit, vt prima die iuridica post octauas Epyphanie Domini Lubeke in curia sua coram eo compareret ad docendum et certificandum eum, quis dictam citacionem ad instanciam sui a dicto domino Wilhelmo, preposito in Stadis, procurasset, et qua auctoritate dictam citacionem contra dictum ciuem et tenorem dicti priuilegij emisisset. Acta sunt hec Lubeke in curia dicti domini abbatis, qué wlgariter parua Reyneuelde vocatur, anno, indictione, mense, die et hora, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno,

Digitized by Google

preposito monasterij in Segheberghe Lubicensis diocesis, et Hinrico de Vemeren, cantore ecclesie Lubicensis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Qua cedula perlecta produxit quandam litteram patentem reuerendi patris et domini Eghardi, abbatis de Reyneuelde, eiusque vero sigillo oblongo pendenti in quadam prissula pergameni, vt prima facie videbatur, sigillatam, cuius tenor de verbo ad verbum fuit et est talis: *(Folgt No 447).*

Deinde quandam aliam litteram patentem sigillo commendabilis viri, domini Wilhelmi, prepositi monasterij sancti Georgij Stadensis, oblongo in quadam prissula pergameni pendenti sigillatam, per me notarium conscriptam ac signo meo publico signatam, produxit et legit in hec verba: *(Folgt No. 448).*

Quibus omnibus sic productis et lectis dictus dominus Johannes de Helle pecijt, copias productorum ante omnia sibi decerni et terminum competentem ad dicendum contra sibi assignari, et nichilominus proposuit et dixit, quod pro presenti nullum aduocatum haberet nec habere posset, qui causam suam contra dictos consules propter eorum potencias defendere vellet uel ausus esset, et quod ipse captus et tam maxime lesus esset et mutilatus in vinculis et in cippo, quod pro aduocato personaliter ire non posset, et pecijt dictum dominum decanum, vt sibi ex officio suo vnum aduocatum ordinaret, qui causam suam defendere vellet siue posset. Ad quod dictus dominus decanus respondendo dixit, quod decanatus intantum de redditibus non haberet, quod sibi aduocatum sub expensis suis ordinare et tenere posset, et eciam sibi videretur, quod de iure hoc facere non teneretur. Quibus altercacionibus sic habitis dictus Johannes de Linzen, sindicus et procurator, pecijt dictum dominum decanum, quatinus eundem dominum Johannem de Helle falsarium tamdiu in carcere uel alia bona custodia captum et vinculatum detineret, donec per sedem apostolicam, cuius jurisdictionem falsificauit, debite consuleret et responsum reciperet, quid de eo faciendum esset, vel saltem ipsum iuxta arbitrium suum taliter corrigeret et puniret, quod alijs, ne similia perpetrarent, transiret in exemplum, et indignacionem sedis apostolice propter hoc non incurreret. Ad quod dictus dominus Johannes de Helle generaliter replicando dixit, quod, quociens ipsum falsarium nominarent, tociens ipse protestaretur de iure suo. Tunc dictus dominus decanus deliberacione prehabita dicto sindico uel procuratori dixit, quod super premissis non esset plene deliberatus, sed, si placeret dominis suis et sibi, quod terminus prorogaretur vsque ad crastinum diem ad horam istam, et quod sibi aliquos iurisperitos adiungerent, qui eum de facto lacius informa-

Digitized by Google

rent, et quidquid tunc de iure facere deberet, ad hoc ipse paratus esset. Prefatus Johannes de Linzen, sindicus uel procurator, dicto domino decano respondendo dixit, quod assignaret sibi terminum, ipse libenter vellet eum informare in publico verbo et in scriptis, et protestatus fuit, quod, si int(e)rim dictus dominus Johannes de Helle euaderet vel discurreret, quod domini sui consules et ipse ac ciuitas Lubicensis per et propter illam euasionem dampnum non reciperent et indignacionem sedis apostolice non incurrerent. Quibus sic peractis dictus dominus decanus dicto sindico uel procuratori ad informandum eum in publico verbo et in scriptis crastinum diem ad horam istam pro termino peremptorio assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis dicti domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Conrado Campsoris, Hermanno de Rozstok, canonicis ecclesie Lubicensis, necnon Ludolfo de Gotlandia, canonico ecclesie Soldinensis Caminensis diocesis, ac Laurencio de Symetze, perpetuo vicario in ecclesia Lubicensi predicta, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Qua hora sequentis diei adueniente, que fuit hora quasi vesperarum, et feria sexta et tercius dies eiusdem mensis Marcij, comparentibus Johanne de Linzen, sindico et procuratore, ac domino Johanne de Helle predictis coram dicto domino decano, ipso pro tribunali sedente, dictus dominus decanus de consensu Johannis de Linzen, sindici et procuratoris, et domini Johannis de Helle predictorum sub spe amicabilis composicionis inter dictas partes veniende eundem terminum ad feriam terciam proxime sequentem ad idem faciendum continuauit. Acta sunt hec in domo habitacionis prefati domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok, Lubicensis, et Ludolfo de Gotlandia, Soldinensis ecclesiarum canonicis, ac Hinrico Soltwedele, presbitero Lubicensis, et Woltero Bolten, clerico Raceburgensis diocesis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Quo termino aduenient(e), que *(sic)* fuit feria tercia et septimus dies eiusdem mensis et anni, hora terciarum uel quasi, comparentibus coram dicto domino decano Johanne de Linzen, sindico et procuratore, et domino Johanne de Helle predictis, dictus dominus decanus de consensu Johannis de Linzen, procuratoris, et domini Johannis de Helle, principalis, predictorum, eundem

Digitized by Google

terminum ad feriam quartam ante dominicam Judica ad idem continuauit. Acta sunt hec in domo habitacionis antedicti domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabili viro Johanne Thisenhusen, canonico Tarbatensis, et Woltero Bolten, clerico Raceburgensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Item anno, indictione et pontificatu predictis, feria quarta ante dominicam Judica, que fuit decimus quartus dies eiusdem mensis Marcij, hora vesperarum uel quasi, comparentibus Johanne de Linzen, sindico et procuratore, ac domino Johanne de Helle, principali predictis coram dicto domino decano, ipso pro tribunali sedente, prefatus dominus Johannes de Helle dixit et proposuit, quod ipse esset inpotens et lesus in corpore et priuatus racione et mutilatus in cippo, et pecijt, se ad aduocatum acquirendum admitti ac liberum et quitum a captiuitate dimitti, quod posset ciuitatem Lubicensem exire pro aduocato sibi acquirendo, cum in ciuitate Lubicensi nullum habere posset, qui causam suam defendere vellet propter potenciam consulum predictorum, et in casu quo ista sibi denegarentur, ipse protestaretur de grauamine et appellando. Quibus sic prepositis prefatus Johannes de Linzen, sindicus et procurator, fuit eciam protestatus et pecijt, petita per dictum dominum Johannem de Helle fieri non debere, in casu vbi ista sibi fierent, ipse protestaretur de iure dominorum suorum. Et nichilominus pecijt honorabilem virum, dominum Hinricum de Vemeren, cantorem ecclesie Lubicensis, quatinus prefatum dominum decanum iuxta exigenciam termini via iuris verbo publice informaret, et ipse post hec eundem dominum decanum in scriptis informare vellet. Prefatus vero dominus cantor ad peticionem domini procuratoris ad informandum dictum dominum decanum coram eo relacionem in judicio publice fecit ac diuersa iura pro jure dictorum dominorum consulum et ciuis allegauit. Qua relacione facta dictus Johannes de Linzen, sindicus uel procurator, quandam papirij cedulam produxit, cuius tenor talis erat:

Ad informandam paternitatem vestram, quod dictus dominus Johannes de Helle tamquam falsarius per vos sit puniendus pro eo, quod litteras apostolicas predictas pro rectore sancte Marie de Campen impetratas recepit et per eas sine scitu et mandato domini Florencij, dicte ecclesie rectoris, ipsum ciuem et consules ac vniuersitatem Lubicensem contra tenorem priuilegij eorum cum falsa citacione indebite fatigauit, allegat procurator et sindicus predictus: De rescriptis cap. Nonnulli, § Sunt et alij, et: cap. Nonnulli eiusdem

Digitized by Google

tituli,[1] et notata ibi per Ber(nardum) et Inno(cencium) in glossa. Quod autem potestis et debetis ipsum pro huiusmodi falsitate in carcere uel alia bona custodia detinere et papam super hoc consulere, allegat vobis idem sindicus et procurator: XIX. d. in memoria,[2] et: finem cap. II. de rescriptis[3] cum vltima glossa. Item, ex quo notorie predicta possunt vobis constare, quod potestis et debetis eum beneficijs suis priuare et ad perpetuum carcerem condempnare, allegat vobis: L. d. si episcopus,[4] et: de crimine falsi, ad falsariorum, in versu: qui vero.[5] Item quod temeram et maliciosam audaciam dicti domini Johannis de Helle punire et corrigere ex officio vestro debetis, allegat vobis: c. I. de off. judicis ordinarij in Clem.[6] Et exquo quilibet episcopus uel officialis de sua diocesi, prout preses prouincie de sua prouincia, malos homines, vndecumque sint, debet amouere et diocesim et prouinciam suam de eis purgare, vt legitur et notatur de officio judicis ordinarij in c. I., et: FF. de officio presidis in l.[7] prouincie,[8] et VI. q. IV. in c. placuit,[9] et: c. vbi de crimine agi oportet auct. que prouincia *(sic!)*[10]; et predicta falsitas vobis de jure et de facto notorie per euidenciam rei et confessionem dicti domini Johannis in judicio coram dicto domino abbate factam constare potest, ita quod non indiget clamoris accusatore *(sic)*: ideo iuxta c. euidentia perpetrati (s)celeris in titulo de accusacionibus, denunciacionibus et inquisicionibus[11] procedere debetis ad diffinitiuam sententiam, prout denunciacio dicti procuratoris a vobis postulat et requirit. Cetera suppleat discrecio vestra, pater reuerende.

Quibus omnibus sic peractis et factis dictus dominus Johannes de Helle pecijt, sibi decerni copiam prodictorum, dictus vero dominus decanus copiam productorum dicto domino Johanni de Helle fieri decreuit et mandauit, et terminum ad respondendum super productis et oblatis in judicio ad octo dies sibi assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis domini decani prelibati, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok et Johanne Boytin, Lubicensis, et Ludolfo de Gotlandia, Soldinensis, Caminensis diocesis, ecclesiarum canonicis, ac Laurencio de Symetze et Hinrico de Colberghe,

1) c. 28 X. de rescriptis (I. 3).
2) c. 3 dist. XIX.
3) c. 2 X. de rescriptis (I. 3).
4) c. 7 dist. L.
5) cap. 7 vers. qui vero X de crimine falsi (V. 20).
6) Clem. 1 de off. jud. ord. (I. 9).
7) Es fehlt praesc.
8) l. 3 D. de off. praesidis (I. 18).
9) c. 4 C. VI qu. III (q. IV hat kein c. placuit).
10) auth. qua in prouincia ad c. 2 Cod. ubi de crim. agi oporteat. (III. 15.)
11) cap. 9 X de accus. inquis. et denunc. (V. 1.)

Digitized by Google

perpetuis vicarijs in ecclesia Lubicensi predicta, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Quo termino aduenjente, que fuit feria quarta post dominicam Judica et vicesimus secundus dies eiusdem mensis Marcij presentis anni, hora terciarum uel quasi, comparentibus coram eodem domino decano Johanne de Linzen, sindico et procuratore, et domino Johanne de Helle, principali, predictis, idem dominus decanus terminum in presenti causa, de qua agitur, ex certis et racionabilibus causis, vt dixit, de consensu Johannis de Linzen, sindici et procuratoris, et domini Johannis de Helle, principalis, predictorum, ad feriam secundam proximam post dominicam, quo cantatur Quasimodogeniti, si ipsa dies juridica fuerit, alioquin ad proximam diem iuridicam immediate sequentem continuauit. Acta sunt hec in domo habitacionis domini decani memorati, anno, indictione, die, mense, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Johanne Thysenhusen, canonico Tarbatensi, Hildebrando de Valkenborgh et Woltero Bolten, clericis Trajectensis et Raceburgensis diocesis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Originale auf der Trese, welches 33 Fuss lang, 8 Zoll breit und aus 18 einzelnen an einander genähten Blättern zusammengesetzt ist. Da, wo sie zusammengenäht sind, steht an beiden Seiten das Notariatszeichen auf beiden Blättern. An der ganzen Längenseite sind an beiden Seiten Nadelstiche, so dass es scheint, als ob die Urkunde ursprünglich eine Einfassung, sei es ein Band oder Pergament, gehabt habe.

CDLVII.

Noteman Parkentin verpfändet seine Einkünfte aus dem von ihm an Hinze Reders überlassenen Theile von Parkentin dem Lübeckischen Bürger Ludolf Eckermann für 32 mk. 1363. Apr. 9.

Nouerint vniuersi presencia visuri seu audituri, quod ego Notemannus dictus Parkentin | veraciter obligo discreto viro Ludolfo Ekermanne, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus | illa bona, que possidet Hinseke Reders mei ex parte in Parkentin, taliter quod, quicquid | michi ipse ex eis fecit, sibi seu suis heredibus plenarie facere do pro XXXII marcis lubicensis pagamenti, ita eciam, quod ego vel mei veri heredes medio tempore nichil inde tollent[es]. Volo eciam et mei veri heredes predicta bona defendere, ac si non forent obligata. Et quandocunque ego uel mei heredes ea redimere volumus, hoc semper ante festum Martini facere debemus. Huius rei fideiussores sunt do-

Digitized by Google

minus Detlews, miles de Parkentin, qui moratur in Belendorpe, Hinrik Sorcote et Heyneke Parkentin. Datum anno Domini M̂C̊C̊C̊LXIII̊, in octaua Pasche, nostris sub sigillis.

Nach dem Originale auf der Tresc, mit anhangenden drei Siegeln; das des Hinr. Sorcote (No. 3) ist vom Siegelbande abgesprungen.

CDLVIII.

Fortsetzung des Protokolles über die Gerichtsverhandlungen in Sachen des der Fälschung angeklagten Priesters Johann von Helle. 1363. Apr. 12—20.[1]

Item feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti, que fuit duodecimus (dies) mensis Aprilis eiusdem anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus in judicio coram dicto domino decano Johanne de Linzen, sindico et procuratore, et domino Johanne de Helle, principali, predictis, dictus [vero] dominus decanus retulit, quod pridie, que fuit feria secunda, domino Johanni de Helle terminus ad dicendum contra informaciones dominorum consulum in vltimo termino productas per eum fuit assignatus, et, quod dicti domini consules et procurator eorum in illo termino propter ardua negocia, que ipsis inpendebant, comparere non potuerunt, ipse ex officio suo illum terminum ad horam istam presentis diei continuasset, et, si dicto sindico et procuratore[2] ac domino Johanni de Helle placeret, ipse eundem terminum sub spe amicabilis composicionis interueniende libenter vlterius vellet continuare. Ad quod Johannes de Linzen, sindicus et procurator, ac dominus Johannes de Helle concorditer respondendo dixerunt, quod bene placeret eis. Tunc dictus dominus decanus eundem terminum de consensu eorum ad feriam secundam post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini, si iuridica fuerit, alioquin ad primam diem iuridicam immediate sequentem ad idem continuauit. Acta sunt hec in domo habitacionis domini decani prelibati, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Hinrico Hamborgh, alias dicto Stripedepape, perpetuo vicario ecclesie Lubicensis, Wernero de Arneshaghen, presbitero Caminensis diocesis, et Hildebrando de Valkenborgh, clerico Trajectensis diocesis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

1) Vgl. No. 456. 2) l. procuratori.

Digitized by Google

Item feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini, que fuit decimus septimus dies eiusdem mensis et anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus coram prefato domino decano Johanne de Linzen, sindico et procuratore, et Johanne de Helle, predictis, idem dominus Johannes de Linzen, sindicus et procurator, in judicio proposuit et dixit, quod domino Johanni de Helle nuper fuit terminus assignatus ad dicendum contra producta per eum et petita, licet tamen idem terminus sepius fuit continuatus, et ipse dominus Johannes de Helle nichil adhuc contradixit, quare pecijt dictum dominum decanum, quatinus sibi ex parte dominorum suorum iusticiam faceret, prout eciam alias in libello denunciacionis presentis cause per eum in judicio coram eo oblato petinit. Tunc dictus dominus decanus interrogauit dictum dominum Johannem de Helle, quid ad hoc diceret, vtrum vellet aliqua contradicere, uel non. Dictus vero dominus Johannes de Helle dicto domino decano respondit et dixit, quod ipse appellasset et speraret, quod appellacio sua deberet eum ab impeticione dictorum dominorum consulum releuare. Prefatus vero dominus decanus eidem domino Johanni de Helle dixit: Domine Johannes, vos dicitis, quod appellastis, et michi nec procuratori et sindico dominorum consulum illam appellacionem adhuc insinuastis uel aliquam copiam presentastis; idcirco, si aliquam appellacionem, vt dicitis, habetis, illam producatis. Ad que dictus dominus Johannes de Helle respondendo dixit, quod pro presenti eam non haberet, sed quod in proximo termino vellet eam producere et sibi insinuare. Tunc dictus dominus decanus dicto domino Johanni de Helle feriam quartam proxime sequentem ad producendam appellacionem suam, si quam haberet, pro termino peremptorio assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis domini decani prenarrati, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Johanne Plescowen, canonico, ac Hinrico Detleni et Hinrico de Colberghe, perpetuis vicarijs ecclesie Lubicensis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Qua feria quarta adueniente, que fuit decimus nonus dies eiusdem mensis et anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus coram dicto domino decano, ipso pro tribunali sedente, Johanne de Linzen, sindico et procuratore, ac domino Johanne de Helle, predictis, idem sindicus et procurator ante omnia quandam cedulam papiriam, quam in manibus suis tenebat, produxit et legit in hec verba:

Digitized by Google

Petit procurator dominorum consulum et vniuersitatis et Detleui Brogen, ciuis ciuitatis Lubicensis, quatinus vos, domine Johannes, decane Lubicensis, qui pretenditis, vos fore legitimum commissarium domini Bertrami, episcopi Lubicensis, in presenti causa, ex quo notorie et judicialiter vobis constat per legitima documenta, quod dominus Johannes de Helle, rector ecclesie in Borby, jurisdictionem domini nostri pape falsificauit et per huiusmodi falsitatem dictos consules et vniuersitatem et ciuem grauiter dampnificauit et lesit, in termino sibi per vos prefixo et sepius continuato contra predicta nichil dixit, prout nec dicere potest, vt iuxta peticionem denunciacionis sue super huiusmodi notoria falsitate procedatis et pronuncietis, non obstante friuola appellacione sua alias per eum verbo pretensa, cum in notorijs delictis et vt notoria corrigantur, appellacio de iure non sit admittenda: alioquin dictus procurator protestatur de grauaminibus dampnorum et interesse iam factis et faciendis et passis et paciendis.

Deinde prefatus dominus Johannes de Helle iuxta exigenciam termini quandam papirij cedulam loco appellacionis prefato domino decano in judicio presentauit, quam dictus dominus decanus Woltero Bolten, clerico Raceburgensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, ad legendum tradidit in hec verba:

In nomine Domini amen. Appellaciones ideo inuente sunt, vt oppressi releuentur et exemant *(sic)* vnumquemque a cuiuscunque judicis potestate. Magne temeritatis et violencie est, contra precepta decalogi mittere falcem in messem alienam, et vsurpacio jurisdictionis aliene, et non est sine graui culpa, qui rei, que ad eum non pertinet, se immiscet. Hinc est, quod coram vobis, Johanne, notario publico, tamquam persona autentica, et testibus hic astantibus dico ego, Johannes de Helle, rector ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, animo appellandi protestor, dico, conqueror et propono: Quamuis sim et fuerim, laudetur Deus, vir vtique ydoneus, laudabilis vite, bone fame et honeste conuersacionis, tamen de anno millesimo tricentesimo sexagesimo secundo, die vicesima secunda mensis Decembris, domini consules, scilicet Euerhardus Swarte et Holt de Alen, laici ciuitatis Lubicensis, et Detleuus Broge, laicus, ciuis eiusdem ciuitatis Lubicensis, cum eorum aduocato, domino Hinrico de Vemeren, qui se dicit esse cantorem ecclesie Lubicensis, de communi consensu et mandato omnium consulum, legis et fidei transgressores a consultorio missi et eorum in hac parte complices, me post iter arreptum veniendi ad Romanam curiam pro quibusdam negocijs in eadem curia tractandis et expediendis ac pro-

Digitized by Google

curandis, in ciuitate Lubicensi predicta, me existente in communi platea, hora sexta uel quasi, malo ducto[1] spiritu, inicientes in me temere manus violentas, de facto ceperunt, ligauerunt, vinculauerunt, inhumaniter et enormiter tractauerunt, in manibus et pedibus mutilauerunt et nonnullas alias iniurias michi fecerunt et intulerunt in domini nostri pape et sancte sedis apostolice et eciam reuerendissimi in Christo patris et domini, domini sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi, vituperium et contemptum, et in mei Johannis predicti non modicum preiudicium et grauamen, presertim cum nulla infamia contra me vnquam laborauerit, nec de aliquo crimine sim nec fuerim defamatus. Et predicti consules sic captum miserabiliter per septem decimanas integras jacere me permiserunt, et cum in vita mea me quasi deficientem consideraverunt, de vinculis eduxerunt me debilem et infirmum, et honorabili viro magistro Johanni, decano ecclesie Lubicensis, tamquam commissario reuerendi in Christo patris, domini Bertrami, episcopi dicte ecclesie Lubicensis, meo non judice,[2] me presentabant, qui misericordia motus gratanter me acceptauit. Ipso pro tribunali sedente, predicti consules multa contra me verbo et in scriptis dixerunt et produxerunt, licet frinola, ficta, vana et mendosa, sepius enim me falsarium nominabant, et quociens tociens de iniuria fui protestatus, meque perpetue incarcerari petebant ex eo et pro eo, quod me quandam abusionem in litteris apostolicis fecisse dixerunt. Dato eciam, sed nequaquam concesso, quod si omnia, que contra me proposuerunt et produxerunt, fecissem, adhuc non essem falsarius, non tamen demeruissem priuari beneficio et honore et tam inhumaniter vinculatum detineri. Talem et tantam iniuriam, infamiam et mutilacionem, statim cum passus fui, ad animum reuocaui et pro milibus florenis aureis, ymmo pro auro et argento tocius mundi, iniuriam, violenciam et mutilacionem passus fuisse noluissem. Me non citato, non confesso, non conuicto, non coram meo judice, nec coram meo non judice nulla contra me probato, sed violenter et iniuriose contra Deum et iusticiam et contra omnia iura mundi fui captus. Et cum omnis actio contra me coram meo non judice frustratur et nullatur, violenta sit et simpliciter de facto, cum careat iuris fundamento, supersticiosa, cecitate seducti me totaliter destruere nitebantur, non formidantes nec metuentes, excommunicacionis et anathematizacionis sentencias, per dominos nostros, summos pontifices, qui hactenus fuerunt et nunc est, die Jouis sancta latas et promulgatas contra quoscunque inpedientes et perturbantes accedentes

1) l. ducti. 2) l. judici.

Digitized by Google

ad Romanam curiam pro suis et alijs negocijs tractandis et prosequendis in eadem et ab ea recedentes, incurrisse, nec eciam penis et sentenciis XVII. q. IIII.: Si quis suadente dyabolo,[1] et aliorum canonum ac eciam constitucionum legatorum sedis apostolice ac prouincie Bremensis noluerunt precauere. Istis sentencijs et maledictionibus sic dampnabiliter irretiti *(sic)*, cessat omnis actio eorum contra quemcumque, cum palam, publice et notorie sint sacrilegi et perpetue infames, cum non solum in me, verum eciam in quampluribus presbiteris et clericis et eorum bonis in regno Dacie et in ciuitate Lubicensi peiora uel similia perpetrarunt. Ac eciam, cum me coram domino decano predicto in multis accusabant, pecij me ad aduocatum admitti et ciuitatem Lubicensem exire ad aduocatum michi acquirendum, cum in ciuitate Lubicensi nullum habere potui, potenciam, seuiciam et tyrannidem consulum predictorum perhorrescentes *(sic)*, et me pecij declarari, decerni et pronunciari sentencialiter ab omni capcione liberum, et quitum dimitti cum effectu, cum nullam falsariam perpetrauerim, Deo teste, et in casu, vbi ista michi denegarentur, protestarem de grauamine et appellando. Consules predicti statim hijs auditis cum tumultu contradicendo reclamabant, quod [que] tam dudum vinculatum et captum me tenuerunt, [et] ad finem et effectum hoc fecerunt, vt causionem *(sic)* fideiussoriam eisdem ponerem, vt eciam forefacta per eos in me perpetrata curie Romane, archiepiscopo Bremensi ac alijs judicibus spiritualibus, quorum interest uel interesse poterit quibuscumque, celarentur, et predicta mea captiuitas, iniuria, violencia et mutilacio mu[l]ta remanerent: quod tamen esset absurdum, vt eis daretur de cetero occasio delinquendi. Vnde ex non admissione mee peticionis, et capcione mea non liberare,[2] falsarium me nominari, loci insecuritate, mutilatum fore, fame mee denigracionis,[3] incarcerari, honoris et beneficij priuacionis[4] sensio[5] me grauatum, et plus posse verisimiliter infuturum pregrauari, (et) ad reuerendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Albertum, archiepiscopum Bremensem, tamquam ad metropolitanum in hijs scriptis appello et apostolos peto et iterum peto et cum debita iuris instancia michi dari peto, si quis sit, qui eos michi dare velit et de iure possit, subiciens me, statum meum et honorem et omnia bona mea ecclesiastica et mundana sub protectione et defensione archiepiscopi sancte Bremensis ecclesie supradicti. Protestor eciam, quod per istam appellacionem meam non intendo

1) c. 29 C. XVII qu. 4.
2) l liberari. 3) l. denigracione. 4) l. priuacione. 5) l. sentio.

Digitized by Google

recedere a protestacionibus, appellacionibus alijsque actis et querelis per procuratores meos contra predictos consules attemptatis, sed volo istam illis vniri. Protestor eciam de correctione, emendacione, specificacione, innouacione etc. et omnibus iuris remedijs ac beneficijs (in) toto saluis. Protestor eciam de insufficiencia mea et inpericia jurium, quia, sic de facto captus, nullum aduocatum habere potui, propter locum michi non tutum, nec procuratorem sufficientem, qui me ab inpeticione consulum predictorum defenderet et tueret(ur), quod michi non noceat insufficiencia mea, dummodo mentis mee conceptus et substancialia facti habeantur, et quod tantum ad necessaria, sed non ad superflua, fiat astrictio probacionum. Protestor insuper, quod hanc appellacionem meam volo prosequi in curia Bremensi, cum in ciuitate Lubicensi michi locus minime sit tutus et securus.

Qua cedula producta dictus Johannes de Linzen, sindicus et procurator, pecijt copiam dicte cedule per dictum dominum decanum sibi decerni et terminum ad respondendum super propositis et petitis per eum sibi assignari. Tunc dictus dominus decanus copiam dicte cedule dicto Johanni de Linzen, sindico et procuratori, fieri decreuit, et ad respondendum dicto domino Johanni de Helle super predicta appellacione sua et dicto sindico et procuratori super propositis per eum et petitis feriam sextam proximam post Assencionem[1] Domini pro termino peremptorio assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis dicti domini decani Lubicensis, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok, canonico ecclesie Lubicensis, magistro Hildebrando de Valkenborgh, Marquardo Lembeken et Woltero Bolten, clericis Traiectensis, Lubicensis et Raceburgensis diocesis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Item vicesima die eiusdem mensis et anni, que fuit feria quinta proxima post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini, hora vesperarum uel quasi, Johannes de Linzen, procurator dominorum consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis predictorum, accessit ad curiam honorabilis viri, domini Johannis, decani Lubicensis predicti, et quandam papirij cedulam, quam dictus procurator in manibus suis tenebat, dicto domino decano insinuauit et copiam dicte cedule sibi tradidit et legit in hec verba:

„Significat[2] vobis, venerabili viro, domino Johanni, decano Lubicensi,

1) l. Ascensionem.
2) Ein auf der Trese bewahrter Entwurf dieses Protestes, auf Papier, hat: Communicat.

Digitized by Google

Johannes de Linzen,[1] procurator dominorum consulum ciuitatis Lubicensis, quod ijdem domini sui, visa, audita et intellecta falsa et friuola et inepta appellacione, heu coram vobis per dominum Johannem de Helle, notorie falsarium jurisdictionis domini nostri pape, contra eos causa diffugij pretensa, statim maliciosa et iniuriosa verba in derogacionem honoris et status eorum inibi posita, scilicet quod essent legis et fidei transgressores, et quod palam, publice et notorie sacrilegi et perpetue infames essent, et alia et singula verba iniuriosa inibi mendaciter pretensa ad animos reuocauerunt et super hijs contra eum agere loco et tempore congruenti intendunt coram vobis. Ideo petit dictus procurator, quatinus ipsum non solum pro falsitate, sed eciam pro huiusmodi falsa et notoria iniuria [ipsum] magis caute custodiri et teneri faciatis. Acta sunt hec in domo habitacionis prefati domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, domino Hinrico de Colberghe, perpetuo vicario ecclesie Lubicensis, et Hildebrando de Valkenborgh ac Hinrico Gromenitzen, clericis Traiectensis et Lubicensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Fortsetzung des zu No. 436 angegebenen Originales.

CDLIX.

Der Rath zu Lübeck bestellt den Johann von Linzen zu seinem Bevollmächtigten, um gegen den Johann von Helle wegen einer im Gerichte vor dem Decan Johann Clendenst verlesenen Schmähschrift einzuschreiten. 1363. Apr. 29.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo ‖ tercio, indictione prima, mensis Aprilis die penultima, que fuit dies sabbati, hora ‖ terciarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno primo, in mei notarij publici subscripti testiumque infrascriptorum presencia constituti honorabiles et discreti viri, domini Thidemannus de Warendorpe, Hermannus de Wichkeden, Hermannus Gallin et Bertramus Vorrad, proconsules; necnon Goscalcus de Warendorpe, Bernardus Plescowe, Bernardus Pal, Johannes Plescowe, Johannes Perseuale, Johannes Schepenstede, Seghebodo Crispin, Johannes Wesselere, Bernardus Kûsuelt, Jacobus Plescow, Bernardus

1) Der Entwurf: Johannes Albus.

Digitized by Google

Oldenborgh, Albertus Junghe, Johannes Metelere, Johannes Scheningh, Bernardus Pepersak, Euerhardus Swarte, Goscalcus de Ateldorn, Holt de Alen et Hinricus Richbode, consules ciuitatis Lubicensis, ad hoc in consistorio dicte ciuitatis specialiter congregati, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt communiter et diuisim discretum virum, Johannem de Linzen, clericum Monasteriensis diocesis, presentem et onus procuracionis in se sponte suscipientem, in eorum et cuiuslibet eorum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et nuncium specialem ad agendum et defendendum coram quocumque judice ordinario uel delegato contra dominum Johannem de Helle, rectorem ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, super eo quod quendam libellum famosum et falsum per eum confictum et in quadam cedula papiria conscriptum coram honorabili viro, domino Johanne Clendenest, decano ecclesie Lubicensis, in derogacionem honoris et status eorum in judicio produxit et publice animo eis iniuriandi legi fecit, et contra omnes et singulos, qui dicto domino Johanni de Helle in hoc dederunt et dabunt concilium,[1] auxilium et fauorem, publice uel occulte, necnon ad excipiendum *(Das Folgende gleichlautend mit No. 454 bis)* supra, presentibus discretis viris Jacobo Deghenardi et Hinrico de Brunswich, ciuibus Lubicensibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus Ruter, clericus etc.

In dorso supra: procuratorium secundum.

infra: procuratorium ad conueniendum dominum Johannem de Helle de nouo coram dicto domino decano super libello famoso.

Nach dem Originale auf der Trese.

CDLX.

Fortsetzung des Protokolles der Gerichtsverhandlungen in Sachen des der Fälschung angeklagten Priesters Johann von Helle. 1363. Mai 12—19.

Item anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, indictione prima, mensis Maij die duodecima, que fuit feria sexta proxima post Ascensionem Domini, hora vesperarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno

1) l. consilium

Digitized by Google

primo, in mei notarij publici subscripti testiumque infrascriptorum presencia, comparentibus coram venerabili viro, domino Johanne, decano Lubicensi, ipso pro tribunali sedente, Johanne de Linzen, procuratore omnium consulum ciuitatis Lubicensis predicte, ex vna, et domino Johanne de Helle, presbitero, rectore parrochialis ecclesie in Borby Slesvicensis diocesis, parte ex altera, iuxta exigenciam termini ipsis alias per dictum dominum decanum assignati, idem dominus Johannes de Helle protestatus fuit, quod magna iniuria esset sibi illata et violencia facta, cum ipse in dictum dominum decanum nunquam consensi(sse)t tamquam in judicem suum, et quod eciam in ciuitate Lubicensi nullum aduocatum habere posset, qui causam suam defenderet seu defendere vellet, propter potenciam consulum predictorum. Quare pecijt, se decerni et declarari quitum et solutum ad appellacionem suam prosequendam, et quod appellacionem suam predictam in preindicium et scandalum dictorum consulum seu alicuius alterius detractacionem non interposuisset, sed solum pro defensione juris sui hoc fecisset, et protestatus fuit eciam, quod ab appellacione sua predicta et protestacionibus alijs per eum prius habitis coram dicto domino decano et factis recedere nollet. Prefatus vero dominus decanus dicto domino Johanni de Helle dixit: Domine Johannes, nuper terminus fuit vobis assignatus per me ad horam istam presentis diei ad respondendum vobis super appellacione vestra et pro responso et apostolis dandis. (Et) quandam papirij cedulam, quam in manu sua tenebat, produxit et per se legit in hec verba:

Dicimus et pronunciamus, quod ante admissionem appellacionis diffiniendum est, vtrum sitis de crimine falsi irretitus, prout vobis imponitur, an non.

Qua cedula sic perlecta idem dominus decanus prefato domino Johanni de Helle super protestacione per eum facta respondebat in hunc modum et dixit: Domine Johannes, priusquam venistis ad me, fuistis captus et graniter detentus et fuistis michi pro actione criminali presentatus. Ego vero de inrisperitorum consilio iniunxi vobis, quod in domo mea et in curia mea sub bona custodia deberetis manere, quo ad vsque esset diffinitum, vtrum in causa falsarie, que vobis inponitur, fuistis culpabilis, an non, et qualiter esset super hoc procedendum. Ergo videtur michi, quod nullam iniuriam vobis in hoc feci. Item dixistis, quod nullum aduocatum habere potestis, qui huiusmodi causam ex parte vestra defendere velit siue possit hic in ciuitate Lubicensi. Ad quod dico sic: Si aliquem aduocatum hic in ciuitate uel extra habere potestis uel habetis, qui causam presentem ex parte vestra defendere velit, quod ego libenter volo vobis annuere ipsumque admittere et tueri, in quantum

Digitized by Google

in me est, et in casu vbi aduocatum habere non possetis, tunc ad me tamquam ad judicem bene spectaret, quod locum aduocati supplerem, postquam de facto essem plene informatus.

Post hec vero Johannes de Linzen, procurator dominorum proconsulum et consulum ciuitatis Lubicensis, ad faciendum fidem de mandato suo produxit quoddam procuratorium seu publicum instrumentum per me notarium inde confectum, cuius tenor de verbo ad verbum fuit et est talis: *(Folgt No. 459)*

Quo producto et perlecto idem Johannes de Linzen, procurator, quandam papirij cedulam libellum seu peticionem continentem produxit et legit in hec verba:

Coram vobis, venerabili viro, domino Johanni Clenedenest, decano ecclesie Lubicensis, propono ego, Johannes de Linzen, clericus Monasteriensis diocesis, procurator et procuratorio nomine honorabilium et discretorum virorum, dominorum meorum *(Folgen die Namen, wie in No. 459)*, consulum ciuitatis Lubicensis, in judicio contra dictum Johannem de Helle, rectorem ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, et dico, quod, licet domini mei et eorum predecessores proconsules et consules semper fuerunt et sunt homines legales, bono fidei nullisque maledictionibus et sentencijs irretiti, sed iusti et honesti ac bone fame, et tales apud bonos et graues clericos et laicos semper vbique locorum nominabantur et reputabantur, nominantur et reputantur, tamen dictus dominus Johannes de Helle, commentus per me ex parte dictorum dominorum meorum coram vobis pro eo, quod jurisdictionem domini nostri pape notorie falsificauit et per huiusmodi falsitatem dictos dominos meos et Detleuum Brogen, ciuem eorum, grauiter dampnificauit et lesit, ad que in termino sibi per vos prefixo nichil contradixit, prout eciam contradicere non potest, cum predicta sunt coram vobis notorie probata, quendam libellum famosum et falsum, per eum calumpniose contra ipsos dominos meos animo eis iniuriandi confictum, in judicio coram vobis publice produxit, in quo false nominat et pretendit, dictos dominos meos communiter fore legis et fidei transgressores et multis sentencijs et maledictionibus irretitos, ac publicos[1] et notorie sacrilegos et perpetue infames, propter que, prout false in eodem libello famoso pretendit, cessat omnis actio eorum contra quoscumque, prout in dicto libello famoso coram vobis producto plenius continetur, quem hic repeto et insero et pro repetito et inserto ad probandum predicta hic habere volo. Quam iniuriam dicti domini mei statim

1) l. publice.

Digitized by Google

ad animos eorum reuocauerunt et reuocacionem huiusmodi vobis, domine decane, judicialiter insinuaui, et quam iniuriam dicti domini mei noluerunt et nolunt, nec potuerunt nec possunt saluo eorum honore sine debita et canonica correctione sustinuisse et sustinere pro aliqua re mundi. Cum vero idem dominus Johannes de Helle predicta crimina, per que ipsos dominos meos false, fraudulenter ac calumpniose infamauit, probare non potest, cum ex euidencia rei non sunt vera, et fortius sunt punienda crimina, que insontibus et maxime honestis viris inponuntur, iuxta legitimas sanxiones, [quare] peto nomine dictorum dominorum meorum, quatinus vos, domine decane, ante omnia eundem dominum Johannem de Helle pro huiusmodi notorijs iniurijs, quas eisdem dominis meis in predicto famoso et falso libello coram vobis intulit, per ciuitatem Lubicensem publice flagellandum et verberandum deberi, uel ad standum publice per tempora conueniencia in scalis infulatum cum causa huiusmodi iniurie ipsi infule inscribende,[1] et cum hoc perpetuum[2] infamem et intestabilem inxta canonicas sanxiones per vestram diffinitiuam sentenciam condempnetis et execucioni demandetis, et deinde vlterius contra dictum dominum Johannem de Helle iuxta acta habita coram vobis super dicta falsitate jurisdictionis domini nostri pape, per quam dictos dominos meos grauiter dampnificauit. vt premittitur, et lesit, procedatis, prout de jure est procedendum. Et predicta propono, dico et peto meliori modo et forma, quibus possum, vestrum officium implorando, saluo jure addendi, minuendi et corrigendi, de quo protestor ego procurator memoratus.

Qua cedula sic perlecta dictus dominus decanus requisiuit dictum procuratorem, vt sibi assessores ordinaret, prout sepius ipsum, vt dixit, requisiuisset, qui eum via juris informare possent. Ad quod dictus procurator deliberacione prehabita dicto domino decano dixit, [quod,] si vellet habere assessores, quod ipsemet sibi de eis prouideret. Tunc dictus dominus decanus dixit, ex quo nollet sibi de assessoribus prouidere, quod cum dominis suis de capitulo super hijs vellet deliberare et eos consulere et iuxta informacionem eorum vellet facere, que de jure essent facienda. Quo facto dictus dominus decanus copias prodictorum[3] dicto domino Johanni de Helle fieri decreuit et terminum ad dicendum contra, si quid dicere vellet, ad feriam quartam proxime venturam pro termino peremptorio sibi assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis dicti domini decani, anno. indictione, mense, die, hora et pontificatu,

1) l. inscribenda. 2) l. perpetue. 3) l. predictorum.

Digitized by Google

quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Anthonio de Plesse, Hermanno de Rozstok, Johanni Plescowen, canonicis, Laurencio de Simetze et Johanni Pôl, perpetuis vicarijs in ecclesia Lubicensi predicta, necnon Jacobo Odeslo et Marquardo Lembeken, clericis Lubicensis diocesis, notarijs publicis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Quo termino adueniente, que fuit feria quarta ante festum Penthecostes et decimus septimus dies eiusdem mensis Maij presentis anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus coram dicto domino decano Johanne de Linzen, procuratore, et Johanne de Helle, principali, predictis, iuxta terminum eis assignatum, idem dominus decanus dicto procuratori dixit hec verba: Domine Johannes, vos duas causas mouetis domino Johanni de Helle predicto, quarum vna est super crimine falsarie, et alia est super quodam libello famoso; et requisiuit ab eo, vtrum vellet aliqua plura pro informacione producere, an non. Ad que Johannes de Linzen, procurator, respondit, quod ista vice nulla producere vellet, sed pecijt, sibi fieri iusticiam secundum petita sua. Deinde dictus dominus decanus interrogauit dictum dominum Johannem de Helle, vtrum ipse aliqua alia dicere vellet, quam hucusque dixit. Ad quod dictus dominus Johannes de Helle nichil respondit. Tunc dictus dominus decanus ex superhabundanti terminum ad producendum omnia et singula, que producere et contra dicere vellent, ad feriam sextam proxime venturam procuratori et domino Johanni de Helle, principali, predictis, assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis dicti domini decani, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis magistro Johanne de Brunswich et Hartwico de Stargharde, presbiteris, ac Ludolfo Zwerin, notario publico, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Item feria sexta ante festum Penthecostes, que fuit decimus nonus dies eiusdem mensis presentis anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus in judicio coram dicto domino decano, ipso pro tribunali sedente, Johanni de Linzen, procuratore, et domino Johanne de Helle predictis, idem procurator iuxta exigenciam termini quandam papirij cedulam produxit et legit in hec verba:

Ad satisfaciendum termino presenti procurator dominorum consulum ciuitatis Lubicensis ad probandum contenta in libello dictorum dominorum suorum in vltimo termino in judicio oblato reiterat et producit contenta in cedula papiria, per dominum Johannem de Helle, falsarium jurisdictionis domini

Digitized by Google

nostri pape, contra eos in atrocem iniuriam et derogacionem status eorum iudicialiter producta[m]. Protestatur eciam dictus procurator, quod, si dubitatur et ostensum fuerit, quod falsitatem iurisdictionis domini nostri pape per dictum dominum Johannem de Helle in causa principali perpetratam sufficienter et manifeste non probauit, quod dictam falsitatem magis probare intendit, si de jure ad hoc astringetur.

Qua cedula sic producta et perlecta dictus dominus Johannes de Helle protestabatur de iniuria. Tunc dictus dominus decanus copiam dicte cedule dicto domino Johanni de Helle, si eam habere vellet, fieri decreuit et terciam feriam post festum sancte Trinitatis ad dicendum voluntatem suam super propositis et petitis procuratori et domino Johanni de Helle predictis pro termino peremptorio assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis domini decani memorati, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus viris, dominis Johanne de Thizenhusen, canonico Tarbatensi, magistro Hildebrando de Valkenborgh, clerico Traiectensis diocesis, et Hermanno Bumester, ciui Lubicensi, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Fortsetzung des zu No. 456 angegebenen Originales.

CDLXI.

Gerhard Bobbe, als Bevollmächtigter des Lambert von Engern, quitirt den Rath von Lübeck über die Auszahlung des dem im Dienste der Stadt verstorbenen Gerwin, Lambert's Bruder, schuldigen Soldes und die Auslieferung seines Nachlasses. 1363 Jun. 6.

Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, ego Gherardus Bobbe, procurator Lamberti de Engheren ad exigendum (et) recipiendum stipendium et bona relicta per mortem Gerwini, fratris eiusdem Lamberti, cupio fore notum publice protestando, quod discreti et honesti viri, domini . . consules ciuitatis Lubicensis, michi procuratorio nomine ex parte ciuitatis sue plenarie satisfecerunt pro stipendio et famulatu eis exhibito per Gherwinum de Engeren pie memorie, qui in seruicio et stipendio predicte ciuitatis diem clausit extremum vite sue. Quare eosdem dominos . . consules et eorum ciues vniuersaliter procuratorio nomine predicti Lamberti et omnium, quorum interest, cum graciarum actione dimitto quitos et solutos per presentes. In cuius rei

Digitized by Google

testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̂C̊C̊Ĉ̊LXIII̊, feria tercia infra octauas Corporis Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Ausstellers, hier Bebbe genannt. Dasselbe hängt auch an No. 424 Anm. 1 sub 22

CDLXII.

Eccard, Abt von Reinfeld, erklärt einen Erlass des Erzbischofs von Bremen, durch welchen die Freigebung des Johann von Helle und die weitere Verhandlung der Sache in Verden angeordnet wird, für ungültig, und beauftragt die Pfarrherren zu Marien, Petri und Egidien in Lübeck, dies den betreffenden Personen anzuzeigen. 1363. Jun. 12. (Mit angehängter Bescheinigung des von den Pfarrherren zu Petri und Egidien am 13. Juni vollzogenen Auftrags.)

Frater Eghardus, abbas monasterij de Reynenelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, conseruator priuilegij honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, a ‖ sede apostolica indulti, vt nulli ordinarij, necnon delegati, subdelegati, executores seu conseruatores, a sede apostolica uel eius legatis dati, ipsos extra muros suos ad ecclesiastica judicia euocare presumant, dummodo parati sint coram archidyacono eorum omnibus de ipsis conquerentibus iusticie plenitudinem exhibere, cum talibus clausulis: Decernimus eciam, vt, si aliquid ‖ contra huiusmodi concessionis nostre tenorem a quoquam extiterit propria temeritate presumptum, sit irritum et inane; et: Si forte aliqne sentencie in ipsos hac occasione prolate fuerint, nullum robur obtineant firmitatis; et specialiter cum tali clausula et potestate: Quatinus prefatos consules et vniuersitatem predicte ciuitatis Lubicensis super premissis non permittas contra concessionis nostre tenorem a quoquam indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo; ab eadem sede ipsis consulibus et vniuersitati specialiter deputatus. Honorabilibus et discretis viris, dominis Johanni Blugher, sancte Marie, ac Hermanno de Lapide, sancti Petri, et Hinrico Detleui, santi Egidij, Lubicensium ecclesiarum, rectoribus, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis, firmiter obedire. Grauem querelam dictorum dominorum consulum et vniuersitatis recepimus continentem, quod, licet causa, que inter quendam dominum Johannem de Helle, presbiterum, ex vna, et dictos consules et vniuersitatem et quendam ciuem dicte

Digitized by Google

ciuitatis Lubicensis coram honorabili viro, domino Johanne Clendenest, decano Lubicensi, ex speciali commissione reuerendi in Christo patris et domini, domini Bertrami, episcopi Lubicensis, in judicio pendebat et pendet super quadam falsitate per ipsum dominum Johannem de Helle perpetrata, parte ex altera, et[1] dicti domini consules et vniuersitas et ciuis coram dicto domino decano uel quocunque alio judice ecclesiastico infra muros dicte ciuitatis Lubicensis semper parati fuerunt et sunt, a dicto domino Johanne de Helle recipere et exhibere de et super huiusmodi falsitate justicie complementum: tamen reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Albertus, sacrosancte Bremensis ecclesie archiepiscopus, honorabilibus viris dominis Hermanno, Buccensis preposito, ac Johanni Plescowen et Jacobo Crumbeken, Hamburgensis, Bremensis diocesis ecclesiarum canonicis, per litteras suas sub pena excommunicacionis mandauit, vt accederent ad reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum episcopum Lubicensem, et dominos Gotfridum de Morum, prepositum Vtinensem, ipsius domini episcopi vicarium generalem, et magistrum Johannem Clendenest, decanum Lubicensem, sepedicti domini episcopi Lubicensis commissarium, ac proconsules et consules Lubicenses supradictos, ipsosque et eorum quemlibet, requirerent, vt dictum dominum Johannem de Helle liberum dimitterent, et quod predictos proconsules et consules ad opidum Verdis extra muros dicte ciuitatis ad procedendum in dicta causa ad decimam diem citarent: alioquin eosdem episcopum, prepositum et decanum ac proconsules et consules non solummodo contra tenorem dicti priuilegij, sed eciam contra ius commune et consuetudinem subditorum dicti domini episcopi Lubicensis, suffraganei sui, in scriptis excommunicauit, prout ex parte dictorum consulum et vniuersitatis nobis facta est prompta fides. Ideoque vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum spacio pro terna et canonica monicione premissa[2] ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districte precipimus, quatinus accedatis, vbi propter hoc fuerit accedendum, requisiciones, moniciones et citaciones et sentencias excommunicacionis per dictum dominum Albertum, archiepiscopum, contra tenorem dicti priuilegij apostolici factas, quas auctoritate apostolica [irritas et inanes] tenore presencium declaramus irritas et inanes, dominis Hermanno, preposito Buccensis, ac Johanni Plescow et Jacobo Crumbeken, Hamburgensis, Bremensis diocesis ecclesiarum canonicis, et eorum cuilibet denuncietis, ipsosque et eorum quemlibet moneatis et requiratis, qua-

1) So das Orig. — Es sollte etwa heissen: licet *in* causa — — altera, dicti etc. 2) l. premisso.

Digitized by Google

tinus ab execucione litterarum dicti domini archiepiscopi omnino cessent, dictoque domino archiepiscopo rescribent,[1] quod auctoritate apostolica moniciones, requisiciones, citaciones et sentencias excommunicacionis huiusmodi contra tenorem priuilegij apostolici, vt premittitur, temere attemptatas pronunciamus irritas et inanes, accedentes eciam ad dictos dominos Bertramum, episcopum, Gotfridum Morum, eius vicarium, ac Johannem Clendenest, decanum, eiusdem domini episcopi in presenti causa commissarium, et eorum quemlibet, ipsisque in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena ex parte nostra, ymmo verius apostolica, mandetis, quod, non obstantibus dictis litteris et mandatis ipsius domini archiepiscopi, ipsis consulibus et vniuersitati de dicto domino Johanne de Helle infra muros dicte ciuitatis Lubicensis auctoritate ordinaria faciant hinc inde iusticie complementum: alioquin contra eos et eorum quemlibet tamquam contra molestatores et perturbatores huiusmodi priuilegij apostolici procedemus, prout de jure fuerit procedendum. Et in signum execucionis, quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per cedulas presentibus transfixas vestrisque sigillis sigillatas rescribatis sub pena excommunicacionis antedicta. Hesitanti vero de priuilegio et de iurisdictione nostra huiusmodi fidem faciemus Lubeke in curia monasterij nostri requisiti. Datum ibidem, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, sequenti die beati Barnabe apostoli, nostro sub sigillo.

Noueritis, reuerende pater, domine Egharde, abbas monasterij de Reyneuelde, quod nos Hermannus de ‖ Lapide, sancti Petri, et Hinricus Detleui, sancti Egidij Lubicensium ecclesiarum rectores, ad requisicionem dominorum consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis cum presenti vestro mandato accessimus feria tercia post festum beati ‖ Barnabe apostoli presentis anni primo ad reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Bertramum, episcopum Lubicensem, deinde ad dominum Johannem Clenedenest, decanum Lubicensem, post hec ad dominos Hermannum de Rozstock, prepositum Bûhccensis, Johannem Plescowen et Jacobum Crumbeken, Hamburgensis, Bremensis diocesis ecclesiarum canonicos, ipsosque et eorum quemlibet successiue requisiuimus, vt iuxta contenta presentis vestri mandati facerent. Qui dominus episcopus et alij domini predicti nobis successiue responderunt, quod iuxta contenta in presenti vestro mandato libenter facere vellent. Quod in signum execucionis per nos facte per cedulam presentibus transfixam nostrisque sigillis sigillatam paternitati vestre rescribamus.[2]

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel, welchem die obige Bescheinigung durch die angehängten Siegel der beiden Rectoren transfigirt ist.

1) l. rescribant. 2) l. rescribimus.

Digitized by Google

CDLXIII.

Aufzeichnung über die Entlassung des Thideke Vogel aus der Gefangenschaft des Gerhard Grundis. 1363. Jun. 15.

Notum sit, quod Gherardus Grundijs de Dacia, creerer regis Dacie, coram testibus infrascriptis lucide recognouit, quod Thidekinum Voghel, stipendiarium Arnoldi Schoneweder, captiuum dicti Gherardi, ab huiusmodi captiuitate quitum dimisit penitus et solutum, et quod a dicto Gherardo in omni honore est separatus, quodque sibi retulit magnas grates. Testes sunt domini Hermannus de Wickede et Hermannus Gallyn, proconsules, qui huiusmodi recognicionem a dicto Gherardo manifeste audierant recepisse.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuchs vom Jahre 1363, Viti.

CDLXIV.

Berechnung der aus dem Hofe des Gerhard Holtorp in Clütz von dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck erhobenen Einkünfte. 1363. Jun. 18.

Notum sit vniuersis presens scriptum cernentibus sev audientibus, quod honorabiles domini, Hermannus de Wickede et | Bertrammus Vorraat, prouisores, et frater Hinricus Bardewych, magister, et fratres domus Sancti Spiritus in Lubeke | curiam Gherardi Holtorp, in parrochia Clütze sitam, acceptauerunt et cum illa curia facere et dimittere debuerunt, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, et hoc fuit anno Dominj MCCCC quinquagesimo tercio, in vigilia Omnium Sanctorum. Tunc primo locata fuit illa curia pro hura Hinrico Clützemanne, qui possidebat eam duobus annis et dedit magistro et fratribus predictis pro quolibet anno XX marcas lubicensium denariorum. Item locata fuit eadem curia Hinrico Dôkenitzen ad quatuor annos dando pro quolibet anno XXV marcas lubicensium denariorum. In primis duobus annis dedit idem Hinricus Dôkenitze magistro et fratribus predictis quinquaginta marcas minus I marca, que data fuit sibi ad edificia reficienda. De tercio anno magister et fratres predicte domus nichil de curia predicta perceperunt, quia, quidquid deinde cedebat, hoc totum datum fuit ad seruicium dominorum pro curie eiusdem libertate, et quidquid remanens erat de illis redditibus, hoc Gherardus Holtorp predictus personaliter subleuauit, et hoc cum consensu fideiussorum. In quarto anno magister et fratres predicti XV marcas de curia predicta perceperunt, et quidquid super hoc remansit, hoc iterum datum fuit

Digitized by Google

ad seruicium dominorum pro curie eiusdem libertate et ad curiam meliorandam, et hoc factum fuit cum consensu fideiussorum. Summa pecuniarum per magistrum et fratres predictos de predicta curia perceptarum centum marce cum IIII^{or} marcis, et hoc de predictis sex annis. Et hec computacio facta est anno Domini M̂C̊C̊C̊LX, in septimana proxima ante festum Palmarum, in cymiterio Clůtze ante ianuam ecclesie in parte australi, presentibus Gherardo Holtorp predicto, Woldero Gheylhôp, Hinrico Dôkenitzen et fratre Hermanno de Clůtze, qui fecit eandem computacionem ex parte domus Sancti Spiritus predicte cum Gherardo Holtorp predicto. In testimonium omnium premissorum nos Gherardus Holtorp et Wolderus Gheylhôp presentes litteras nostris sigillis sigillauimus euidenter. [1]Item de septimo anno subleuauit frater Hinricus Bardewyk, magister domus predicte, XX marcas lubicensium denariorum. Item octauo anno sustulit frater Radekinus Pepelouwe, tunc magister predicte domus, XX marcas lubicensium denariorum. Et cum isti duo anni vel ista computacio duorum annorum fuit inscripta, tunc Gherardus Holtorp predictus fuit presens, ita quod illud fuit factum ex maturo consensu suo et magistri domus prelibate. Item anno nono frater Hermannus de Clůtze, pro tunc magister domus Sancti Spiritus, sublenauit XIX marcas lubicensium denariorum de curia Holtorpes. Et hec computacio scripta est in cappella beate Anne annexa ecclesie beate Marie virginis in Lubeke, sub anno Domini M̂C̊C̊LXIII̊, proxima die dominica ante festum beati Johannis Baptiste, presentibus discretis viris Henningho de Tarneuitze, Heynone de Tarneuitze, Hennekino Calkhorst et Volrado van dem Brůke, testibus ad premissa. [2]Item anno decimo frater Hinricus Bardewyc, magister, et fratres predicte domus de predicta curia nichil sustulerunt, quia tunc fuit deserta.

Nach dem Originale im Archive des Heiligen-Geist-Hospitales. Die Siegel sind von den beiden Siegelbändern abgerissen.

CDLXV.

Fortsetzung des Protokolles der Gerichtsverhandlungen in Sachen des der Fälschung angeklagten Priesters Johann von Helle. 1365. Jun. 20.[3]

Item anno, indictione et pontificatu, quibus supra, feria tercia ante festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste, que fuit vicesimus dies mensis

1) Von hier an ist die Urkunde von anderer Hand geschrieben.
2) Den letzten Satz scheint wieder die erste Hand geschrieben zu haben.
3) Vgl. No. 460.

Digitized by Google

Junij, hora vesperarum uel quasi, comparentibus in judicio coram dicto domino decano Johanne de Linzen, procuratore, et domino Johanne de Helle, principali predictis, [quibus sic comparentibus] prefatus dominus decanus quandam papirij cedulam, quam in manu sua tenebat, judicialiter produxit et per se legit, cuius tenor de verbo ad verbum fuit et est talis:

In nomine Domini amen. Licet in causa vel causis, que vertitur vel vertuntur inter honestos viros, dominos proconsules et consules ac ciues Lubicenses, parte ex vna, et dominum Johannem de Helle, presbiterum Sleswicensis diocesis, parte ex altera, ad plures actus sit processum successiue in diuersis terminis per nos Johannem, decanum Lubicensem, quia tamen in eadem causa vel eisdem causis quedam ardua de nouo emerserunt, vt puta commissio mandatorum contrariorum et quedam alia, propter que sine euidenti periculo eidem cause uel eisdem causis intendere non possumus, nos eandem causam uel easdem causas ad reuerendum in Christo patrem, dominum nostrum, dominum Bertramum, episcopum Lubicensem, qui nobis dictas causam uel causas commisit audiendas, et qui noster est prelatus superior immediatus, de consilio capituli Lubicensis duximus remittendas et presentibus remittimus causam uel causas cum partibus hinc inde ad dominum nostrum, episcopum memoratum.

Qua cedula sic perlecta procurator dictorum dominorum proconsulum et consulum pecijt dictum dominum decanum, vt dictum dominum Johannem de Helle dicto domino episcopo per suos familiares mitteret et presentaret, prout dictus dominus episcopus dictum dominum Johannem de Helle per suos familiares sibi presentari fecit, ex quo causam predictam et partes ad eum remisit. Ad quod dictus dominus decanus respondit, quod statim vellet ad dictum dominum episcopum ire et secum super premissis deliberare et consulere et responsum sibi dicere. Et paulo post reuersus a dicto domino episcopo dicto procuratori dixit, quod dictus dominus episcopus ad hoc non esset bene, vt sibi videbatur, inclinatus, quod dictum dominum Johannem de Helle habere vellet, sed, si placeret sibi, ipse vellet libenter dictum dominum Johannem de Helle tam diu sub sua custodia tenere, donec cum dicto domino episcopo plenius posset consulere et finale responsum ab eo habere. Tunc procurator dictorum dominorum proconsulum et consulum et ciuis dixit, quod ipse semper vellet presens esse, quando dictus dominus decanus dictum dominum Johannem de Helle dicto domino episcopo vellet presentare. Ad quod dictus dominus decanus horam vesperarum sequentis diei dicto procuratori pro termino assignauit. Acta sunt hec in domo habitacionis dicti domini decani, anno, indictione, mense,

Digitized by Google

die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Conrado Campsoris et Hermanno de Rozstok, canonicis ecclesie Lubicensis, ac Hinrico Soltwedele, presbitero Lubicensi, necnon Marquardo Lembeken et Woltero Bolten, clericis Lubicensis et Raceburgensis diocesium, notarijs publicis, et alijs pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Fortsetzung des zu No. 456 angegebenen Originales.

CDLXVI.

Hermann, Propst, Conrad, Decan, und gesammtes Capitel der Kirche zu Schwerin ersuchen den Rath von Lübeck, da sie gerade mit dem Bau ihrer Kirche beschäftigt seien, ihnen die vom verstorbenen Domherrn Detmar Sculop in seinem Testamente dazu vermachte, bei dem Rathe deponirte Summe auszuzahlen. 1363. Jun. 24.

Laudabilibus viris et discretis, dominis . . proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, nostris amicis ‖ singularibus et dilectis, Hermannus, prepositus, Conradus, decanus, totumque capitulum ecclesie Zwerinensis ‖ cum promto seruicio oraciones in Domino supplices et deuotas. Vestra nouerit commendabilis discrecio, ‖ quod ad nostram dudum peruenit noticiam, qualiter honorabilis vir, dominus et magister Dethmarus Sculhop felicis memorie, quondam noster concanonicus et thesaurarius ecclesie nostre antedicte, quandam pecunie summam sub vestra repositam custodia ad dicte ecclesie nostre structuram in suo assignauit et legauit testamento, prout in eodem testamento plenius credimus contineri. Cuius quidem testamenti executores, honorabiles viri, domini Hinricus de Bulowe, archidiaconus terre Tribuses in dicta nostra ecclesia Zwerinensi, et Johannes Clinghenberch, quondam vestri consulatus socius, fore, vt percepimus, dinoscuntur. Et quia huiusmodi summa pecunie prius dudum a vobis fecissemus postulari, si eandem structuram nostram fuissemus inchoati, et quia vero eam pro nunc incepimus et iam actu ipsam ecclesiam nostram fortiter edificamus et proponimus, Deo dante, forcius laborare, prout in rei veritate patet euidenter, quare vestre commendabili honestati supplicamus presentibus studiose, quatinus dicte structure nostre qualitatem et meram necessitatem inspicere dignemini et eandem summam pecunie domino Alberto dicto Foysan, nostro concanonico dilecto, presencium exhibitori, iubeatis et faciatis presentari in effectu. Cui eciam credatis firmiter in premissis et

Digitized by Google

in alijs, que vobis ex parte nostri dixerit, quemadmodum vobis proprijs loqueremur in personis, pro quo vobis nostrarum oracionum et obsequiorum promtitudine cupimus animo beniuolo conplacere, ad nos securum et firmum respectum habituri, quod, quando dicta pecunia latori presencium fuerit presentata realiter cum effectu, nullam monicionem secundariam nec actionem aliquam proinde debeatis quomodolibet sustinere, sed vos et omnes, quos presens tangit vel tangere poterit factum et negocium, semper immoniti esse debetis atque quiti. Vnde in huiusmodi rei euidenciam pleniorem sigillum capituli nostri ex certa nostra omnium sciencia presentibus est appensum. Datum Zwerin in ecclesia nostra in loco capitulari, anno Domini M̄CCC^mo. sexagesimo tercio, ipso die Natiuitatis beati Johannis Baptiste, martiris gloriosi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

CDLXVII.

Heinrich von Bülow, Domherr in Schwerin, und Johann Schulop, Bürger in Lübeck, bekennen, von den 271 m̄ Lüb. Pf., welche der verstorbene Domherr zu Schwerin, Detmar Sculop, zum Bau der dortigen Kirche vermacht und bei dem Rathe von Lübeck deponirt habe, 100 m̄ empfangen zu haben. 1363. Jun. 28.

Nos Hinricus de Bulowe, canonicus ecclesie Zwerinensis et archydiaconus terre Trybbezes ‖ in ecclesia Zwerinensi predicta, et Johannes Scůlop, ciuis Lubicensis, executores testamenti quondam ‖ magistri Detmari Sculop, thesaurarij ecclesie Zwerinensis. Recognoscimus manifeste, nos ab honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, de illis tricentis marcis viginti nouem marcis denariorum lubicensium minus, per eundem magistrum Detmarum in suo testamento ad structuram dicte ecclesie Zwerinensis assignatis et sub eisdem consulibus depositis, centum marcas denariorum lubicensium prompte ad vsus structure dicte ecclesie Zwerinensis subleuasse. De quibus centum marcis denariorum lubicensium dictos consules quitos dimittimus penitus et solutos, nichil de centum marcis predictis postulaturi amplius ab eisdem, quod nostrorum sigillorum appensione lucide protestamur. Datum Lubeke, anno Domini M̄CC̄LXIIĪ, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, nostris sub sigillis.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den anhangenden beiden Siegeln.

Digitized by Google

CDLXVIII.

Die in Lübeck versammelten Hansestädte urkunden über die von ihnen am 24. Juni beschlossene und durch die Rathmänner von Lübeck geschehene Auslieferung[1] der den Hansestädten in Flandern ertheilten Privilegien an die Preussischen Städte. 1363. Jul. 2.

Nos consules ciuitatum de Hamborch Thydericus Uppenperde, Heyne Hop, Hermannus Bischopingh et Hartewicus de Hachede; de Rozstok ‖ Arnoldus Cropelyn, Johannes Bomgarde, Johannes de Kiritze; de Wysmer Johannes Darghetzowe et Johannes Manderowe; de Sundis Hermannus ‖ de Röde, Hinricus Schele, Bernardus de Dorpen; de Stettyn Hermannus Pape, Bernardus de Lôppene; de Gripeswald Lambertus Warendorp ‖, Hinricus Schuffelenberch; de Stargarde Johannes Tepelyn; de Kil Johannes Visch, Johannes Langhe, Hermannus Scrége, Nicolaus Rike, Nicolaus Halueblog, Hasso Meyendorp; de Luneborch Johannes Pentze et dominus Nicolaus Floreke, ipsorum notarius; de Gotlandia Hermannus Yborch et Lambertus de Munstere; de Riga Johannes Bornse; de Tarbato Herbordus Kurler; de Reualia Petrus Stockenstorp. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, quod, sub anno Domini MCCCLX tercio, in festo sancti Johannis Baptiste in media estate, in Lubeke propter commune bonum communis mercatoris ad diem placitorum in superiori domo consistorij Lubicensis simul congregati, ac coram nobis constitutis honorandis viris, dominis consulibus de Prucia, videlicet Ertmaro de Hereke de Colme et Johanne Wolmersteen, nomine suo et omnium ciuitatum de Prucia et sue tercie partis petiuerunt, ipsis presentari et tradi per honorabiles viros, dominos consules Lubicenses, videlicet Hermannum de Wikede, Bertrammum Vorrad, Zeghebodonem Crispyn, Johannem Perseual, Jacobum Plescowe et Bernardum Oldenborch, qui dictis placitis intererant, priuilegia

1) Vgl. Sartorius II. S. 511. 512. 523. — Auf der Trese befindet sich auch folgende gleichzeitige Abschrift eines Umlaufschreibens von Lübeck über die geschehene Vollziehung des ertheilten Auftrags:

Amicabili salute premissa. Sicuti nouissime a vobis fuimus separati, quod nobis ex parte omnium ciuitatum maritimarum ‖ nouissime nunc festo Johannis Baptiste in Lubeke congregatarum quandam protestacionem in aperta vestra littera sigillata dare debeatis, quam apud ‖ nos debemus reseruare, sic sonantem, quamque poterimus, cum necesse nobis fuerit, producere et probare: quod nuncij consulares omnium ciuitatum maritimarum, et singulariter eos nominetis, nobis pro jure pronuncianerunt et dixerunt, quod propter negligenciam nunciorum dominorum consulum ciuitatis Coloniensis, eo quod ad decisionem et discussionem priuilegiorum Flandrensium ipsos et consules terre Prvcie respicientium suos nuncios nunc in Lubeke dicto festo non miserunt, ideo adiudicanerunt, quod dicta priuilegia plenipotentibus nuncijs consulum dicte terre Prvcie, videlicet dominis Ertmaro de Hereke et Johanni Volmestene, nomine dicte terre deberentur presentari: quod et factum est consensu omnium ciuitatum predictarum.

Digitized by Google

libertatum a Flamingis data, que ipsis quantum ad ipsorum terciam partem deberentur. Ad quod ijdem domini consules Lubicenses responderunt, quod domini consules Colonienses ipsa eadem priuilegia ab ipsis peterent ipsis consimiliter tradi et presentari; fuit eciam dictum, quod quampluries ipsis dominis consulibus Coloniensibus essent littere nomine ciuitatum maritimarum misse, quod dignarentur ad dies placitorum aduenire et cum ipsis consulibus placitis interesse, et specialiter ad dicendum et allegandum, quare dicta priuilegia dominis consulibus de Prucia non deberent tradi neque presentari, ad quos dies domini consules Colonienses non uenerunt; super omnia, cuicunque ipsorum nos decerneremus, ipsa priuilegia debere tradi et presentari, ipsi parati essent, ipsa priuilegia ipsis tradere et presentare. Nos uero, mature deliberati, exquo domini consules Colonienses predicti pluries nomine nostro per litteras nostras ad dies placitorum nobiscum obseruandos fuissent et essent prenunciati et vocati et specialiter propter priuilegia predicta, cui ipsorum uel ipsis Coloniensibus vel illis de Prucia tradi deberent et presentari, et non venissent nec adhuc uenirent, pronunciauimus, quod domini consules Colonienses deberent exspectari usque ad finem presentis diei placitorum; quod si medio tempore non uenirent, deberent dicti consules Lubicenses ipsis dominis consulibus de Prucia predictis antedicta priuilegia tradere et presentare. Et exquo domini consules Colonienses ad hunc terminum placitorum non uenerunt, dicti domini consules Lubicenses dominica die post octauas sancti Johannis Baptiste predicti in recessu nostro dicta priuilegia antedictis dominis consulibus de Prucia de nostro iussu et consensu tradiderunt et presentauerunt. Datum et actum anno, die et loco supradictis, sub secreto sigillo ciuitatis Wysmer, quo vtimur ad presens, presentibus appenso in testimonium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret der Stadt Wismar.

CDLXIX.

Der Lübecker Johann von Heide quitirt den Rath von Lübeck über erhaltenen Sold und Schadensersatz bis auf für seine Gefangenschaft rückständige 11 m̄ 5 ß. 1363. Jul. 15.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Johannes de Heyde, ciuis Lubicensis, cupio fore notum per presentes lucide protestando, quod honorabiles domini, consules Lubicenses, michi satisfecerunt pro omni salario meo

Digitized by Google

atque dampno, ita quod eis regracior, preter vndecim marcas et quinque solidos lubicensium denariorum, ‖ quas adhuc de mea captiuitate ab eisdem debeo rehabere.[1] In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̂CĈCLX̂ tercio, in die Diuisione *(sic)* Apostolorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDLXX.

Schluss des Protokolles über die Gerichtsverhandlungen in Sachen des der Fälschung angeklagten Priesters Johann von Helle. 1363. Jul. 17—19.[2]

Item anno, indictione et pontificatu, quibus supra, feria secunda post festum Diuisionis Apostolorum, que fuit decimus septimus dies mensis Julij, hora terciarum uel quasi, in mei notarij publici subscripti testiumque infrascriptorum presencia venerabilis vir, dominus Johannes Clenedenest, decanus ecclesie Lubicensis, accessit ad reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Bertramum, episcopum Lubicensem, et iuxta remissionem per eum alias factam dictum dominum Johannem de Helle cum actis habitis coram eo et per me notarium subscriptum eciam registratis dicto domino episcopo judicialiter presentauit. Procurator vero consulum et Detleui Brogen, ciuis, predictorum, produxit registrum actorum coram dicto domino decano in presenti causa habitorum et pecijt dictum dominum episcopum, vt in dicta causa iuxta retroacta procederet, prout de iure esset procedendum. Tunc dictus dominus episcopus dicto procuratori dixit, quod hoc libenter facere vellet. Quibus sic peractis prefatus dominus episcopus interrogauit dictum dominum Johannem de Helle, vtrum aliqua pro parte sua vellet dicere uel producere. Tunc dictus dominus Johannes de Helle quandam papirij cedulam, quam in manu sua tenebat, produxit et legit, cuius tenor de verbo ad verbum fuit et est talis:

Coram vobis, reuerende pater et domine, ego Johannes de Helle recognosco et confiteor, quod citacionem per dominum prepositum sancti Georgij Stadensis, Bremensis diocesis, occasione cuiusdam rescripti in forma: Ea, que de bonis, a sede apostolica pro domino Florencio, rectore ecclesie sancte Marie in Campis Sleswicensis diocesis (optenti), emissam contra Detleuum Brogen, cinem Lubicensem, in derogacionem priuilegij dominis consulibus et vniuersi-

1) Vgl. No. 478 Anm. sub 19. 2) Vgl. No. 465.

Digitized by Google

tati ciuitatis Lubicensis ab eadem sede apostolica indulti, sine mandato et scitu dicti domini Florencij impetraui, pro quo coram domino meo, domino decano Lubicensi, per dictos dominos consules et Detleuum predictum sum conuentus et ad judicium euocatus. Recognosco eciam, me male egisse et fecisse in ponendo iniuriosa et temeraria contenta in appellacione per me nuper coram dicto domino meo decano infra ciuitatem Lubicensem contra dominos consules predictos interposita, prout ex copia appellacionis eisdem dominis consulibus per me tradita apparent euidenter. Pro hijs premissis graciam vestram inuoco et imploro ac jurisdictioni vestre me submitto et subicio ac sentencijs ex arbitrio stare et parere promitto.

Qua cedula per dictum dominum Johannem de Helle sic perlecta prelibatus dominus episcopus dictum dominum Johannem de Helle judicialiter interrogauit, vtrum illam confessionem et subiectionem et promissionem, quam ex dicta cedula legebat, coactus vel causa vi et metus faceret, uel sponte et libere ac proprio motu. Ad que dictus dominus Johannes de Helle respondit, quod non coactus nec causa vi et metus hoc faceret, sed solum sponte et libere ac proprio motu, et specialiter ad illum finem, quod causa huiusmodi eo cicius terminaretur, et vt dictus dominus episcopus et dicti domini consules pro huiusmodi maleficio et abusione essent sibi magis graciosi. Tunc dictus dominus episcopus feriam quartam proximam ad audiendum diffinitiuam sentenciam in presenti causa ferri procuratori et domino Johanni de Helle predictis pro termino peremptorio assignauit, et nichilominus dicto domino Johanni de Helle mandauit, quod interim sub custodia domini decani, prout antea fuit, deberet permanere. Acta sunt hec in aula episcopali Lubicensi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok et Johanne Boytin, canonicis ecclesie Lubicensis, ac Nicolao de Curia, clerico Warmiensis diocesis, notario, et Martino Sakleuitzen, famulo dicti domini episcopi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Qua feria quarta adueniente, que fuit decimus nonus dies eiusdem mensis et anni, hora vesperarum uel quasi, comparentibus in judicio coram dicto domino episcopo Johanne de Linzen, procuratore, et domino Johanne de Helle predictis, dictus dominus episcopus quandam suam diffinitiuam sentenciam in scriptis per dominum Johannem de Rozstok, canonicum Lubicensem, legi et pronunciari fecit in hec verba:

Dudum causam *(Folgt No. 471 bis)* quamlibet actionem.

Digitized by Google

Qua sentencia lecta et copia procuratori et domino Johanni de Helle predictis decreta dictus procurator de dicta sentencia pecijt sibi fieri publicum instrumentum et sigillo dicti domini episcopi sigillandum. Dictus vero dominus Johannes de Helle deliberacione prehabita expresse dixit, quod dicte sentencie parere et acquiescere libenter vellet. Acta sunt hec in aula episcopali Lubicensi, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, indictione prima, feria quarta post festum Diuisionis Apostolorum, que fuit decimus nonus dies mensis Julij, hora vesperarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno primo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok et Johanne Boytin, Lubicensis, ac Conrado de Widenbrughe, Bramesensis ecclesiarum canonicis, necnon Bertramo Karlus, cappellano, et Nicolao de Curia, notario dicti domini episcopi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Nicolaus Rûter, clericus Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi sentencie prolacioni et eius paricioni et omnibus alijs actis judicialibus presentis cause in judicio vna cum suprascriptis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, manu mea propria in presentes pecias conbinatas conscripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo et nomine solitis signaui rogatus et requisitus in euidens testimonium premissorum.

Schluss des zu No. 456 angegebenen Originales.

CDLXXI.

Bischof Bertram von Lübeck verurtheilt den Johann von Helle wegen Urkundenfälschung. Beeinträchtigung des Lübeckischen Privilegiums de non evocando und freventlicher Beschimpfung des Rathes zu ewiger Verbannung aus der Stadt. 1565. Jul. 19.

In nomine Domini amen. Vniuersis presencia visuris seu audituris Bertramus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Lubicensis, salutem in Domino. Noueritis, quod dudum causam seu causas, inter honorabiles viros, dominos consules, et Detlemum Brogen, ciuem Lubicensem, ex vna, et dominum Johannem de Helle, presbiterum, parte ex altera, super quadam citacione, per dictum dominum Johannem a preposito sancti Georgij Stadensis, Bremensis diocesis, occasione cuiusdam rescripti apostolici, in forma: Ea, que de bonis, pro domino Florencio, rectore ecclesie sante Marie in Campis Sleswicensis diocesis,

Digitized by Google

optenti, sine scitu et mandato dicti domini Florencij contra Detleuum Brogen, ciuem Lubicensem predictum, in derogacionem priuilegij, eisdem dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis a sede apostolica indulti, impetrata, primo coram domino Gotfrido Mornm, canonico Lubicensi et vicario nostro generali, nobis pro tunc extra ciuitatem et diocesim nostram agente, motam seu motas, venerabili viro, magistro Johanni Klenedenest, decano ecclesie nostre Lubicensis, deinde ex causis commiserimus audiendas et fine debito decidendas. Cuinsquidem commissionis vigore dicte partes procedentes, quodam libello diuersas penas contra dictum dominum Johannem petitas continente pro parte dominorum consulum et Detleui predictorum oblato, et nonnullis alijs terminis obseruatis, ac diuersis actis et instrumentis ab eadem parte dominorum consulum et Detleui in judicio productis, idem dominus Johannes de Helle coram eodem domino decano pro tribunali sedente quandam cedulam, copiam cuiusdam appellacionis per ipsum interposite continentem, parti eorundem dominorum consulum et Detleui ipsam recipienti tradidit et presentauit, in qua pretendit et asseruit, eosdem dominos consules legis et fidei transgressores et excommunicacionis sententciis ligatos publice et notorie fore sacrilegos ac infames. Vnde se grauiter iniuriatos pretendentes et offensos, eadem verba ad animum reuocarunt ac causam seu causas super huiusmodi iniurijs et offensis pretensis pars dominorum consulum predictorum in judicio coram decano supradicto, quodam libello diuersas penas ipsi infligendo[1] continente porrecto et oblato, eidem domino Johanni mouit denuo et intentauit. Post que ex certis causis emergentibus occasione premissorum dictus dominus decanus causas antedictas nobis duxit remittendas. Prefatis deinde partibus in nostra presencia constitutis, nobis pro tribunali sedente, parte dominorum consulum et Detleui predictorum in huiusmodi causis inxta retroacta procedi petente, idem dominus Johannes de Helle sponte, vt asserit, ac libere, non vi aut metu coactus uel inductus, confessus fuit publice ac recognouit, se dictam citacionem contra Detleuum sepedictum ab eodem domino preposito sancti Georgij Stadensis sine mandato et scitu dicti domini Florencij occasione cuiusdam rescripti apostolici in forma: Ea, que de bonis, vt premittitur, impetrasse et procurasse, eciam se male fecisse et egisse in ponendo verba iniuriosa in appellacione supradicta, super quibus sic confessatis se iurisdictioni nostre sponte submisit, graciam a nobis postulans et implorans. Hijs igitur attentis

1) l. infligendas.

Digitized by Google

terminum assignauimus ad audiendam sentenciam et voluntatem nostram partibus prelibatis. Nos vero, abusum circa rescriptum apostolicum supradictum ac fraudem in impetrando citacionem contra Detleuum eundem commissum ac iniuriam et offensam per predicta verba iniuriosa eisdem dominis consulibus illatam ab eodem domino Johanne attendentes et considerantes, ac super eis iurisperitorum consilijs requisitis et cum ipsis habita deliberacione diligenti, per ea, que cognouimus, intelleximus et vidimus, ac que cognoscimus, intelligimus et videmus, inuocato Christi nomine, pre oculis habentes solum Deum, per hanc nostram diffinitiuam sentenciam in scriptis pronuncianius, prefatum dominum Johannem de Helle ex causis predictis fore extra ciuitatem Lubicensem relegandum, ac perpetue relegamus eundem, moderacione, mitigacione ac remissione tamen circa huiusmodi nostram relegacionem de benignitate et gracia nobis reseruatis, volentes tamen et precipientes eidem, vt infra sex dies ab hac hora immediate sequentes sub pena perpetui carceris ciuitatem Lubicensem exeat, ipsam, donec aliter huiusmodi nostre relegacionis sentenciam mitigauerimus ac moderauerimus, nullatenus ingressurus. Super detencione siue occupacione persone ipsius, primo per dominum Gotfridum de Morum, vicarium, et deinde per dominum Johannem, decanum, supradictos, ad instanciam dominorum consulum et Detleui predictorum propter prosecucionem et assecucionem iusticie in causis antedictis facta, ac super protestacionibus, appellacionibus, factis, actionibus et alijs quibuscunque iuris suffragijs et remedijs per ipsum pretensis perpetuum silencium inponimus eidem. Insuper per nostram sentenciam diffinitiuam eidem interdicimus super premissis aut aliquo premissorum dictis dominis Gotfrido, vicario, Johanni, decano, consulibus, Detleuo Brogen et eorum consiliarijs, auxiliarijs, procuratoribus, notarijs ac ministris seu alt(e)ri eorundem per se aut alios directe uel indirecte, publice uel occulte, litis seu questionis cuiuslibet intentande siue attemptande quamlibet actionem. Lata et lecta fuit hec sentencia in scriptis in aula nostra episcopali Lubicensi, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, indictione prima, feria quarta post festum Dinisionis Apostolorum, que fuit decimus IX dies mensis Julij, hora vesperarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno primo. Deinde huiusmodi nostre sentencie idem dominus Johannes de Helle pro se deliberatus paruit et expresse acquieuit. Quam vero sentenciam ac paricionem dicti domini Johannis de Helle per infrascriptum notarium scribi et publicari et in formam publici instrumenti redigi mandauimus et

Digitized by Google

nostri sigilli appensione fecimus communiri, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Hermanno de Rozstok et Johanne Boytin, Lubicensis, ac Conrado de Widenbrughe, Bramesensis ecclesiarum canonicis, necnon Bertramo Karhus, cappellano nostro, et Nicolao de Curia, notario nostro, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Nicolaus Rûter, clericus Caminensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predicte sentencie prolacioni ac eiusdem domini Johannis paricioni ac omnibus alijs supradictis, dum sic fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, manu mea propria fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi de mandato domini episcopi antedicti, quam meo solito et consueto signo signaui, requisitus et rogatus a partibus prelibatis, in testimonium premissorum.

Nach dem in duplo auf der Trese vorhandenen Originale, mit anhangendem Siegel.

CDLXXII.

Lüdemann Feuerschütze quitirt den Rath von Lübeck über fünf Mark Silbers, welche er als Sold für vor Borgholm geleisteten Dienst, so wie über drei Mark Silbers, welche er für Ansem Lemmeken empfangen habe. 1363. Aug. 16.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris Ludemannus vûrschutte salutem in Domino. Presencium testimonio lucide recognosco, quod honorabiles viri, domini consules Lubicenses, michi ex parte mea propria quinque marcas puri argenti, quas michi dominus Johannes Metheler, consul Lubicensis, pro sallario meo in Borcholm promiserat, juxta voluntatem meam prompte persoluerunt et honeste. Item recognosco manifeste, me ab eisdem dominis consulibus tres marcas puri argenti ex parte cuiusdam dicti Ansem Lemmeken[1] expedite sublevasse. Quare dictos dominos consules a dictis quinque marcis puri et ab illis tribus marcis puri quitos dimisi et solutos, et dimitto per presentes ab omni monicione seu actione ampliori. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus ex certa mea sciencia est appensum.

1) Derselbe (Antzem Lemmekens genannt) erklärt in einer besondern, 1363, Dec. 22. (feria sexta a. Nat. Christi) ausgestellten, mit seinem Siegel (einem Eberkopf) versehenen, gleichfalls auf der Trese bewahrten Quitung, dass er sallarium, quod a dominis consulibus Borcholme deseruiui, empfangen habe.

Digitized by Google

Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXIII, in crastino Assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel (Hausmarke), auf dem der Aussteller Ludolf genannt wird.

CDLXXIII.

Kaiser Karl IV. überweist die jährliche Reichssteuer der Stadt Lübeck für das Jahr 1364 dem Herzoge Rudolph von Sachsen. 1363. Aug. 18.

Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex. Dilectis sibi magistris ciuium, consulibus, juratis et vniuersitati ciuium ciuitatis Lubek, suis et imperij sacri fidelibus, graciam suam et omne bonum. Fideles dilecti. Censum annuum siue steuram, videlicet milleducentos florenos auri vsualis ponderis et monete, quam nobis et imperio sacro annis singulis, in festo Natiuitatis beate Marie virginis gloriose, soluere tenemini, de anno Domini vtpote millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, illustri Rudolfo, duci Saxonie, sacri Romani imperij archimarescallo, principi et consanguineo nostro dilecto, tollendam et a vobis nostro et imperij sacri nomine percipiendam commisimus, fidelitati vestre sub obtentu nostri fauoris seriose mandantes, quatenus eidem vel nuncio suo, quem vobis super eo vna cum presentibus duxerit destinandum, dum dictum beate Marie festum aduenerit, censum seu steuram imperiales huiusmodi sine cuiusuis contradictionis obstaculo finaliter persoluatis. Quo facto, et dum de hoc per suas litteras autenticas certificati fueritis, vos vniuersos et singulos ab hijs nostro et imperij sacri nomine de anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto prefato ex certa nostra sciencia fatemur, facimus, absoluimus et dicimus quitos omnimode, liberos et solutos presencium sub imperialis maiestatis nostre sigillo testimonio litterarum. Datum Budessin, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, die sancti Agapiti, regnorum nostrorum Romanorum decimo octauo, Boemie decimo septimo, imperij vero nono.

Nach einem im Geheim-Archive zu Kopenhagen bewahrten Vidisse des Bischofs Bertram von Lübeck d. d. 1364, Sept. 25 (fer. 4. prox. p. Matthei).

Digitized by Google

CDLXXIV.

Heinrich Steen, Bürger in Wismar, urkundet, dass ihm der Rath von Lübeck von den 110 mk, die er dem dänischen Könige Christoph habe bezahlen müssen, 50 mk zurückerstattet habe, 60 mk dagegen noch schuldig sei. 1363. Aug. 24.

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod ego Hinricus Steen, ciuis Wismariensis, donaui illustri principi ac domino, domino Christoforo, regi Danorum iuniori, pro redempcione corporis mei centum et decem marcas lubicenses, quia me in suis tenebat vinculis captiuatum. De quibus centum et decem marcis pretactis honorabiles domini et famosi, domini consules Lubicenses, michi quinquaginta marcas lubicenses restituerunt inparato. A quibus quinquaginta marcis ipsos dominos consules Lubicenses quitos presentibus dimitto et solutos ex parte mei et heredum meorum vniuersorum. Et ita adhuc sexaginta marce lubicenses restant, in quibus ijdem consules Lubicenses michi tenentur obligati. In pre[pre]missorum omnium euidens testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCC sexagesimo tercio, in die beati Bartholomei apostoli venerandi.

Nach dem Originale auf Pergament auf der Trese, mit anhangender Hausmarke.

CDLXXV.

Make Nagel quitirt den Rath von Lübeck über erhaltenen Sold, Schadenersatz und Bezahlung der Auslagen für seine Gefangenschaft. 1363. Aug. 25.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Mako Naghel cupio fore notum per presentes lucide protestando, quod honorabiles domini, consules ciuitatis Lubicensis, michi bene ad meam voluntatem integraliter persoluerunt meum salarium, meum dampnum (et) consumptus vniuersos racione mee captiuitatis. De quibus omnibus causis premissis eosdem dominos cons uleset eorum ciues vniuersos quitos dimitto penitus et solutos, ita quod ipsis regracior, sic quod nulla posterior monicio seu inpeticio fieri debet super prefatum consulatum ciuitatis nec eorum conciues memoratos a me seu meis veris heredibus tempore in futuro racione captiuitatis mee, salario, consumptibus atque dampno, omni dolo fraudeque penitus preexclusis. In cuius rei testimonium

Digitized by Google

sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLX tercio, crastino die beati Bartholomei apostoli gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDLXXVI.

Die Knappen Detlev und Heinrich von Grönau verpfänden dem St. Johannis-Kloster zu Lübeck ihren Antheil an dem Blankenseer See nebst den Nutzungsrechten auf zehn Jahre für 60 m̃ Lüb Pf. 1363. Aug 30.

Omnibus et singulis presencia visuris et audituris Dethleuus et Hinricus fratres dicti de Gronowe, famuli, salutem in Domino cum noticia subscriptorum. Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, nos accedente consensu nostrorum heredum et omnium, quorum consensus accedere de jure potuit et debuit, religiosis dominabus, abbatisse totique conuentui sanctimonialium apud sanctum Johannem Ewangelistam in Lubeke, nostram partem et porcionem stagni siti prope villam Blankensee cum tractu, quem parentes nostri ab inclito principe, domino nostro, duci[1] Saxonie comparabant, cum omnibus piscaturis, cancraturis et efflnxu stagni et singulis alijs, quibuscunque eciam censeantur nominibus, pro sexaginta marcis denariorum lubicensium nobis integraliter persolutis et in nostros necessarios vsus conuersis inpignorasse ad decem annos post instans festum beati Michaelis continue numerandos, eam cum omni jure, commodo, vtilitate, profectu et honore tenendam et habendam, prout nos eam a dicto domino nostro Erico, Saxonie duci,[1] tenuimus et habuimus, libere, pacifice et quiete, prouiso eciam isto, quod infra dictos decem annos continue post instans festum beati Michaelis, ut premittitur, numerandos nobis ac heredibus nostris nulla erit nec autoritas[2] patebit facultas dictam porcionem et partem stagni cum tractu redimendi, sed manet ipsis sanctimonialibus per decem annos huiusmodi inpigneracionis porcio integra atque salua. Quibus annis eciam decem finitis vacabit nobis et nostris heredibus licencia redimendi larga dictam nostram porcionem pro sexaginta marcis lubicensium denariorum, quandocunque nobis et nostris heredibus placuerit, quas in ciuitate Lubicensi pagare debemus et volumus dictis sanctimonialibus sub nostris laboribus, periculis et expensis. Renunciamus eciam pro nobis et heredibus nostris excepcioni doli mali, non soluti precii, litteris

1) l. duce. 2) l. autoritas nec

Digitized by Google

et instrumentis quibuscumque, quibus quoad dictam impigneracionem ipsis sanctimonialibus in futurum possit grauamen et prejudicium generari. Ut autem hec premissa a nobis et nostris heredibus non infringantur, sed magis roboris firmitatem obtineant, promisimus et data fide dictis sanctimonialibus presentibus et earum procuratoribus promittimus vna cum nostris compromissoribus, dominis Hartwico et Eghardo dictis de Krumesse, militibus, Hinrico de Krumesse, Conrado et Bertoldo dictis de Ritzerowe, famulis, ea inuiolabiliter obseruare, quorum omnium nostrorum compromissorum sigilla in firmiorem certitudinem vna cum nostris sigillis presentibus sunt appensa. Et nos Hartwicus et Eghardus dicti de Krumesse, milites, Hinricus de Krumesse, Conradus et Bertoldus dicti de Ritzerowe, famuli, recognoscimus, nos presentibus cum predictis Dethleno et Hinrico de Gronowe famulis pro inuiolabili obseruacione inpignoracionis tenenda et facienda compromisisse, quod sub appensione nostrorum sigillorum duximus protestandum. Testes huius rei sunt honorabiles viri et domini Johannes Plescowe, Seghebodo Crispin et Bernardus K[r]usfeld, consules Lubicenses, et quam plures alij fidedigni. Actum et datum in dicta ciuitate Lubicensi, anno Domini MCCC sexagesimo tercio, in crastino Decollacionis sancti Johannis Baptiste.

Nach einer Abschrift im ältern Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 51 b.

CDLXXVII.

Notariatsinstrument über die vor dem Bischofe Bertram von Lübeck geschehene Auflassung von 30 mk Renten in Kiel an den Rath zu Lübeck von Seiten des aus seinem Amte scheidenden Lübeckischen Rathsschreibers Martin von Golnow. 1363. Sept. 19. (Mit eingefügtem Rentebriefe des Rathes zu Kiel v. J. 1362. Sept. 29.)

In nomine Domini amen. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu audituris Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Lubicensis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Presencium litterarum serie publice protestamur, quod coram nobis notariique publici subscripti ac testium subscriptorum in presencia honorabiles et discreti viri, domini Hermannus de Wikkede, Bertrammus Vorrad, proconsules, Hold de Allen, Hinricus Richbode et Hermannus de Osenbrugghe, consules ciuitatis Lubicensis, pro se et suorum conconsulum tunc absencium nomine, necnon commendabilis vir,

Digitized by Google

magister Martinus dictus de Golnowe, scolasticus ecclesie Zwerinensis dictorumque consulum scriba et notarius, personaliter constituti, predictus magister Martinus, huiusmodi notariatus officium dimittere volens, quod predictorum dominorum consulum auctoritate dudum tenuit et habuit, cuique honeste prefuit ac laudabiliter rexit, prout idem consules vnanimiter asseruerunt, allegauit, de bonis a Deo sibi collatis cum predictorum dominorum consulum prouisione, disposicione, adintorio et ordinacione bene stare et se habere contentum, ipsis consulibus super hiis et multis aliis virtutibus et beneficiis sepedicto magistro Martino, ut asseruit, per sepedictos dominos consules sepius inpensis multimodarum graciarum reddidit actiones, dimisitque, donauit ac libere resignauit antedictus magister Martinus antedictis dominis consulibus redditus triginta marcarum monete lubicensis, ipsi magistro Martino seu illi vel illis, cui aut quibus predictus magister Martinus dictos triginta marcarum redditus dare, assignare, dimittere seu resignare voluerit, per honorabiles viros, consules ciuitatis Kyl Bremensis diocesis, in duobus anni temporibus singulis annis ad soluendum debitos, ab iisdem consulibus ciuitatis Kyl aut eorum successoribus singulis annis perpetuis temporibus in festiuitatibus Pasche et beati Michahelis a(r)changeli exigendos, petendos, recipiendos et subleuandos, ac per ipsos consules Lubicenses predictos tene(n)dos, habendos ac libere et pacifice possidendos et in eorum vsus conuertendos, prout ipse magister Martinus posset et deberet memoratus, si nondum eos, ut p(re)mittitur, dimisisset, sicud hec*) in quadam littera, per dominum Hold de Allen, consulem supradictum, producta et sepedictorum consulum in Kyl sigillo maiori cum filis sericeis rubei et viridis coloris sigillata omnique vicio et suspicione carente, plenius continetur. Cuius littere tenor de uerbo ad uerbum fuit et est talis: Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu audituris proconsules, consules et commune opidi Kylensis Bremensis diocesis salutem in Domino et rei geste agnoscere veritatem. Presencium testimonio lucide protestamur et constare cupimus vniuersis, nos de vnanimi consilio et assensu nostrorum omnium rite et racionabiliter vendidisse honorabili et multum solempnis litterature viro, domino et magistro Martino dicto de Golnowe, scolastico ecclesie Zwerinensis, pronunc notario dominorum consulum in Lubeke, triginta marcarum redditus lubicensium denariorum dictos wichbelde pro quadringentis et octuaginta marcis eorundem denariorum nobis per ipsum integre et plene iam traditis, numeratis et persolutis ac in necessarios vsus predicti

*) l. hoc.

Digitized by Google

opidi nostri iam expositis et conuersis. Quos quidem redditus dimidios in festo Pasche a data presencium proxime venturo et reliquos dimidios in festo beati Michahelis exhinc proxime sequenti dicto domino Martino, aut ubi post mortem suam eos deputauerit, legauerit aut assignauerit, aut eorum certo procuratori vel nuncio ad huiusmodi tollendos deputato intra ciuitatem Lubek nos et nostri successores, quicunque pro tempore fuerint, expedite singulis annis sub nostris laboribus, euentibus et expensis persoluemus, non obstantibus gwerris, excommunicacionum sentenciis, irregularitatibus, infamiis, inhibicionibus, mandatis ac aliorum factorum et iurium excepcionibus, ac impedimentis et obstaculis cessantibus omnimode quibuscunque. Protestamur eciam, si eosdem redditus in aliquo predictorum terminorum tempore distulerimus seu neglexerimus expedite soluere, extunc omne dampnum, labores et expensas, que racione huiusmodi dilacionis facta fuerint, sibi recompensare et refundere tenebimur, contradictione qualibet procul mota. Est tamen nobis per ipsum talis auctoritas reservata, quod denunciacione debita premissa, semper ad dimidium annum predicendo, quando voluerimus, dictos redditus triginta marcarum possumus reemere pro predictis quadringentis et octuaginta marcis denariorum monete prenominate, eosdem in Lubeke expedite persoluendo sibi, aut vbi assig(na)uerit redditus antedictos. Quibus quidem sic reemptis nulli prorsus extunc ad solucionem redditumm tenebimur eorundem. Ad hec omnia et singula premissa nos consules concorditer testes sumus. Quare in testimonium euidens premissorum sigillo nostro maiori fecimus ex certa nostra sciencia, iussu et voluntate communiri presens scriptum. Datum Kyl, anno Domini millesimo CCC^{mo} sexagesimo secundo, in festo Michahelis archangeli gloriosi. Sigilli eciam appendentis figura fuit circularis, in cuius medio nauis sculpta fuerat, in qua ymago nante sub velo sedit tenens gubernaculum et regens nauem, ut apparuit; et huius circumferencia fuit: Sigillum ciuium Kylensium. In omnium igitur et singulorum suprascriptorum euidenciam pleniorem nos Bertrammus, episcopus Lubicensis supradictus, has presentes nostras litteras per Hinricum dictum Zoltwedel, clericum et notarium publicum infrascriptum, scribi et publicari mandauimus nostrique maioris sigilli inpensione *(sic)* fecimus roborari. Datum et actum Lubek in aula nostra episcopali, anno a natiuitate Domini millesimo CCC^{mo} sexagesimo tercio, indictione prima, mensis Septembris die decima nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno primo, presentibus discretis viris, dominis Bertrammo, rectore ecclesie in Kalabre Camynensis diocesis, et Conrado dicto

Digitized by Google

de Rûden, perpetuo vicario ecclesie nostre Lubicensis, presbiteris, testibus ad premissa omnia et singula vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus dictus Zoltwedel, clericus Lubicensis, publicus imperiali auctoritate notarius, suprascriptarum graciarum reddicioni, reddituum dimissioni sive resignacioni, littere productioni necnon omnibus et singulis suprascriptis, dum eo modo, ut premittitur, coram reuerendo in Christo patre et domino, domino Bertrammo episcopo Lubicensi memorato, fierent et agerentur, vna cum suprascriptis testibus presens personaliter fui, eaque omnia sic fieri vidi et audiui et hanc presentem formam publicam ad eiusdem reuerendi patris mandatum et preceptum inde feci, quam meis nomine et signo solitis et consuetis signaui in testimonium omnium premissorum requisitus.

Nach dem Originale auf der Trese, mit an grün und roth seidenen Fäden hangendem Siegel.

CDLXXVIII.

Soldquitung des Johann Dorebrant. 1363. Sept. 20.[1]

Vniuersis presentes litteras inspecturis ego Johannes Dorebrant cupio fore notum per presentes lucide protestando, quod honorabiles viri, domini consules Lubicenses, michi satisfecerunt pro omni meo seruicio ipsis facto, et

1) Auf der Trese werden noch folgende besiegelte Soldquitungen aus diesem Jahre bewahrt, ausgestellt Sept. 13 (prof. Exalt. Crucis): 1. Von Joh. Cruse (Hausmarke). 2. Joh. Sterneberch. 3. Hinr. Blome. 4 Joh Wittorp (Hausm.), welche in einfacher Form pro sallario sibi promisso quitiren.

Oct. 10. (crast. Dionisij): 5 Wulf de Klemen, famulus. 6. Hinr. de Heyle, fam. 7 Gher. Berkhof, fam.

Oct. 17. (crast Galli et Lulli): 8. Engelb. Wittenborch, fam. (Hausm.)

Oct. 20. (fer. VI^a p. Luce): 9. Heyno Schutte, fam. (Hausm.)

Oct. 25. (fer. quarta a. Sym et Jude): 10. Egh. Knoke, fam. (Siegel: Armbrust).

Oct. 27. (vig. Sym. et Jude): 11. Herm. van dem Steenhus.

Oct. 28. (Sym. et Jude): 12. Ludeke Hamborch, fam. (Hausm.)

Nov. 2 (crast Omn. Sanctor.): 13. Hinr. Kymyzeren, fam. 14. Phil. van Borghelen, fam. 15. Hennynghus Valemeyer (Siegel: Hausmarke, stimmt der Grösse nach mit dem an No. 424 Anm. 1 sub 27 hangenden). 16. Syffr. Rodenborch, fam. (Hausm.) 17. Gherh. dictus de Molne, nauta. (Hausm.)

Nov. 14. (crast. Brixij): 18. Petr. Poppe, fam. (Hausm.)

Nov. 24. (prof. Katherine): 19. Joh. van der Heyde, fam. (Vgl. No. 469. Dasselbe Siegel, wie dort, Hausmarke, anhangend.)

Dec. 9. (crast. Concepcionis b. virg. Marie): 20. Hinr. Steen. (Hausm. = der an No. 474 hangenden.)

Dec. 19. (fer. tercia p. Lucie): 21. Nycol Schutte, famulus de territorio Ratzeburgensi (Siegel: Armbrust).

Sämmtliche Quitungen 5—21 haben die Form der unter No. 424 abgedruckten. — Alle Aussteller, mit Ausnahme von 11, welcher nur für stipendium et sallarium quitirt, sind einzelne ranzionirte Gefangene, denn sie erklären, ausser dem Solde pecuniam, quam pro mea exponebam captiuitate, bezahlt erhalten zu haben. Bei allen fehlt daher auch der Zusatz in No. 424, dass sie neben Anderem pro equis et captiuis entschädigt seien; dagegen erklären 14—16. 18. 20 und 21 ersetzt erhalten zu haben: dampnum, quod in rebus meis et corpore in dicto seruicio perpessus fueram.

Digitized by Google

pro omni meo periculo in eo recepto, taliter quod eis multum regracior, et quandocunque mei indigenciam | habuerint, tunc paratus esse volo ipsis seruire cum meis amicis die noctuque. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLX tercio, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel

CDLXXIX.

Bürgermeister, Schöffen und Rath von Harderwyk danken dem Rathe von Lübeck für die in dessen Auftrage geschehene Zahlung von 415 Goldschilden durch die Aelterleute und den Kaufmannsrath in Brügge an Thidemann Sube, Bürger in Harderwyk. 1363. Nov. 2.

Viris magne prouidencie et honoris, amicis suis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, . . proconsules ‖, scabini et consules in Herderwyk beniuolam ad queque beneplacita voluntatem. Pro litteris vestris missis ‖. . aldermannis et mercatoribus in Brugis pro persolucione quadringentorum et tredecim schudatorum aureorum ‖ exparte nostri conciuis Thidemanni Suben vobis sincere regraciamur, petentes studiose, quatenus honorabiles viros, dominos Jacobum Plescowe et Bernardum Oldenburg, fideiussores pro eisdem litteris receptos a nostro conciui predicto, quitos dimittatis et solutos, securum quidem ad nos et ad presentes nostras litteras et firmum respectum habituri, quod de premissis quadringentis et tredecim schudatis, virtute litterarum vestrarum ad vsum predicti Thidemanni, nostri conciuis, expositis, nulla monicio posterior sequi debet, sed vos et iam dictorum schudatorum erogatores quiti permanebitis et soluti. Volentes vos indempnes a premissis preseruare, comodosam a Thiderico predicto recepimus caucionem. In cuius rei euidens testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLXIII, in crastino Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit ansitzendem Rest des Bandes, von welchem das Siegel abgeschnitten ist.

Digitized by Google

CDLXXX.

Aufzeichnung über die Verpfändung eines Hofes in Drögenvorwerk abseiten des Engelke von dem Vorwerk an Johann Haverland. 1363. Nov. 11.

Notum sit, quod Enghelke van dem Vorwerke tenetur ex justo debito Johanni Hauerland C marcas lubicenses, pro quibus sibi impignerauit curiam suam sitam tho deme Droghenvorwerke cum III mansis eidem curie adiacentibus, in quibus est seminata ł lasta siliginis. Eciam impigneranit sibi pro dicta pecunia III lastas annone, dure videlicet siliginis et ordei, et II lastas auene, VI equos, VII jumenta, VI pingues porcos et XV macros, proprie vazelzwyn dictos, cum omnibus aliis bonis mobilibus, magnis et paruis, ad prescriptam curiam pertinentibus. Et ista impigneracio durabit per VI annos a die presenti continue numerandos, quolibet anno super festum beati Martini X marcis ad huram eidem Johanni Hauerland de dicta curia erogandis. Quando idem Engelkinus istam huram dicto termino non exposuerit, tunc ipse istis bonis amplius non fruetur, nisi sit de beneplacito speciali Johannis supradicti. Est eciam condicionatum inter eos, quod, (si) dictus Johannes infra istos sex annos suam pecuniam rehabere voluerit aut dictus Enghelkinus dictam curiam cum suis attinenciis quitare voluerit, tunc istud vnus alteri ad ł annum predicet, et tunc eciam alter sibi hoc non poterit denegare. Eciam, si prescripta bona in aliquo peiorarentur, tunc ipse Johannes aut sui habebunt plenam potestatem prescripta bona vendendi absque vllo impedimento. Eciam dictus Enghelkinus promisit dicto Johanni pro omni defectu satisfacere, si quis fieret in hiis bonis. Preterea, si ista obligacio perseuerauerit vsque ad finem istorum sex annorum, tunc ipse Enghelke pretactas C marcas dicto Johanni persoluet expedite, aut dicta bona omnia in tanto valore, prout nunc sunt, representabit. Actum Martini.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches vom J. 1363.

Digitized by Google

CDLXXXI.

Der Ritter Hermann Tralow quitirt Albert Stenhof über das von diesem mit 30 mk Lüb Pf. für seine Gefangenschaft gezahlte Lösegeld. 1363. Nov. 13.

Omnibus et singulis presens scriptum cernentibus ego Hermannus Tralowe, miles, notum facio ‖ et presentibus protestor, quod discretus vir Albertus Stenhof michi pro captiuacione sua triginta ‖ marcas denariorum lubicensium exsoluit et in parata pecunia michi tradidit et pagauit. De quibus ‖ denariis vna cum captiuacione eundem Albertum dimisi et presentibus dimitto quitum penitus et solutum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum Kopenhafen, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi gloriosi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

CDLXXXII.

Ordnung für die Brauer. 1363.

Anno Domini MCCCLX tercio.

Aldus scholen de bruwere ere ammeth holden, alse hir na ghescreuen steyt.

To deme ersten male scholen de bruwere hebben ghût molt, dat nicht brandich si vnd nicht kymich sy, vnd dat id reyne stonet vnd reyne ghemaket sy. Vnd wan dith molt tho der molen kumpt, so willet de heren dar twe personen to voghen, de dat vorstan vnd vorwaren scolen, vnd de suluen twe personen scolen dat molt beseen; were dat dar ienich brake an were, alse hir vorscreuen steyt, so scal de, deme dat molt to horet, dat wedden vor den wedde heren bi dren marken sulueres, vnd dat molt scal nemend malen, id en si ane wandel, alse hir vor ghescreuen steyt.

Vortmer scal nen bruwer mer bruwen in der weke, wen eynes, vnd schal nicht mer bruwen, wen ene last ghodes moltes, alse hir vor ghescrenen steyt, alse seuen dromet ghersténes moltes ofte weteus, vnd eyn dromet hauerns moltes, dar nicht mer af to bruwende, wen achtteyn tunnen ghûdes enparighes beres, vnd de tunnen nicht darer tho gheuende wen vm XII schillinghe lubesch, alse dat beer mit dem holte. Vnd dar schal men neyn kethelbeer tho gheuen, dat schal af wesen, vnd ok scal af wesen allerleye ghaue mit den vrowen, mit den megheden vnd mit den knechten, vnd were dat jmmmend desse ghaue

Digitized by Google

neme ofte gheue in den kroghen, de scholde wedden dre marc sulueres alse dicke, alse we dit dede.

Vortmer den dregheren schalmen van eliker tunnen gheuen twe penninghe to dreghende, vnd is dat men gheuen schal mekelerdye, so schalmen nicht mer gheuen, wen enen penning van der tunnen.

Vortmer schal nummend vromed beer tappen, wen vppe deme lohus, bi dren marken sulueres.

Vortmer schal nen dregher vromed beer dreghen in de kroghe ofte in ienighe stede to tappende vmme gheld, wen op dat lohus, bi dren marken sulueres.

Vortmer, so we beer bruwet, he si man efte vrowe, de schal setten sin brande merke vp de tunnen, er men dat beer vte deme huse bringhet, bi dren marken sulueres.

Vortmer schal nen bruwer, he si man ofte vrowe, boden hebben, de en beer tappen ton kroghen, bi dren marken sulueres.

Vortmer so schal nyn bruwer nen hus huren ofte kopen, dar sine boden efte iemend van siner weghene beer inne tappen, bi dren marken sulueres.

Vortmer, welc bruwer de beer bruwet, de schal sinen eed dar to don des jares eynes, also dat he alle desse stucke hebbe ghanzliken holden, alse hir vore ghescreuen steyt.

Vnd alle desse stucke scholen waren also langhe, alse id den heren behaghet, vnd de wile dat see willen.

Aeltestes Wettebuch, fol 9.

CDLXXXIII.

Der Rath von Lübeck ersucht die Knappen Diedrich Hoek und Heinrich Breide, genommene Lübeckische Güter den Eigenthümern zurückzugeben, da die darunter befindlichen Heringe nicht in Schonen, sondern an der deutschen Küste gesalzen seien. O. J. (1361—1363.)[1]

Premissa salutacione decenti. Conquesti sunt nobis nostri conciues, Hermannus de Osenbrugge et sui socij, | quod vos eis abstulistis in naue Bar-

1) Das Verbot des Handelsverkehrs auf Schonen ward am 8. September 1361 beim Beginn des Krieges mit Waldemar IV. gegeben. Vgl. No. 418, woselbst in der Anm. Cassel Ungedr. Urk. S. 428 zu lesen ist. Noch im Recess von 1362, 8. October, sehen wir das Verbot, Heringe auf Schonen zu salzen, für die Hanseaten auf-

Digitized by Google

tholomei Wlf X lastas allecium nostris ciuibus veraciter pertinentes, | cistas, lectisternia et alia vtensilia eorum, atque de eadem naue abstulistis V frusta cere et I tunnam | operis cuidam ydoneo mercatori nomine Jon Bokhoren in Anglia pertinencia, que missa sunt Thid(erico) Rouer, nostro conciui, prout veritas predictorum coram nobis sufficienter est declarata. Quare vos instanter petimus, quatenus predicta omnia et singula bona cum naue restituatis nostris ciuibus et mercatoribus supradictis, quia dicta allecia non sunt salsata in Schania, sed in partibus Almanie. Ideo vos in premissis beniuolos exhibeatis, quod volumus promereri. Datum nostro sub secreto. Responsum nobis petimus reformari.

Per consules Lubicenses.

In dorso: Famulis famosis Thiderico Hoeken et Heynoni Breyden, officialibus in Glambeke, detur.

Nach dem auf der Treve bewahrten Originale, von welchem das Siegel abgesprungen ist.

CDLXXXIV.

Kaiser Karl IV. bestätigt die am 16. und 19. Februar 1350 von ihm als Römischem Könige zu Gunsten des Königs Waldemar IV. von Dänemark ausgestellten Urkunden. 1364. Jan. 5.

Wir Karl, von Gots gnaden Romischer keiser, zu allen czeiten merer des reichs vnd kunig zu Beheim. Bekennen vffenlich mit diesem brieue vnd tûn kunt allen luten, die yn sehent odir horent lesen, daz der durchluchtigeste Woldemar, kunig zu Denemarkte, | vnsir lieber frunt, vor vns komen ist vnd hat vns gewiset diese czwene nochgeschreben brieue, die wir yme geben haben zu andern czeiten, da wir Romischer kunig waren, vnd hat vns gebeten, daz wir dieselben brieue, vnd waz dar inne geschreben stet, vnd auch | andir brieue, die er douon von vnsern vorvaren an dem reiche, Romischen keisern vnd kunigen, vnd andern herren hat, bestedigen vnd ernuwen wollen von vnsern keiserlichen mechten. Der erste brieff, den wir als eyn Romescher

recht gehalten. Sartorius II. S. 503. Dagegen wird acht Tage darauf ein Waffenstillstand mit Waldemar bis zum 6. Januar 1364 geschlossen (No. 440), ein zweiter am 21. Juni 1364 (No. 452 Anm. 3), so dass das obige Reclamationsschreiben schwerlich später, als 1363, abgegangen sein wird. Das Vorkommen des Hermann von Osenbrügge von 1352—69 im Ober-Stadtbuch passt zu dieser Datirung, auch Heino Breide wird 1360—69 genannt. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I. S. 246. III., 5. Dagegen wird ein Diedrich Hoek erst 1375 erwähnt. Ebd. II. S. 312.

Digitized by Google

kunig dem kunige von Denemarkte vore gegeben haben, stet von worte zu worte also:

les raisons desus dictes neuissent mie este chou que, si se a eut Jehans, vos freres, moult a porter[42] par le vexation de signeur Jehan de le Bourse,[43] qui en cause le traist,[44] dont Jehans, vos freres, a perdut grant finanche[45]. Car on leuist creut par avant a li marchande, dont[46] moult de gens sen sont retrait avoec le sien, aussi que il y a mis.[47] Et deves savoir, que jou noie ains puis nouvielles de Jehan Sallenbien, que[48] il se parti de Tournay pour aler en Lonbardie, que vne seulle fois, que il me manda soin bon estat, et que fort cheminoit et chemineroit viers Lonbardie et pour faire toute satisfaction viers mes dis signeurs de Lubecque. Et deves savoir, que jamais ne ciesferas ara tout mis a bon chief,[49] et pour yche[50] deves aussi y estre moult reconfortet, car, quant il sara[51] les nouvielles a mi et a li desplaisans de vostre prison, en tant se exploitera il plus. Et de raison et pour ytant,[52] le plus hasteement que jai peut, ai au dit Jehan envoiiet vo dicte procuration, les dictes lettres et tout chou,[53] qui aidier vo poet, par mes lettres de priieres envoiiet tout en Lonbardie apries Jehan,[54] vostre dit frere et mien marit, se[55] plus vos peuisse aidier pour le tamps present, vollentiers le feisse. Plaise vous moi avoir pour recommendee comme vostre seur, et me voellies recommender a mes dis tres redoubtes signeurs, mes signeurs de Lubiecque. Nostre Sires soit vos confors et vous acroisse che[56] en toutes honneurs et biens. Escript a Tournay, le jour sainte Katerine.

Vostre seur Jehane Sallenbien.

In dorso: A mes tres chiers et ames freres Nycollas Sallenbien, Luck et Pietre freres dd.[57] a Lubecke.

Nach dem Originalbriefe auf Papier auf der Treve, welcher noch die alte Faltung zeigt, so wie den Einschnitt für das durchgezogene Band und die Spur eines kleinen runden Siegels, das den Brief schloss.

---

42) *Supposé que les raisons dessus dites n'eussent point été ce que (elles étaient?), si se a eu J. beaucoup à porter (supporter).* 43) Vgl. Urk. B. II p. 1005. 44) lat. *traxit, ihn in Prozess zog.* 45) *finance, argent.* 46) *on l'eut cru par avant au marché, dont, man hatte ihn im Handel voraus geglaubt, woher.* Anm. 16. 47) *s'en sont retirés* (lat. *retracti*) *avec le sien, tant qu'il y a mis.* 48) *je n'oie* (von *ouir*) *encore de nouvelles de J. S., depuis que.* 49) Wenn man liest: *ciessera, sara*, so könnte der Sinn sein: *er wird nicht aufhören, (bis) Alles zu einem guten Ende* (lat. *caput = finis*) *gebracht sein wird;* aber die Auslassung der Conjunction ist schwerlich anzunehmen. 50) *cela.* 51) *saura.* 52) *à cause de cela et pour cela* 53) *ce.* Anm. 42. 54) *ihm noch.* 55) *dass, wenn er— er.* 56) *ce, cela.* 57) Scheint die von den lateinischen Aufschriften beibehaltene Abbreviatur für *detur* zu sein.

Digitized by Google

DVII.

Nicolaus, Prior, Johann, Subprior, und Johann, Lector, nebst dem gesammten Convent der Dominicaner zu Lübeck, urkunden über die ihnen obliegende Verpflichtung, eine beständige Messe für das Seelenheil des Henneke Vos zu lesen. 1364. Nov. 28.

Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, frater Nicolaus, prior, Johannes, supprior, Johannes, lector, totusque ‖ conuentus fratrum ordinis predicatorum in Lubeke salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus puplice protestantes, ‖ quod ad instanciam honorabilium virorum et discretorum dominorum, consulum Lubicensium, seruare volumus et debemus ‖ ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli in ecclesia nostra in choro conuersorum vnam missam perpetuam ob salutem anime Hennekini Vos pie memorie et omnium fidelium defunctorum. Ad premissa nos firmiter obligamus, volentes absque dolo cuiuslibet mali inuiolabiliter obseruari, quia consules Lubicenses supradicti nobis gratanter et beniuole satisfecerunt pro premissis. In cuius obligacionis ac obseruacionis testimonium nostri conuentus sigillum presentibus est appensum. Datum in Lubeke, anno Domini MCCCLXIIII, XXVIII. die mensis Nouembris.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DVIII.

Johann le Prévôt, genannt Bochin, meldet den Brüdern Nicolaus, Lucas und Peter Salenben, dass er Johann Salenben nicht mehr in Tournay vorgefunden habe, nach Brügge zurückgekehrt sei, um die gegenwärtige Antwort abzusenden, und nun dem J. Salenben die Briefe nach Italien nachbringen werde. O. J. (1364.) Nach Nov. 30.[1]

A men cier amis Nicolas et Luce et Pietre de fære vo besonne apaelies.[2] ‖ Savoir vons fet li tous vos Jehenes li prouuos, ke vous apieles Bochin, ‖ kil vinnt a Tournai sains et hieties,[3] le Diu mierci, et trouuai, ke Jehans ‖ en destoit[4] ales a Florence. Et pour aconnplir vo besongne jou et me de mison[5] sonmes dakort, ke ge vois[6] apries pour le karte porter et pour esploitier

1) Vgl. No. 506 S. 534 l. Z. 2) *de faire vos besognes apparéillées* (vgl. No. 506 Anm. 18.), *eure Geschäfte ausgeglichen zu machen*; Wunsch oder Gelöbniss statt des herkömmlichen Eingangsgrusses. 3) *vergnügt*, altfrz. *haitié*. 4) *en d'était*, scheint italiänisch-französisch, wie überhaupt die Schreibung den Italiäner verräth. 5) *mes de maison, ceux de ma maison*. 6) *je vais*.

Digitized by Google

plus tos. Car il nos fu eskrit, ke Jehans estoit partis de Aveignon. Et je vous prie, ke vous aies boin kuer et boine esperanche. Kar sires Jehans de le Bourse est mors ens on os[7] gour saint Andriu.[8] Adont fu ceste letre eskrite a Bruges. Ge vinnt de Tournai pour renvoier le response. Dius vous vard.[9]

In dorso: A Nicolas Sallenbien.

Nach dem Originalbriefe auf Papier, auf der Treve, welcher noch die alte Faltung, die Einschnitte für das Siegelband und die Spur des runden Siegels zeigt, das den Brief schloss.

DIX.

Aufzeichnung über das Mobiliar eines sammt diesem zum Besten der Gläubiger des Eigenthümers gerichtlich verfolgten Hauses. 1364. Dec. 16.

Sciendum, (quod) Johannes van Verden, Heyne van dem Broke, Arnd van Lubeke, Hinricus van Ozenbrugghe, prosecuti coram judicio supellectilia domus cum eadem domo Ghodekini Bernewik cum omni jure pro suis debitis, hec supellectilia, videlicet vnum magnum lectum et septem paruos lectos et septem puluinaria, videlicet vnum magnum et sex parua, et vnam magnam lodicem et vnum pulninar super scampnum et XXIIII^{or} cussinos persutos et XII cussinos sedium et vnum vinsterlaken, duas thogas scharlaticas, IIII caldaria anricalcea et VI magna caldaria, et III flasculas stanneas et octo amforas stanneas, et VII ollas, et IIII magnas cistas et vnam cistam cum pedibus et vnam cistam naualem, II scampna, et quinque cupas, et decem lagenas standen dictas, vnam mitram ferream et vnum par benwapene, IIII pilos ferreos et II toraces, et vnam mensam plicabilem; hec omnia predicti prosecutores resignauerunt Hermanno de Kamene et Hinrico Knyf, Bernardo Barenbrugghe cum omni jure, prout ipsis in judicio est adiudicatum pro debitis suis, que dictus Ghodeke Bernewik ipsis soluere tenetur, videlicet pro eisdem III^{c} marcis, pro quibus eciam proprietas eiusdem domus ipsis in libro hereditatum est ascripta.

Nach einer Inscription des zweiten Niederstadtbuches v. J. 1364. fer. II^{a} post Lucie.

---

7) Es wird zu lesen sein: *en son ost, in seiner Herberge.* Vgl. *tos = tost.* (S. 537).
8) *le jour de S. Andrieu.* 9) *garde.*

Digitized by Google

DX.

Conrad Gustevel schwört dem Rathe zu Lübeck Urfehde. 1364. Dec. 18.[1]

Ego Conradus Gusteuel. Cupio ad vniuersorum et singulorum, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit. publice ‖ peruenire, quod sancta juraui ac sollempniter promisi honorabilibus et discretis viris, dominis .. consulibus, ciuitati ‖ Lubicensi ac ciuibus eorundem veram orueydam pro eo, que[2] ad turrim eorum deposuerunt ac captiuum ‖ me per aliquod tempus detineierunt,[3] pro me meisque heredibus natis et nascendis aut pre omnibus alijs, qui quicquam facere seu dimittere voluerint mei causa, ita quod nec ego meique amici, ut supradictum est, ipsis .. consulibus, .. ciuitati, .. ciuibus aut familiaribus eorundem nulla mala vllo vmquam tempore inferre debemus ob uindictam ob premissam omnium et emergentibus ex eisdem *(sic)*. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus et appensum. sub anno Domini MCCCLX quarto, feria quarta proxima post Lucie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Tresc, mit anhangendem Siegel (Baum mit drei Blumen und drei Blättern).

DXI.

Der Rath von Krempe verspricht dem Rathe von Lübeck, Otto Wensin, Rike Breide und Albern von der Wisch anzuhalten, dass sie demselben das Schuldige leisten. O. J. (1364—65.)[4]

Prudentibus ac honestis viris, .. dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, .. consules oppidi Crempen ad ‖ queuis beneplacita obsequijs suis se paratos. Litteris vestris plenius intellectis Ottonem de Wensine, Riken Breyden, Albernum de Wysche et alios eorum socios, prout nobis scripsistis, libenter volumus informare, vt vestre honestati, prout promiserunt, exsoluant, ad quod nostrum melius ex toto nostro posse cupimus et intendimus adhibere ac vobis et vestris nostro seruicio indefesso assistere affectiue. Valete in Christo, nobis in omnibus precipientes.

In dorso: Prudentibus, circumspectis et honestis viris, .. dominis consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

Nach dem Originale auf der Tresc, mit Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

1) Auf der Tresc befindet sich noch eine Urkunde aus diesem Jahre, ausgestellt am 12. Oct. (pr. sabb. p. Dyonisij) von Conrad, genannt van der Sene, Bürger in Kiel, in welcher dieser sich für die Urfehde des Hinr. Witteveld verbürgt und bis zu nächsten Weihnachten einen Mitbürgen zu stellen verspricht. Beider Siegel hangen an, das Hinrich's ein Zinnenschnitt, jede Zinne mit zwei Stufen, das Conrad's eine Hausmarke. 2) l. quod. 3) l. detinuerunt.

4) Vgl. No. 495 und 523.

Digitized by Google

DXII.

Volrad, Detlev und Otto, Gebrüder und Söhne des Volrad von Buchwald, verkaufen an Albrecht und Conrad, Gebrüder Brüggemann, ingleichen an Albrecht, Cönrad und Diederich, Gebrüder, Söhne des Tidemann Brüggemann, das Dorf Malkendorf. 1365. Jan. 5.

Omnibus presencia visuris seu audituris.[1] Volradus, Detleuus et Otto fratres, filij Volradi de Bockwolde, armigeri, cupimus[2] fore notum per presentes ‖ lucide protestando, *nos de consensu et beneplacito nobilis domini nostri, domini Adolphi, comitis Holtzacie et Stormarie, proximorum heredum nostrorum ac omnium, ‖ quorum ad hoc consensus[3] fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidisse, dimisisse et cessisse discretis viris Alberto,[4] Conrado fratribus dictis ‖ Bruggheman, Alberto, Konekino et Thidekino fratribus, filijs Thidemanni, eciam dictis Bruggheman, ciuibus Lubicensibus, eorumque veris heredibus totam villam nostram Malkendorp dictam, in parrochia Kürowe situatam,[5] cum curia adiacente, cum omnibus bonis sibi adiacentibus, vtpote agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, vligine wlgariter dicendo mŏr, lignis, rubetis et nemoribus, aquis, piscacionibus, riuis aquarumque decursibus, vijs et invijs, terminis et terminorum distinctionibus, sicuti dicta bona iacent, cum omni jure, judicio supremo et infimo, colli videlicet et manus, et omnibus judicijs intermedijs, nec non cum omnibus redditibus, fructibus, emolimentis, libertate, commoditate et perpetua proprietate, pro sexcentis marcis et viginti quinque marcis lubicensium denariorum nobis integraliter persolutis et in vsus nostros necessarios omnino conuersis. Dictis igitur bonis predicti fratres Albertus[6] et Conradus, Albertus,[7] Konekinus et Thidekinus fratres, eorum heredes et sequaces perpetuis temporibus in omnibus condicionibus et *libertatibus litteris domini nostri predicti ac presentibus insertis, non obstantibus quibuscunque gwerris, sentencijs, inhibicionibus, mandatis vel iuris aut facti excepcionibus, pacifice, libere et quiete perfruentur,[8] ita quod nec ipsi nec dictorum bonorum coloni debent nobis, nostris heredibus et sequacibus aut cuiquam alteri ad aliquas exactiones, prestaciones, seruicia, vectigalium onera seu ad aliqua alia grauamina aliqualiter obligari, nisi ingruente necessitate hostili, cum populus communiter ad terre defensorium vo-

1) Vniuersis presentes litteras inspecturis. 2) cupio. 3) *Vom * an:* nos vnanimi voluntate et pleno consensu heredum nostrorum proximorum ac omnium illorum, quorum consensus. 4) vendidisse Alberto. 5) sitam. 6) bonis Albertus. 7) fratres predicti, Albertus. 8) *Vom * an:* libertatibus pretactis pacifice perfruentur. *Alles Folgende bis* possidebunt *fehlt.*

Digitized by Google

citatur, vna cum alijs incolis defensorium terre, quod lantwere dicitur, visitabunt. Que quidem bona predicta dictis fratribus cum omnibus libertatibus et condicionibus coram domino nostro predicto resignauimus et presencialiter resignamus, nichil iuris, proprietatis et dominij reseruantes in premissis, ita quod ea, quacunque decreuerint alienacione, absque vllius alterius requisicione et voluntate transferre (possint) in alias quascunque personas ecclesiasticas vel seculares, vbi et quando eis fuerit opportunum, ita quod ipsi aut illi, in quos translata fuerint predicta bona, auctoritate domini nostri ac presencium nostrarum litterarum, et quod aliis in futuris temporibus litteris non indigebunt, ea libere, pacifice et tranquille possidebunt. Preterea prefata bona dictis emptoribus et eorum heredibus a cuiuscunque hominis et vniuersitatis inpeticione[9] juri parere vblencium defendere et disbrigare et eisdem[10] veram facere warandiam atque iustam[11] (promittimus), volentes omnia et singula premissa grata et rata seruare, nec contrafacere vel venire de iure vel de facto, publice vel occulte.[12] Super hijs quidem firmiter obseruandis vna nobiscum conpromiserunt honorabiles viri[13] Lambertus de Bockwolde, morans in Roberstorpe, Lemmekinus de Bockwolde, filius domini Detleui, Detleuus de Bockwolde, filius Johannis, morans in Swinekulen, et Volradus de Tralowe in solidum manu coniuncta dataque fide,[14] quorum omnium sigilla vna nostris cum sigillis presentibus in huius rei testimonium sunt appensa. Datum Lubek, anno Domini MCCCLX quinto, in vigilia Epyphanie Domini.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden sieben Siegeln. Ebendaselbst eine erste Ausfertigung, gleichfalls mit sieben Siegeln, in welcher die Auflassung vor dem Landesherrn zugesagt wird, mit den in den Noten angegebenen Abweichungen.

DXIII.

Die Brüder Marquard und Hinrich Breide verpfänden dem Albrecht Bruggemaker, seinem Bruder Conrad und dem Albert Bruggemaker, Sohn des Thideke, das Dorf Schulendorf für 150 m Lüb. Pf. 1365. Febr. 14.

Vniuersis presens scriptum intuentibus Marquardus et Hinricus fratres dicti Breyden, filij Eghardi Breyden, morantes in Rykenbeke, salutem in Do-

9) heredibus absque omni inpeticione. 10) eis. 11) atque instam *fehlt*. 12) omnia prescripta grata et rata seruare absque omni contradictione. *Dann folgt:* Hec premissa volumus et debemus antedictis emptoribus eorumque veris heredibus resignare coram nobili domino nostro, domino Adolpho, comite Holtzacie et Stormarie, et libertare cum omni proprietate, velut progenitores nostri liberius habuerunt et nos modo simili possedimus hucusque. 13) Super hijs sic firmiter seruandis vna nobiscum insolidum coniuncta manu dataque fide compromiserunt honesti viri. 14) in — fide *fehlt*.

Digitized by Google

mino sempiternam. Scire volumus vniuersis et presentibus protestamur, quod nos cum pleno consensu et voluntate ‖ omnium amicorum et proximorum nostrorum posuimus, inpignerauimus et obligauimus viris honestis et discretis Alberto Brugke|makere seniori, Conrado suo fratri, necnon Alberto, filio Thydekini Brugkema(ke)re, et eorum veris heredibus ad weddeschatte villam nostram Schulendorpe, in parochia Gleskendorpe situatam, cum omnibus suis attinenciis et juribus, pro vt in suis terminis situatur, cum indicio maiori et minori, scilicet colli et manus, et omnibus fructibus et vtilitatibus, pro centum et quinquaginta marcis lubicensium denariorum nobis integraliter persolutis. Resignacionem vero predicte ville prefatis Alberto, Conrado et Alberto dictis Brugkemakere coram domino nostro, domino Adolpho, comite Holtzacie, solempnem et debitam faciemus. Insuper promittimus et volumus, sepefatos Albertum, Conradum et Albertum dictos Brugkemakere ab omnibus dictam villam inpetere aliqualiter uel perturbare volentibus, ita duntaxat, qui ante judicium comparere voluerint, iustam warandiam facere et eos liberos reddere et securos: alioquin ciuitatem Lubeke intrabimus cum nostris compromissoribus et inde non exituri, donec ipsis sepedictam villam ab illa arrestacione seu inpeticione liberam reddidimus secundum juris ordinem penitus et solutam. Preterea pro huiusmodi condicionibus supradictis firmiter obseruandis honorabiles viri, scilicet dominus Tymmo Marute, miles, necnon Scagke de Rantzowe, Hartwicus Brochdorp et Nothteman Parkentyn, famuli, vna nobiscum data fide et manu copulata compromiserunt, quorum omnium sigilla vna cum nostris presentibus in testimonium sunt appensa. Datum anno Domini M̊CC̊LX̊ quinto, feria sexta post dominicam, qua Circumdederunt decantatur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit sechs anhangenden Siegeln.

DXIV.

Der Cardinal Johannes Sancti Marci, als erwählter Schiedsrichter, erkennt dem Johann von Helle wegen der gegen ihn verübten Gewaltthätigkeiten einen Schadenersatz von 200 Goldgulden zu. 1365. Febr. 27.

In nomine Domini amen. Cum duduni ad instanciam discretorum virorum, domini Nicolai Cortesij, procuratoris fiscalis domini nostri pape, ad denunciacionem domini Johannis de Helle, rectoris seu plebani parochialis ecclesie ‖ de Borby Sleswicensis diocesis, ex suo officio, et dicti domini Johannis, pro

Digitized by Google

suo interesse interueniencium, venerabiles viri, domini Hermannus de Stenderen, prepositus in Segheberghe ordinis sancti Augustini, Henricus de ‖ Vemeren, cantor ecclesie Lubicensis, frater Egghardus de Wensen, dudum abbas monasterij in Reyneuelde ordinis Cisterciensis, nunc monachus dicti monasterij, Johannes Albus et Nicolaus Ruter, clerici, ‖ ac Hermannus de Wickede et Euerhardus Suarte, Detleuus Broyen, Hermannus Gallin, Gotscalcus de Warendorp, Bernardus Pleskow, Johannes Pleskow, Johannes Perseual, Johannes Scepenstede, Seghebodus Crispin, Johannes Wesseler, Bernardus Cusuelt, Jacobus Pleskow, Bernardus Oldenborgh, Albertus Junge, Johannes Meteler, Johannes Scenig, Bernardus Pepersac, Gotscalcus Attenderen, Holt de Alen et Henricus Richoden, burgenses Lubicenses, fuissent et sunt per reuerendum in Christo patrem, dominum Bertrandum, episcopum Conuennarum, commissarium apostolicum, ad Romanam curiam personaliter citati ad respondendum super quibusdam iniurijs, dampnis, incarceracionibus ac inhumanis tractacionibus, eidem domino Johanni presbytero, ut asserebatur, factis et illatis, ac faciendum et audiendum super ipsis, quod ordo dictaret racionis, audiendumque et videndum declarari, se incidisse in et incurrisse excommunicacionis et anathematis sentencias, ex eo quod ipsum dominum Johannem, ut asseritur, post iter arreptum veniendi ad Romanam curiam, pro quibusdam suis appellacionibus ad sedem apostolicam interiectis prosequendis, impediuerunt, arrestauerunt, incarcerauerunt ac rebus et bonis, litteris, instrumentis et munimentis suis spoliarunt et carceratum ac spoliatum per aliqua tempora tenuerunt, ac postmodum per ipsum dominum episcopum, commissarium, in prefatas sentencias incidisse et eas incurrisse declarati, tandem, presente prefato domino Nicolao, procuratore, et in hijs consenciente, prefatus dominus Johannes de Helle nomine suo proprio, ex vna parte, et discretus vir, dominus Theodoricus de Boutzowe, prefatorum dominorum Hermanni de Stenderen, prepositi, Henrici, cantoris, et aliorum supranominatorum procurator et procuratorio nomine eorum et cuiuslibet eorundem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super predictis questionibus et litibus sub certis modis, formis et penis in nos, Johannem, miseracione diuina tt. sancti Marci presbyterum cardinalem, compromiserunt, prout hec in instrumento compromissi huiusmodi, per Arnoldum notarium publicum infrascriptum inde confecto sub anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die decima septima mensis Nouembris, et postmodum diuersis vicibus concorditer prorogato plenius continetur. Et subsequenter prefato Johanne Linsen, alias dicto Albo, ad Romanam curiam

Digitized by Google

veniente et ad predictorum dominorum Nicolai, procuratoris, et Johannis de Helle, principalis, instancias capto et in domini nostri pape carceribus detruso et detento, idem dominus noster papa viue vocis oraculo relaxacionem dicti Johannis, si nobis facienda videretur, ac audicionem et decisionem tocius negocij nobis Johanni, cardinali predicto, commisit oraculo viue vocis. Quem Johannem postea virtute commissionis predicte de dictis carceribus mandauimus et fecimus relaxari et sibi ciuitatem Auinionensem ac per vnam leucam circumcirca pro carcere et arresto sub certis penis duximus deputandam. Et nichilominus ad representandum dictum Johannem coram nobis, quociens nobis videretur et expediens esset in huiusmodi causis processurus,[1] venerabiles viri, domini Heinricus Biscop, prepositus Bremensis, et Ludolphus de Flandria, decanus Oxiliensis, in nostra presencia personaliter constituti, se et bona sua mobilia et immobilia obligarunt. Postremo vero constituti coram nobis predicti dominus Johannes de Helle, principalis, pro se et nomine suo procuratorio ex vna parte, et venerabiles viri, Johannes Linsen pro se et nomine suo procuratorio, ac tam ipse Johannes quam Ludolphus de Flandria, decanus, et Thidericus Boutzow, procuratores, eciam simul et in solidum procuratorijs nominibus supranominatorum dominorum Hermanni prepositi ac aliorum suprascriptorum, ex altera parte, de quorum procuracione nobis constitit per legitima documenta, cupientes iurgia ac lites euitare et pacem, tranquillitatem et concordiam inter ipsos interuenire, prefatum compromissum in nobis factum, ut premittitur, prorogarunt ac in omni modo et forma et sub penis in dicto compromisso contentis iterato in nobis compromiserunt, et hincinde iurauerunt ad sancta Dei euuangelia ad nostrum mandatum et in nostris manibus, sacrosanctis Dei euuangelijs suis dextris manibus tactis, laudum, arbritrium et sentenciam per nos ferendam laudare, approbare, ratificare, emologare et obseruare, et contra non venire, dicere uel deponere, de iure uel de facto. Et hijs pactis nostram pecierunt per nos hincinde concorditer ferri sentenciam arbitralem. Nos igitur Johannes cardinalis, compromissarius arbiter, arbitrator, amicabilis compositor et commissarius sepedictus, cupientes litibus, iurgijs et questionibus huiusmodi finem imponere atque pacem, concordiam, tranquillitatem et amorem inter ipsas partes interuenire et obseruari, pronunciauimus et pronunciamus in hunc modum: In primis volumus et pronunciamus, quod omnis rancor et inimicicia cesset, et inter ipsas partes sit perpetua pax, ami-

1) l. processuris.

Digitized by Google

cicia atque finis. Item pronunciamus, laudamus et declaramus, prefatos dominos Hermannum, prepositum, Henricum, cantorem, et omnes alios suprascriptos a quibuscunque sentencijs per ipsos occasione premissorum incursis ac in eos per dictum dominum Bertrandum, episcopum Conuennarum, commissarium, latis seu ipsos uel ipsorum aliquem incidisse uel incurrisse declaratis fore absoluendos. Item propter iniurias, molestaciones et incarceraciones ac indebitas detenciones et excessus per dictum Godefridum de Morum dicto domino Johanni de Helle illatas et factas ac circa personam suam perpetratos eundem Godefridum pro dictis iniurijs, molestacionibus, incarceracionibus et excessibus dicto Johanni (illatis) condempnamus in ducentis florenis auri boni, quosque[1] dictum Godefridum seu eius nomine solui ac ipsum dominum Johannem de predictis ducentis florenis pro predictis iniurijs, molestacionibus, incarceracionibus et excessibus, dampnis, expensis et interesse sibi factis et illatis ac omnibus actionibus, que premissorum occasione intentare posset contra suprascriptos uel aliquem ipsorum, contentum esse debere, pronunciamus, laudamus, volumus atque declaramus. Item pronunciamus, laudamus, arbitramur et declaramus, prefatos Hermannum, prepositum, Henricum, cantorem, et Godefridum de Morum ac omnes alios suprascriptos et eorum quemlibet fore et esse debere et esse quitos, liberos et absolutos ab omnibus impeticionibus et actionibus dictorum domini Johannis et procuratoris fiscalis ac camere apostolice occasione premissorum, et ipsos per presentes absoluimus et liberamus ab eisdem. Item pronunciamus, dictum Johannem Linsen alias dictum Album ab arresto sibi, vt premittitur, dato et facto, ac Henricum, prepositum Bremensem, et Ludolphum, decanum Oxiliensem, et eorum bona a fideiussione per ipsos facta de dicto Johanne representando liberos esse et absolutos, ipsorumque[2] et eorum quemlibet ab eisdem absoluimus et liberamus. Item sentenciam per reuerendum in Christo patrem, dominum Bertrammum, episcopum Lubicensem, super relegacione prefati domini Johannis de Helle a ciuitate Lubicensi latam moderamus usque ad festum sancti Michaelis archangeli proximum futurum, et extunc dictum dominum Johannem restitutum esse volumus et restituimus sue pristine libertati, mandantes dicto domino episcopo et omnibus supradictis et quibuscunque alijs ac, quantum possumus, inhibentes, ne prefatum dominum Johannem lapso dicto termino vigore dicte sentencie inquietent aut molestent, sed ipsum permittant sua gaudere libertate, sentencia non

1) l. quos per. 2) l. ipsosque.

Digitized by Google

obstante antedicta. Item volumus et pronunciamus, quod saluis premissis statim dictus dominus Johannes dictum Johannem Album presentem ac prefatos procuratores nomine dictorum suorum dominorum et dictus Johannes Albus nomine suo proprio et dicti procuratores nomine procuratorio sepefatorum dominorum suorum prefatum dominum Johannem absoluant, liberent et quitent, absoluat, liberet et quitet, ab omni actione, impeticione ac eciam expensis et dampnis factis et passis quomodocumque occasione premissorum. Qua quidem sentencia seu pronunciacione facta et lata statim dicte partes et earum quelibet nominibus, quibus supra, laudauerunt, ratificauerunt, approbauerunt et emologauerunt et eam ratam, gratam, approbatam et emologatam habuerunt, tenuerunt ac habere et tenere voluerunt, ac una alteram a quibuscumque impeticionibus et actionibus, que insimul habere possent, ac expensis et dampnis factis et passis occasione premissorum quitauit, liberauit penitus et absoluit, et de premissis omnibus et singulis sibi pecierunt hincinde fieri vnum uel plura publicum seu publica instrumenta sub nostro et infrascripti notarij sigillo, signo et subscripcione. In quorum omnium testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum per Arnoldum, notarium publicum infrascriptum, nostrum et huiusmodi cause scribam, fieri et publicari mandauimus et nostri sigilli appensione muniri. Lata, pronunciata et promulgata fuit hec arbitralis sentencia per reuerendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Johannem tt. sancti Marci presbiterum cardinalem predictum, et per partes hincinde laudata, approbata, confirmata et emologata Auinione in hospicio habitacionis ipsius cardinalis, anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione tercia, die Jouis, vicesima septima mensis Februarij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno tercio, presentibus venerabilibus viris, dominis Aymerico Helye, archidiacono Nemausensi, Johanne Bruni, in Romana curia aduocato, Hermanno Rostock, canonico Lubicensi, Raymundo Borgundionis et Johanne de Monasterijs, in Romana curia procuratoribus, Petro de Andusa et Johanne Stephani de Rambertiuillari, clericis Nemausensis et Tullensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego, Arnoldus Prel de Heppenart, clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius necnon prefati reuerendissimi patris et domini, domini Johannis cardinalis predicti, et huiusmodi cause scriba, premissis omnibus et singulis, dum sic per predictum

Digitized by Google

dominum cardinalem et coram eo fierent et agerentur, vna cum prenominatis testibus presens fui, ea sic fieri vidi et audiui et hoc instrumentum de mandato et auctoritate ipsius domini cardinalis exinde confeci, quod alijs occupatus per alium scribi mandaui, hicque me manu propria subscripsi et signum meum consuetum apposui rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Cardinals.

DXV.

Willkür der Paternostermacher. 1365. Febr. 28.

Anno Domini MCCCLX quinto, sexta feria ante dominicam Inuocauit.

Dit is de ordinancie vser paternostermakere, alse we vp eyn hebben ghedreghen, alse verne alse wy dat hebben moghen van den heren.

To dem eersten male so wylle wy, dat men neneme knechte noch nener maghet in vsem ammete mer scal lenen wen II ghuldene vp eren denest.

Vortmer so en schal nemend mer gheuen wen IIII den. van eneme dusend werkes to borende.

Vortmer so en schal nemend mer gheuen wen IX den. van eneme dusend werkes to dreyende, ok so en (schal) nemend mer gheuen wen VIII den. vor eyn dusend werkes to snydende.

Alle desse vorbenomeden stucke schalmen holden sunder arghelijst, vnde were dat se iemend breke, des nicht en sche, de scholde vor eyn itlik stucke wedden deme rade III marc sulueres. Meer were dat ienich knecht were in vseme ammete, dese[1] konde sines heren wercstede vorstan vnde dachlon vordenen konde,[2] deme scholdeme also vele gheuen, alse de mesterlude seghe[n]den, dat hee vordenen konde. Dar mede so en scholdeme nyn vorelon louen eder meede gheuen, bi deme wedde, so hir vore steyt bescreuen.

Vortmer, weret sake dat iemend were in vsem ammete, de synes sulues wolde werden, de scholde syn ammet eschen to dren stunden an der morghen sprake, vnde were he den des ammetes werdich vnde hadde also vele, alse des ammetes rechticheit is, so wolde wy ene vntfan. Ok were dat iemend were in vsem ammete, de eyn wif neme, de beruchtet were, de en scholde

1) dede? 2) „im Gegensatz zu der eben erwähnten Bezahlung nach der Arbeit." C. Wehrmann Die älteren Lüb. Zunftrollen. S. 351 Anm. 155.

Digitized by Google

sines sulues nicht werden in vseme ammete. Were ouer dat sake dat de heren iemende in vse ammet hebben wolden, de(s) scholden se vulmechtich io wesen.

Ok so enschalmen nemende nemen to lerende in vsem ammete, he en sy des ammetes werdich.

Aelteates Wettebuch, Fol. 11.

DXVI.

Der Cardinal Johannes Sancti Marci spricht den Rath von Lübeck und die übrigen bei dem Streite mit Johann von Helle betheiligten Personen von dem durch den Bischof Bertram von Comminges über sie verhängten Banne los. 1365. März 1.

Johannes, miseracione diuina tt. sancti Marci presbyter cardinalis, commissarius ad infrascripta per dominum nostrum papam specialiter deputatus. Reuerendo ‖ in Christo patri, domino .. Dei gracia episcopo Lubicensi, necnon vniuersis et singulis, ad quos presentes littere seu presens publicum instrumentum peruenerit, salutem in Domino et man‖datis nostris, ymo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, quod ex commissione speciali, per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Vrbanum ‖ diuina prouidencia papam quintum, nobis oraculo viue vocis facta, discretum virum Johannem Linsen, alias dictum Album, presentem in personam propriam, necnon eundem Johannem ac venerabilem virum dominum Ludolphum de Flandria, decanum Oxiliensem, procuratores venerabilium et discretorum virorum, dominorum Hermanni de Stenderen, prepositi monasterij in Segheberghe ordinis sancti Augustini, Godefridi Morum, prepositi Vtinensis, in ecclesia Lubicensi vicarij generalis in spiritualibus et temporalibus reuerendi in Christo patris, domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, Henrici de Vemeren, cantoris ecclesie Lubicensis, fratris Egghardi de Wensen, dudum abbatis monasterij in Reyneuelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, Nicolai Ruter, clerici Caminensis diocesis, necnon Hermanni de Wickede, Jacobi Plescouwe et Hermanni Galline, proconsulum, Godescalci de Warendorpe, Bernardi Plescouwe, Johannis Perseuale, Euerhardi Suarte, Johannis Scepenstede, Seghebodi Crispin, Johannis Wesseler, Bernardi Cusnelt, Bernardi Oldenborgh, Johannis Meteleer, Bernardi Pepersac, Gotscalci de Attenderen et Henrici de Richoden, consulum, ac Detleui Broyen, ciuis ciuitatis Lubicensis, et eorum in hac causa consortum procuratores, habentes

Digitized by Google

mandatum speciale ad petendum, impetrandum et obtinendum beneficium absolucionis simpliciter et ad cautelam a quibuscunque excommunicacionum, aggrauacionum et anathematisacionum sentencijs, prout de ipsorum mandato procuracionis nobis constitit per legitima documenta, presentes et humiliter petentes in personas prefatorum dominorum suorum absencium, et ipsos dominos eorum in personas dictorum procuratorum presencium, ac eundem Johannem Album presentem in personam suam propriam a quibuscunque sentencijs excommunicacionum seu anathematisacionum juris uel hominis, per eos seu alterum ipsorum occasione capcionis, detencionis, incarceracionis ac excessus circa personam honorabilis viri, dominis Johannis de Helle, presbyteri, rectoris seu plebani parochialis ecclesie in Borby Sleswicensis diocesis, incursis uel per reuerendum patrem, dominum Bertrandum, episcopum Conuennarum, commissarium apostolicum, declaratis uel eciam in ipsos fulminatis occasione premissorum, si et in quantum indigent, absoluimus in forma ecclesie consueta, ipsosque restituimus communioni fidelium et ecclesie sacramentis, receptis primitus et ante absolucionem huiusmodi a dicto Johanne nomine suo proprio, ac eodem et domino Ludolpho, procuratoribus predictis, ac per ipsos prestitis ad sancta Dei euangelia corporalibus iuramentis de stando ac parendo sancte matris ecclesie mandatis atque nostris, demum autem post impensam absolucionem antedictam eis iniunximus penitenciam salutarem. Que vobis vniuersis et singulis tenore presencium intimamus, notificamus et ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus per presentes, mandantes nichilominus et committentes quibuscunque parochialium ecclesiarum rectoribus, vt ipsos, dum requisiti fuerint, sic per nos a predictis sentencijs in suis ecclesijs denuncient absolutos. In quorum omnium testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum per Arnoldum, notarium publicum infrascriptum et scribam nostrum, fieri et publicari mandauimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Auinione in hospicio habitacionis nostre, anno a natiuitate Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, indictione tercia, die prima mensis Marcij, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape V. predicti, anno tercio, presentibus venerabilibus et discretis viris, dominis Aymerico Helye, archidiacono Nemausensi, Hermanno Rostock, canonico Lubicensi, et Johanne Stephani de Rambertiuillari, clerico Tullensis diocesis, notario publico, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Arnoldus Prel de Heppenart, clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius necnon prefati

Digitized by Google

reuerendissimi patris et domini, domini Johannis cardinalis, scriba, premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi, ideo de mandato et auctoritate dicti domini cardinalis hoc instrumentum exinde retinui, quod, alijs occupatus, per alium scribi feci, hicque me manu propria subscripsi et signum meum apposui consuetum rogatus in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel des Cardinals.

DXVII.

Adolph, Graf zu Holstein und Stormarn, urkundet über ein mit der Stadt Lübeck auf zwei Jahre geschlossenes Landfriedensbündniss. 1365. März 25.

Wy Adolph, van Godes gnaden greue to Holzsten vnde to Stormeren. Bykennet openbare an desser scrift, dat wy mit volbord vnses trûwen rades ghedeghedinget vnde ghemaket hebben mit den eerliken lûden, den raatmannen der stat to Lubeke, ene vrûntlike eendraght, de schal nu anstaan vnde schal waren wente to Paschen, de nu neghest tû kumpt, vort ouer twe jaar in desser wijs, alse hir na gheschrenen steyt. To dem ersten, dat wy vnde de vse der vorbynomeden raatman vnde der erer vyent nicht werden scholen bynnen desser tijd, men wy scholen ere vnde der erer beste weten. Vortmer, wêse brekt na dessem daghe in dem lande to Holzsten vnde to Stormeren eder in erem rechte, vnde dat en børet tô vordeghedinghende, mit stratenroue, mit dvefroue, mit bodenstûlpende, mit brande eder mit vengnisse, de schal vser beyder vnvelich wesen, vnde dar schole wy in beyden syden, de van Lubeke mit vns vnde wy mit en, alder malk by dem anderen vmbe doen, alse oft it em sûluen scheen were. Were auer yeman in dem lande to Holzsten eder to Stormeren eder in der vorsprokenen raatman van Lubeke rechte, vnde dat en børet to vordeghedinghede, de also dane mysdedere heghede, husede, hôuede eder spisede, de schal lijf vnde gût vorbroken hebben, vnde dat schole wy in beyden syden anden, alse wy wijslikest vnde redelikest konen. Weret auer dat in anderen landen also dane mysdedere yeman vnthelde, dar schole wy an beyden syden vmbe manen vnde rechtes bidden. Kônde vns dat nicht byscheen, so schole wy dar vmbe to samende riden vnde anden dat, alse wy wijslikest vnde redelikest konen. Hir mede scholen nene breue broken wesen, de malk dem anderen gheuen heft eer desser tijd. Hir schal

Digitized by Google

vtghenomen wesen heren orlighe vnde stede orlighe vnde der Bocwolden orlighe. Alle desse vorscrenenen stücke hebbe wy ghelouet vnde louen an desser scrift an gûden trûwen den vorbynomeden raatmannen der stat to Lubeke gans vnde vast to holdende sunder arghelist. To ener bythûghinghe desser stücke so hebbe wy vnse ingheseghel henghen heten vor dessen breef, de gheuen is to Lubeke, na Godes boort drytteynhundert jar an dem vijf vnde sostighesten iare, an dem daghe vnser Vrowen, alse se bodeschippet wart.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DXVIII.

Der Ritter Nicolaus Kule und der Knappe Henneke Kule urkunden über die Beendigung ihres Zwistes mit dem Rathe von Lübeck wegen der Tödtung ihres Dieners Wardenberg. 1365. März 26.

Nos Nicolaus Kûle, miles, et Hennekinus Kûle, famulus, fratres. Coram vniuersis et singulis ‖ presencia visuris seu audituris recognoscimus lucide protestantes, quod querimonias et dissensiones ‖ illas, quas contra circumspectos viros, dominos consules Lubicenses, ex parte cuiusdam dicti Wardenbergh ‖ felicis recordacionis, nostri quondam familiaris, in campo quodam ex casu quodam inportuno et infortunato morte strati, mouimus et ventilauimus, coram domino nostro, gracioso comite Adolpho Holzacie et Stormarie, dimisimus et cassauimus, dimittimus et cassamus omnino et generaliter, coram vniuersis per presentes renunciantes simpliciter dictis querimonijs et dissensionibus, promittentes, quod nec nos velimus nec aliquis nostrorum affinium debeat pro hijs in antea contra dictos consules Lubicenses quidquam causari. Fideiubemus eciam in solidum pro dicti Wardenberg cognatis et amicis, ortis et non ortis, vt nullus eorum pro dicta causa aliquid noui intentet aut omnino faciat contra consules supradictos. In cuius rei euidenciam et testimonium magis fixum sigilla nostra presentibus sunt appensa anno Domini M̊CC̊LXV̊, in crastino Annunciacionis Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln.

Digitized by Google

DXIX.

Der Knappe Friedrich von Berle entsagt allen ferneren Ansprüchen an die Stadt Lübeck in Bezug auf Sold, Schadenersatz und Vergütung für besondere Dienstleistungen. 1365. Apr. 10.

Vniuersis et singulis, ad quos presencia peruenerint, ego Fredericus de Berle, famulus, recognosco publice protestando, quod omnis dissencio, que fuerat huc vsque inter honorabiles viros, dominos consules ciuitatis Lubicensis, ex vna, et me, parte ex altera, videlicet ex parte cuiusdam pecunie, quam ab ipsis postulaui pro quodam speciali seruicio, quod in quibusdam specialibus causis in gwerris dicte ciuitatis ipsis exhibui, prout de hoc in illustrem principem, dominum Wilhelmum, ducem Luneburgensem, postea arbitrabamur, qui nos in jure disbrigauit, quomodocunque omnia ista euener(i)nt, talis dissencio est per discretos viros, dominos Johannem Perseval et Bernardum Peperzac, dominorum predictorum consulum conconsulares et consortes, tamquam per mediatores et amicabiles compositores, de meo pleno consensu et bona voluntate penitus sopita et ad amicabilem composicionem ordinata. Itaque in hijs scriptis fateor manifeste, quod dicti domini consules omnia, que michi facere tenebantur, omnia *(sic)* michi fecerunt cum effectu et complete, et hoc tam racione predicte discordie, tam eciam in solucione sallarij mei, quam in refusione omnium dampnorum, que in rebus, corpore, equis et quibuscunque in dicto seruicio sum perpessus, tam eciam pro captiuis, quos ceperam, fuerint capitanei seu quicunque alij, [et] quam eciam in speciali seruicio, quod feci in expugnacione municionum et introitu in easdem, dimisique et presentibus dimitto dictos consules et eorum ciues ab omni vlteriori monicione seu secundaria impeticione ex parte premissorum et omnium articulorum emergencium circa ea omnino liberos et quitatos, sed teneo me contentum bene et pagatum, cupiens cum hoc predictos consules et ciues omnes cum vniuersis et singulis amicis meis causa mei facere seu dimittere volentibus honorare et fauorabiliter promouere. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigillum meum ex certa mea sciencia et pleno consensu presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CCCLXV, in die Cene Domini.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegelbande, von welchem das Siegel abgesprungen ist.

Digitized by Google

DXX.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, Graf zu Schwerin, Herr zu Stargard und Rostock, schliesst Frieden und Freundschaft mit der Stadt Lübeck auf vier Jahre vom nächsten Johannistage an, und bestimmt das Verfahren, welches bei eintretenden Zwistigkeiten zwischen den beiderseitigen Unterthanen und Angehörigen beobachtet werden soll. 1365. Apr. 15.

Wy Albert, van der gnade Ghodes herteghe thû Mekelenborgh, greue thû Zweryn vnde here thû Stargarde vnde thû Rostok. Bekennen openbare in dessen breue vor vns vnde vor vnze eruen, dat wy ene vruntlike endrachtecheyt ghemaket hebben mit den beschedenen mannen, den radmannen thû Lubeke, eren borgheren vnde eren deneren, de scal nv anstan vnde scal waren van zunte Johannes daghe thû midden zomer, de naghest thû komende is, vort ouer veer jaar zunder middel thû volghende, alzo dat wy, vnze man vnde vnse denere ere beste wethen scholen vnde ere vyent nicht werden schollen hir in dessen landen vp desse zyd der zee binnen desser vorbenomeden thyd. Were ok dat genich here ofte anders we hir in dessen landen vp desse zyd der zee ere vyend worde, zo scholle wy des nicht steden, dat vnze man vnde vze denere deme heren edder den genen denen schollen vppe der van Lubeke schaden binnen desse vorbenomeden thyd. Were ok dat genich scaden schude vppe der straten van dodslaghe edder van roue vt vzen landen vnde herschopen edder in vze lande vnde herschop, dar scolle wy ouer richten binnen ver weken, wan wy des gheeschet werden, zynd wy binnen vzen landen; zyn wy auer nicht binnen vzen landen, zo schollen vze voghede edder ammetlude richten, alze dar vore sproken is, vnde des ghelykes ouer de ghennen, de ze witliken huzet, houet, heghet vnde spiset, vnde ere vndat witlik is. Worde ok we vp der openbaren daat edder vp der openbaren vlucht begrepen, dar scholle wy edder vze voghede alze vort zunder middel ouer richten; vnde schege deme misdedere vp der openbaren daat edder vp der openbaren vlucht ichteswot, des schollen de van Lubeke wezen ane schuld. Vnde mid dessem breue schollen nenen andere breue ere macht vorlezen, de vore gheuen zynd twischen en vnde vns. Were ok dat ghenegherleye schelinge worde twischen vzen mannen vnde eren ghezynde, vnde de in vzen landen bezeten zynt, af ene zyd, vnde twischen den radmannen thû Lubeke vnde eren borgheren vnde deneren, af andere zyd, dad schal stan vppe twe vzer radgheuen, de de van Lubeke kezen willen,

Digitized by Google

vnde vppe twe radman thû Lubeke, de wy edder vze kezen willen, de schollen dat vorghoden, oft ze konnen, vt erer beyder munde; konnen ze nicht, zo scholle wy rechtes plegen ouer de vze, vnde de radmanne van Lubeke ouer de ere. De middelere schollen des macht hebben veer wekene; wan dy veer wekene vmme komen, vnde dat nicht en scheden were, zo scholle wy dar na binnen veer wekenen rechtes pleghen ouer de vze na zwerineschen rechte, vnde de radman thû Lubeke ouer de ere na lubeschen rechte. Were auer dat yenich schelinge worde, dat God nicht en wille, twischen heren vnde vzen vrunden vnde den van Lubeke na desser thyd, der schelinghe scholle wy van der heren weghene mechtich wezen, vnde de van Lubeke schollen kezen twe vt erem rade, de schollen der schelinghe van des rades vnde der stad weghene mechtich wezen. Alle disse voreschreuenen stukke loue wy vor vns vnde vor vnze eruen stede, vast vnde vnghebroken thû holdende zunder arghe list, vnde hebben thu bethuchnisse vnze inghesegele an dessen breef ghehengghet låten, de ghegheuen is na Ghodes boord drytthevnhundert jaer in dem vyfendezesteghesten jare, des Dingsdaghes binnen der hochthyd tu Paschen.

Nach einem auf der Treze bewahrten, mit anhangendem Siegel beglaubigten Vidime des Bischofs Bertram von Lübeck d.d. 1. Jan. (Circumcis. Domini) 1366.

DXXI.

Der Rath der Stadt Lübeck schliesst vom nächsten Johannistage an auf vier Jahre Frieden und Freundschaft mit dem Herzoge Albrecht von Meklenburg, und verspricht ihm während dieser Zeit jährlich auf Johannis 400 m̃ Lüb. Pf. zu bezahlen. 1365. Apr. 15

Wy radmanne van Lubeke. Bekennen oppenbare in dessem breue, dat wy met dem hochgheborn vorsten, her Alberte, herthoghen ‖ to Mekelenborgh, greuen to Swerin, to Stharghardе vnde tho Rostok heren, vnde met sinen eruen ghemaket hebben ene vruntliche endrachtichet, de schal nu an stan vnde schal waren van sunte Johannes daghe to midden somer, de neghest to komende ‖ is, vord ouer veer jar sunder middel thû volghende, also dat wi vnde vse borghere vnde vse denere ere beste wethen scholen vnde ere vyent nicht werden scholen binnen desser vorbenomeden tyd. Were ok dat ghinich here ofte anderswe ere vyent worde, vtghenomen vnsen heren den keyser, so schole wi dat keren, also wi dat beste moghen, dat en ofte den eren vt vsem ghebede ofte dar dore nin schade en schee bi vsem wetende.

Digitized by Google

Vnd vmb steder vruntscaft willen, de he vs weder beseghelt heft, stede vnde vast tho holdende, so wille wi den vorbenomeden herthoghen Alberte vnde sinen eruen iarlikes gheuen an sunte Johannes daghe vorbenomt to hulpe erer küste veer hundert marc lubescher penninghe binnen desser vorbenomden tyd. Desse vorbenomden stucke loue wi stede vnde vast tho holdende sunder arghelist, vnde hebben to vuller bethucnisse vser stad ingheseghel henghet laten vor dessen breef, de gheuen is na Ghodes bord druttenhundert iar in dem vif vnde sesteghesten jare, des Dinsedaghes binnen der hochtyd tho Passchen.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel und Rücksiegel.

DXXII.

Albrecht, Herzog von Meklenburg u. s. w., quitirt den Rath von Lübeck über den Empfang der ihm am nächsten Johannistage zu zahlenden 400 m℔ Lüb. Pf. 1365. Apr. 17.

Nos Albertus, Dei gracia dux Magnopolensis, comes Zwerinensis, Stargardie et Rozstok ‖ terrarum dominus. Recognoscimus per presentes, quod prouidos et circumspectos viros, proconsules ‖ et consules Lubicenses, de quadringentis marcis denariorum lubicensium nobis et nostris ‖ heredibus in proximo festo beati Johannis Baptiste persoluendis pro nobis et heredibus nostris quitos dimittimus penitus et solutos. Datum Wysmarie, anno Domini MCCCLX quinto, feria quinta infra octauas Pasche, sub sigillo nostro presentibus apposito impendenti.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DXXIII.

Der Knappe Arnd von der Wisch bekennt, wegen seiner Haft dem Rathe von Lübeck 500 m℔ Lüb. Pf. schuldig zu sein, und verpflichtet sich zu abermaliger Haft für den Fall nicht rechtzeitiger Zahlung. 1365. Apr. 21.

Ich Arnd van der Wisch, knape. Wille, dat witlich zi alle den ghenen, de dessen bref zeet eder horet, vnde betughe oppenbare ‖ in dessen breue vnde bekenne, dat ich schuldich bin van myner venghnisse weghene den erli-

Digitized by Google

marschalk Erik,[1] Ficke Moltike, houetman to Kalfö vnde to Randershusen, Erland Kalf, houetman to Schandelingheborch, Ywar Niclesson, Euert Moltike, de cammermester, Niclaws Tuneson, Peter Grubbe, Erik Barnamson, Olf Jousson, Andres Niclesson, Dauid Andersson, Peter Stighson, Benedictus van Aneuelde, Jonas Basse vnde Mathis Falster, riddere, bekennen vnde betughen in desser scrift, dat wy alle desse vorscreuenen stucke mit ghantzem willen hebben ghewllebordet, vnde louen ok mit vsem vorsprokenen heren alle desse stucke, alse se vorschreuen sint, to ewighen tyden stede, vast vnde vnghebroken to holdende sunder arghelist vor vns vnde vnse nakomelinghe. Des hebben wy to betughnisse vse ingheseghele mit deme ingheseghele vnses vorbenomeden heren an dessen geghenwardeghen bref vorghehenghet. Ghegheuen to Nykopinghen vp Falster in vsem slote, na Ghodes bord dritteynhundert jar in deme vif vnde sestighestem jare, in sunte Clements auende, de en hiligher pavs was.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden 25 Siegeln

DXLIII.

Derselbe verleiht den Städten für sechs Jahre mehrere Freiheiten auf Schonen. 1365. Nov. 22.

Wy Waldemar, van der gnade Ghodes chonich der Denen, Wenden vnde der Gothen. Allen den genen, de desse geghenwardeghen scrift seen | edder hören, ewighen heyl an vnsen heren Ghode. Witlik sy bede geghenwardeghen vnde to komenden luden, dat wy med ghantzen willen | vnde vulbord vses rikes rades, vorsten, heren, ridderen vnde knapen ghemenliken hebben ghegheuen vnde gheuen in desser gheghenwardeghen | scrift den steden, de hir na ghescreuen stan, alse Lubeke, Rozstoch, Stralessunt, Bremen, Hamborch, Kyl, Wissemer, Gripswold, Tanglim, Stetijn, Nigen Star(gar)den vnde Kolberghe, aldus danne vrihet, alse hir na screuen steyt, to brukende vnde hebbende van sunte Jacobs daghe, de neghest vorghan is, vort ouer ses jar: To deme ersten,

1) Gemeint ist Erik Nielson, welcher schon 1355 „weiland Marschall" genannt wird. Vgl. Suhm Historie af Dannmark. XIII. p. 306. 7. 15. Vgl. Ebd. p. 49. — Suhm, der den Abdruck obiger Urkunde nach Langebek's Abschrift einer vidimirten Copie von ca. 1552 richtig wiedergiebt, hat in den Text seiner Dän. Geschichte aufgenommen „Stigh Andersson (forhen) Marskalk", und den Namen „Erik" ganz weggelassen. Stigh Andersson kommt aber sonst als Marschall nicht vor.

Digitized by Google

dat se in vsen jarmarkeden to Schonore vnde to Falsterbode moghen hebben wantboden, dar se inne sniden vnde vorkopen want vnde lenewant bi elen, stuuen vnde heyle lakene, edder wo se wellen; vnde vor ywelike böden to gheuende dre skillinghe grot, vnde nicht mer. Vortmer ghunne wy en, dat mit en vp eren vitten moghen lighen gheste, de van der Hense sin, alse se bet herto hebben ghedan, vnde bruken des suluen rechtes, des ere borghere bruken. Vortmer moghen se vp yweliken vitten hebben dre vrighe krueghe. Ok ghunne wy en, dat se darsulues hebben moghen eghene vischkere schuten vnd waghene to brukende, alse se bet herto ghedan hebben, vnde van yweliker skuten scolen se gheuen ene halue lodighe march, van yweliken waghen vifteyn olde grote an libeschken edder an englischken penninghen, vnde nicht mer, alle de wyle, dat se dar sint. Vp dat, dat alle desse stucke stede vnde vaste bliuen, so hebbe wy vnse koniclike ingheseghel vor dessen bref laten gheheughet. Tughe desser stucke sint de erbaren vadere in vsem heren Ghode, her Bertram, biscop to Lubeke, vnd her Ghotschalk, biscop to Lincöpinghe; her Fike Moltike, her Claws van Lembeke, des riches droste, her Ludeke Schinkel, her Luder Lembeke, riddere, vnde Peter Niclesson, knape, vnde vele andere truwe werdegher lude. Ghegheuen to Nykopinghe vp Falster in vnsem slote, in sunte Clements auende, na Ghodes bord drutteyn hundert jar in deme vif vnde [vnde] sestighestem jare.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DXLIV.

Aufzeichnung über die Zahlung des von dem Knappen Heino Berse zu leistenden Antheils am Wehrgelde des erschlagenen Rathmannes Volmar von Atendorn. 1365. Dec. 25.[1]

Notandum, quod constituti coram consilio Volmarus et Hermannus fratres dicti de Warendorp, quondam Hinrici de Warendorp filii, necnon heredes et prouisores eorundem recognouerunt, se percepisse C et VIII aureos lubicenses ab Heynone Bersen, famulo, occasione illarum mille marcarum, pro quibus

1) Die obige Aufzeichnung wird hier wiederholt, weil sie Urk.-B. II. № 598 A. 1. nur unvollständig und nicht ganz correct zum Abdruck gekommen ist. Da mit Weihnachten die Inscriptionen des neuen Jahres beginnen, so fällt diese nach unserer Zeitrechnung noch in das Jahr 1365.

Digitized by Google

idem Heyno cum aliis suis compromissoribus pro domino Alberto, duce Magnopolensi, occasione homicidii domini Volmari de Atendorn in solidum fideiussit. Vnde ipsi suprascripti, eorum prouisores et singuli sui heredes dimiserunt eundem Heynonem et vniuersos heredes suos de compromissione et debicione dictarum mille marcarum partem suam tangente liberum, immonitum, solutum et immunem, ac liberos, immonitos, solutos et immunes.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches v. J. 1366, Natiuitatis Christi.

DXLV.

Diedrich und Berthold von Ritzerau urkunden über die von ihnen mit dem Lübeckischen Vogte Diedrich Stenbek geschlossene Sühne. 1365. Dec. 30.[1]

Vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum deuenerit, Thidericus et Bertoldus, patrui, dicti de Ritzeouwe, salutem in Domino. ‖ Tenore presencium recognoscimus in hijs scriptis firmiter protestantes, nos super facto et infortunio, quod cum amicis nostris, videlicet ‖ Hennekino de Godendorpe, Ottone de Sletzen, Reymaro de Plesse, Volrado Wesenberche, Marquardo de Plone ‖ et Ludero Modentyn, famulis, in campis Thurouwe, feria quinta ante festum Natiuitatis Christi, inter nos nostrosque omnes et singulos coadiutores ibidem pro tunc nobiscum existentes ac omnes alios et singulos, quorum ad presens nostri nomine interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, ex vna, et Thidericum Steynbeken, aduocatum ciuitatis Lubicensis, suosque coadiutores, parte ex altera, accidit, sine omni dolo et fraude perpetuis temporibus inuiolabiliter bona fide obseruandum, sumus[2] omnimode et amicabiliter compositi et concordati. Super quibus omnibus et singulis premissis sic firmiter et inuiolabiliter obseruandis vna nobiscum strennui et honesti famuli, amici nostri Hartwicus de Ritzeouwe, Hartwicus Crummesse, Emeke Parkentyn et Henneke Stake, famuli, promiserunt bona fide. Et nos Hartwicus Ritzeouwe, Hartwicus Crummesse, Emeke Parkentyn et Henneke (Stake), famuli, vna cum amicis nostris suprascriptis predictam composicionem et concordiam perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruandam bona fide promittimus in hijs scriptis. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis nostrorum compromisso-

1) Nach Seite 578 Anm. 1. könnte unter 1365 auch 1364 nach unserer Zeitrechnung zu verstehen sein. 2) So, mit Verletzung der Construction, aber dem Sinne nach verständlich, das Or.

Digitized by Google

rum presentibus ex certis nostris sciencijs sunt appensa. Actum Lubeke et datum anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, feria tercia infra octauas Natiuitatis Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden sechs Siegeln.

DXLVI.

Der Rath von Lübeck verleiht dem Albrecht Bruggemaker für einen der Stadt geleisteten Dienst das Eigenthum einer neben dessen Buden auf dem Markte gelegenen Bude. 1365.

Notum sit, quod Albertus Bruggemaker emit a domino Johanne Scheninghe decem bodas, quarum quatuor sunt bode filtrarie, quinque vero sutorie et vna institoria, sitae supra forum, sicut iacent prope bodam quondam Thidemanni corrigicide.

(Dazu ist unten auf dem Folium später gefügt:) Notum sit, quod Alberto Brugghemaker [dederunt liberaliter] anno Domini MCCCLX quinto bodam quandam, que ciuitati pridem pertinebat, dederunt liberaliter domini consules vnanimiter in recompensam seruicij sui, quod ciuitati fecerat, sitam iuxta decem bodas suas supra sibi asscriptas in huius folij latere presenti, supra[1] arcu circulato seu testudine circulata. Quare sibi asscribi propriam mandauerunt.

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1363, Galli (Oct. 16.), und späterm Zusatze zu derselben.

DXLVII.

Der Rath von Lübeck ernennt den Magister Theodericus Leunoldi zu seinem Procurator am römischen Hofe. 1366. Jan. 6.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino suo Vrbano, diuina prouidencia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Jacobus Plescowe, Johannes Pertzeval, Thidemannus de Warendorpe, Hermannus de Wikkede, Hermannus Gallyn, Bertrammus Vorrad, proconsules; Bernhardus Plescowe, Johannes Plescowe, Zeghebodo Crispyn, Johannes Schepenstede, Johannes Wesler, Bernhardus Cosueld, Bernhardus Oldenborgh, Euerhardus

1) l. super. Vgl. Pauli Lübeckische Zustände S. 205.

Digitized by Google

Zwarte, Dethardus Sachteleuend, Godscalcus de Atendorn, Holto de Alen, Johannes Methler, Bernhardus Pepersak, Hinricus Rigbodo, Hermannus de Osnabrugis, Symon Swertingh, Hinricus de Loo, Albertus Traueman, Euerhardus Morman, Marquardus Ruthensten et Thomas Morkerke, consules, ac vniuersitas ciuitatis Lubicensis cum debita reuerencia deuota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre cupimus fore notum, quod nos more solito ad pulsum campane vocatis omnibus vocandis et presentibus ac consencientibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, fecimus, constituimus et ordinauimus ac per present(es) facimus, constituimus et ordinamus pronidum virum, magistrum Theodericum Leñoldi de Luneborgh, clericum Verdensis diocesis, presencium exhibitorem, nostrum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem in curia vestre sanctitatis, nostro ac cuiuslibet nostrum ac vniuersitatis nostre nomine ad impetrandum et contradicendum tam litteras simplices quam legendas, graciam seu iusticiam continentes, et ad conueniendum in loca et judices et ad iurandum in animam cuiuslibet nostrum et ad prestandum et recipiendum solitas cauciones et ad substituendum alium seu alios procuratorem seu procuratores et ad reuocandum eum vel eos, quociens et quandocunque sibi visum fuerit expedire, et generaliter ad faciendum omnia et singula, que in premissis et circa premissa fuerint oportuna, promittentes nos gratum et ratum habituros, quidquid per dictum procuratorem nostrum vel ab eo substitutum vel substitutos, substituendum vel substituendos, actum seu factum fuerit in premissis aut aliquo premissorum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum et actum in consistorio nostro, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, mensis Januarij die sexta.

Nach einem an der Registratur befindlichen, i. J. 1366 angelegten Copiarius abgesandter Briefe, Fol. 1.

DXLVIII.

Nicolaus, Erzbischof von Lund, Primus von Schweden, befreit die Städte Lübeck, Rostock, Stralsund, Bremen, Hamburg, Kiel, Wismar, Greifswalde, Anclam, Stettin, Neu-Stargard und Colberg, so wie alle Hansestädte, von dem Strandrechte in seinem Sprengel. 1366. Jan. 7.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris Nicholaus, Dei gracia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus presentibus et futuris, quod nos, affectum

Digitized by Google

caritatiue benignitatis ostendentes, dilectis in Christo filiis, ‖ ciuibus et mercatoribus ciuitatum infrascriptarum, videlicet Lubek, Rozstok, Stralessund, Bremen, Hamborgh, Kyl, Wysmer, ‖ Gripeswold, Tangklim, Stetin, Noue Stargharden et Colberghen, ac omnibus et singulis, qui cum eis in earum iusticia, que hansa Theutonica proprie dicitur, comprehensi sunt seu quomodolibet comprehendi dinoscuntur, de gracia concedimus speciali ad instanciam et peticionem illustris principis, domini nostri karissimi, domini VValdemari, Dei gracia Danorum, Sclauorum Gothorumque regis, veram et omnimodam libertatem litorum marinorum, Danico ydeomate dictorum forstrende, ad forum nostrum episcopale spectancium et de facto nobis attinencium in omnibus et singulis finibus seu terminis nostre Lundensis dyocesis, nostris temporibus firmissime duraturam, super omnibus bonis naufragis vvlgariter wrak vel seevvnt vel quocumque alio nomine nuncupatis seu vocatis in danici sermonis et ydeomatis expressiua, condicionibus adiectis infrascriptis: Primo videlicet, quod, quicumque homines de predictis ciuitatibus naufragium passi fuerint, quod absit, in aliquibus terminis seu finibus nostre predicte Lundensis dyocesis nobis attinentibus, et bona sua naufraga wrak vel seevvnt vel quouis alio modo nominata ad dictos terminos nostros applicuerint aut horribilium ventorum aut tempestatum incursibus inpulsa fuerint, extunc huiusmodi bona poterunt saluare et saluari facere et illis frui libere pro sua voluntate secundum leges terre. Item, si adiutorio siue laboratoribus pro saluacione huiusmodi bonorum sic periclitancium indiguerint, protunc aduocatus ibidem eis assistenciam prebeat beniuolam et paratam, fouendo eos et permittendo, vt laboratores conducere possint pro sua pecunia, qui eosdem fideliter iuuent laboribus, consiliis et auxiliis suis, donec predicta bona pro possibilitate ad salubrem saluacionem penitus perducantur. Item, si bona naufraga ad predictos terminos nostre dyocesis nobis attinentes applicuerint siue propulsa fuerint, et homines perierint siue submersi fuerint, talia bona aduocatus noster, si eadem saluata habuerit vel saluata habere poterit, cum scitu bonorum hominum fideliter conscribi faciat et in propinquiori ecclesia vel ad fidelem custodiam apud vnum fidedignum hominem in viciniori loco morantem reponi faciat et conseruari permittat ad vsum et manus heredum illorum, quibus merum ius competit in eisdem, dummodo ipsi infra annum et diem probauerint per litteras suarum ciuitatum, in quibus ciues existunt, se esse veros heredes ad huiusmodi bona, seu quod ea de iure exigere possunt secundum leges terre; et postmodum illis talia bona debeant legaliter assignari dato laboratoribus precio pro labore.

Digitized by Google

In cuius concessionis gracie testimonium et cautelam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum VVorthingeburgis, anno Domini millesimo CCC sexagesimo sexto, in crastino Epyphanie eiusdem.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DXLIX.

Der Knappe Eccard Crummendik urkundet über die von ihm mit dem Lübeckischen Bürger Albrecht von Goslar eingegangene Sühne. 1366. Jan. 24.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Echardus Crummedijck, famulus, recognosco et tenore presencium ‖ firmiter protestor, quod super discordia et controuersia inter me, Hennekinum Plancken et omnes alios famulos meos ‖ ac eciam alios omnes et singulos, quorum interest ad presens uel interesse poterit nomine omnium nostrorum quomodolibet in futurum, ex vna, et Albertum ‖ de Gosler, ciuem ciuitatis Lubicensis, suosque coadiutores, parte ex altera, verbis aut verberibus habitis et perpetratis in ciuitate Lubicensi, sum perpetuis temporibus amicabiliter compositus et concordatus, ita quod nullus nostrum directe uel indirecte, publice uel occulte, temporibus presentibus et futuris vllas actiones contra alium, aut quos interest, super premissis causis et emergentibus ex eisdem intendere debet quomodolibet uel mouere. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Actum Lubeke, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, sabbato ante Conuersionem beati Pauli.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DL.

Der Rath zu Nakskow bezeugt die Einwilligung des Hartwig Hummersbuttel dazu, dass sein Bruder Johann das von ihnen gemeinschaftlich an Lübeckische Bürger geliehene Geld in Empfang nehme und darüber quitire. 1366. Febr. 2.[1]

Juwe erliken heren des rades tô Lubeke wi ratman tô Nacskowe ‖ entbeden vnsen denst. Wytlich do wi juw vnde allen, de dessen ‖ bryf horen, dat de erlike knecht Hartich Hvmmersbotel vor ‖ vns gheseghet, dat id sin

1) Vgl. № 550.

Digitized by Google

wille vnde vûlbort is, dat sin broder, her Johan, dat ghelt neme van den borghern, den se id dan hebben, vnde late se vte juwen boke scryuen, wente ere dink al en is, vnde wil dat stede holden, wes sin broder dar an deyt. Tû tûghinde hebbe wi vnse ingheseghel hanghen an dessen brif, ghegheuen to der Rauensborch, na Godes (bord) drutteynhundert jar in dem sesvndesostygesten jara, an vnser Vrowen daghe to Lichtmissen

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DLI.

Heinrich, Herzog von Schleswig, befreit die Hansestädte vom Strandrechte. 1566. März 24.

Hinricus, Dei gracia dux Slesewicensis. Vniuersis et singulis presens scriptum visuris seu audituris salutem et ‖ omne bonum. Presencium tenore recognoscimus et constare volumus tam presentibus quam futuris, quod nos dilectis nobis ‖ ciuibus et mercatoribus subscriptarum ciuitatum, videlicet Lubeke, Rozstok, Stralessund, Bremen, Hamborgh, Kyl, Wismer, ‖ Gripeswald, Tanklym, Stetyn, Noue Stargardie et Kolberghe, ac omnibus et singulis, qui cum eis in earum justicia, que hanza Theutonica proprie dicitur, comprehensi sunt vel quomodolibet comprehendi dinoscuntur, matura deliberacione prehabita, de consensu et voluntate nostrorum fidelium concessimus et donauimus ac presentibus concedimus et donamus veram et omnimodam libertatem litorum marinorum in omnibus terminis et finibus nostri dominij seu ducatus, quos nos habemus in potestate nostra seu quicumque alius ex parte nostri, perpetuis temporibus duraturam, super omnibus bonis naufragis wlgariter wrak vel zeevund aut quocumqne alio nomine nuncupatis secundum exigenciam juris Danici, quod sonat in hunc modum: Si, quod Deus auertat, quicumque homines de pretactis naufragium perpessi fuerint in aliquibus terminis seu finibus dicti dominij nostri seu ducatus, aut sua bona naufraga wrak vel zeevund aut quocumque alio nomine nuncupata ad terminos nostros applicuerint sine propulsa fuerint, huiusmodi bona poterunt per se vel per alios saluare seu saluari facere et illis vti libere pro sua voluntate absque vllo impedimento. Si vero juuamine vel laboratoribus indiguerint, ex tunc aduocatus ibidem ipsis fauebit et permittet, quod ipsi illos conducant pro racionabili et condigna sua pecunia, qui eos juuent huiusmodi bona saluando conseruare. Si eciam aliqua

Digitized by Google

bona naufraga ad terminos seu fines antedicti nostri dominij seu ducatus applicuerint seu propulsa fuerint, et homines perierint siue submersi fuerint, talia bona aduocatus vicinior aut illius loci potentior saluari et colligi faciet et omnia talia bona saluata et collecta cum scitu bonorum hominum in propinquiorem ecclesiam reponi faciet, et omnia, quaecumque fuerint, redigi in scriptis ordinabit et ipsa fideliter conseruari faciet ad vsus et ad manus heredum seu illorum, qui ipsa de jure poterunt exigere seu postulare, dummodo ipsi infra annum et diem probauerint per litteras suarum ciuitatum, in quibus ciues existunt, se fore veros heredes ad huiusmodi bona, vel quod ea de jure exigere possint; illis talia bona debent sine quouis impedimento libere presentari, dando laboratoribus racionabile precium pro labore. Vt autem presens nostra concessio seu donacio per neminem infringi vel auferri valeat, sed vt stabilis et firma in perpetuum perseueret, sigillum nostrum duximus presentibus appendendum, presentibus fidelibus nostris, validis viris et famosis, dominis Ludero de Lembeke et Johanne Dungh, militibus, et Hennekino Theghemat, ac alijs quam pluribus fidedignis testibus ad premissa. Actum in castro nostro Oppenraa, anno Domini MCCCLXVI, in vigilia Annunciacionis beate virginis Marie.

In dorso von gleichzeitiger Hand: Confirmacio domini Hinrici, ducis Sleswicencis, super bonis naufragis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DLII.

Wilhelm, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, quitirt die Stadt Lübeck über 60 mk jährlich ihm zugesagter und für zwei Jahre an den Propst von Lüne in seinem Namen gezahlter Gelder, und ersucht, dieselbe Summe für die noch übrigen zwei Jahre an denselben zu entrichten. 1366. Apr. 4.

Wilhelmus, Dei gracia dux de Brunswich et Luneborch. Prudentibus ac circumspectis viris, consulibus ciuitatis Lubicensis, nobis sincere dilectis, promocionis affectum. [Vt] per dominum prepositum in Lune, nostrum capellanum dilectum, sumus expediti, quod vos sibi de duobus annis quolibet anno sexaginta marcas puri argenti nomine nostri tribuistis, supplicantes, quatinus eidem domino preposito summam pecunie nobis de residuis futuris duobus

Digitized by Google

annis dandam erogetis, prout inter nos et vos per honorabilem virum, magistrum Johannem Boytyn, nostrum fidelem, existit placitatum, nichilominus dimittentes vos in hijs scriptis de pecunie summa per predictum nostrum capellanum nostri nomine subleuata quitos et solutos, concedentes eidem pecuniam nobis de residuis duobus annis dandam tollendi et vos quitandi de eadem plenariam potestatem. In cuius rei testimonium presentibus nostrum sigillum est appensum, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, sabbato in festo Pasche.

Nach dem Originale auf der Trese; das Siegel ist abgerissen.

DLIII.

Der Rath von Lübeck meldet dem Papste Urban V., dass er auf dessen Wunsch einige seiner Mitglieder nach Liefland gesandt habe, um den Frieden zwischen dem Erzbischofe von Riga und dem Deutschen Orden zu vermitteln. O. J. (1366.) Apr. 12.[1]

Sanctissimo in Christo patri ac domino nostro, domino Vrbano, diuina prouidencia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, deuoti consules ciuitatis Lubicensis cum humili recommendacione deuota pedum oscula beatorum. Vestre sanctitatis litteras cum omni reuerencia, qua decuit, affectanter recepimus, quibus intencionem vestram, videlicet ex parte reuerendi in Christo patris, domini archiepiscopi, et ecclesie Rygensis, nec non magistri et ordinis fratrum hospitalis sancte Marie in Lyuonia, sanctitas vestra nobis declarauit, ipsisque visis et intellectis non immerito vestre sanctitatis desiderium omni studio conati sumus adimplere, quia non solum in isto, verum eciam in quibuscunque alijs, volumus, vt tenemur, et sicut hactenus consueuimus, cum deuocione et reuerencia mandatis apostolicis constanter obedire, imitando vestigia nostrorum predecessorum, qui semper tamquam filij obediencie sancte sedi Romane in omnibus beneplacitis nisi sunt humiliter subiugari. Quapropter pociores nostri consulatus cum magnis laboribus et expensis, ymmo eciam sub grandibus periculis corporum atque rerum, versus Prusciam transmisimus,

1) Am 7. Mai 1366 ward zwischen dem Ordensmeister und dem Erzbischofe zu Danzig eine Vereinbarung getroffen. Vgl. Hermanni de Wartberge Chron. Livon. ed. Strehlke, in Scriptt. rer. Prussicar. II. p. 86 fgg. In der darüber ausgestellten Urkunde (abgedr. im Livl. Urk.-B II. S. 747 fgg.) werden als von Lübeck anwesend genannt der Bürgermeister Jacob Pleskow und der Rathmann Bernhard Oldenborch. Vgl. auch die unten folgenden №№ 563 u. 564.

Digitized by Google

qui cum adiutorio Dei, pacis auctore,[1] pro ordinanda concordia et pace inter prenominatos dominum archiepiscopum et ecclesiam Rygensem, ex vna parte, nec non magistrum et ordinem, parte ex altera, fideliter laborabunt, vt eradicetur zisania discordie inter ipsos per hostem veneficum seminata, que creuit et invaluit heu jam multis annis in katholice fidei non modicum detrimentum et grauamen. Quos Deus gloriosus pro sua pia misericordia faciat bene prosperari, vt vestre sanctitatis desiderium pro vtilitate et commodo parcium Lyuonie et omnium circasitarum regionum necnon pro christiane fidei dilatacione et augmento salubriter impleatur. Sanctitatem vestram pro regimine ecclesie sue sancte conseruet Deus gloriosus. Datum duodecima die mensis Aprilis, nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 1a.

DLIV.

Erich III, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, bekennt, von den Städten Lübeck, Rostock und Stralsund 300 m̃ Lüb. Pf. als Gratification für die Schreiber des Königs Waldemar von Dänemark wegen Ausfertigung eines Sühnebriefes mit den Städten empfangen zu haben. 1366. Apr. 12.

Wi Erik, van der gnade Godes herteghe thû Zassen, thû Engheren vnde thû ‖ Westfalen. Bekennet vnde bethughet openbare in desser scrift, dat wy van ‖ den beschedenen mannen, den radmannen der stede, alse Lubeke, Rostok, Strales|sunde, vntfanghen vnde altheghens vp gheboret hebben drehundert mark lubescher pennynghe thû der behûf vnde thû der hant hern Roders vnde hern Nycolaus Rvsers vnde der anderen scriuere vses heren, des konynghes van Denemarken, alze van der breue weghene der zône twischen vsem vorsproken heren, deme konynghe, vnde den steden, vnde laten desse vorzechten stede van dessen drenhundert marken van vser weghene vnde der vorsprokenen scriuere weghene quyl vnde loos. Des hebbe wy thû bekantnisse desser stücke vse inghesegel an dessen bref ghehenghet. Ghegheuen na Godes bord dritteynhundert jar in deme zesvndesesteghesten jare, des anderen Zondaghes na Paschen.

Nach dem Originale auf der Treue, mit anhangendem Siegel.

1) l. auctoris.

Digitized by Google

DLV.

Graf Adolph von Holstein bestätigt den Verkauf von Alt-Schwochel von Seiten der Brüder Johann, Siegfried, Wulfhard und Detlev Gudow und ihrer Mutter Margarethe an Volquin Partzow und dessen Sohn Hasso. O. J. (Vor 1366. Apr. 23.)

In nomine Domini amen. Adolphus, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes. Omnibus presencia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei geste memoriam notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod constituti coram nobis fideles nostri Johannes, Sifridus, Wulfardus et Detleuus fratres dicti Ghudowe vna cum honesta domina Margareta, ipsorum matre, de voluntate et consensu eiusdem matris sue ac omnium heredum suorum et generaliter vniuersorum et singulorum, quorum consensus ad hoc fuit de jure requirendus, nostro eciam interueniente consilio et consensu, iuste vendicionis titulo rite et racionabiliter resignauerunt et cesserunt fidelibus nostris Volquino Partzowe et Hassone,[1] filio suo, et eorum veris heredibus totam villam Oldenswûchele et curiam eorum sitam in eadem cum quatuordecim mansis et dimidio et omnibus bonis appertinentibus et cum omni jure et proprietate, prouentibus, emolumentis inde potentibus derivari, cum agris cultis et incultis, areis, campis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, lignis, rubetis, siluis et nemoribus, riuis, aquis, aquarum decursibus, instagnacionibus, piscarijs, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, territoriis, terminis ac terminorum distinctionibus, prout nunc jacet in parrochia Arnsbôken et ab antiquo dinoscitur jacuisse, necnon cum omni jure et iudicio supremo, videlicet manus et colli, ac omnibus judiciis intermediis atque minoribus et inferioribus quibuscunque. Dicta eciam domina Margareta, mater ipsorum, suo dotalicio, quod habuit in predictis bonis, libere renunciauit penitus et omnino. Hanc igitur resignacionem cum renunciacione, vt prescribitur, confirmauimus et confirmamus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigillo nostro vna cum sigillis testium infrascriptorum fecimus presens scriptum roborari. Et nós Breyde Rantzowe et Nicolaus Kule, milites; Bertrammus Kule, Gherhardus Hôken, Thidericus Dunker, famuli, premissis omnibus presentes interfuimus, vnde sigilla nostra vna cum sigillo domini nostri Adolphi prenarrati presentibus duximus appendenda in testimonium premissorum. Datum in castro nostro.[2]

Nach dem im Archive des St. Johannis-Klosters bewahrten Originale, mit den sechs an verblichenen grüngelben seidenen Schnüren hangenden Siegeln.

1) l. Hassoni. 2) Der Ort und das Datum sind unausgefüllt geblieben.

Digitized by Google

DLVI.

Der Knappe Volquin Partzow und dessen Sohn Hasso verkaufen das ganze Dorf Alt-Schwochel für 600 mk Lüb. Pf. an das St. Johannis-Kloster in Lübeck. 1366. Apr. 23.

Uniuersis et singulis, ad quorum noticiam deuenerit presens scriptum, Volquinus Partzowe, famulus, et Hasso Partzowe, filius eius, ‖ salutem et omne bonum. Tenore presencium palam profitemur et constare cupimus omnibus euidenter, nos matura deliberacione prehabita ac de ‖ consensu et beneplacito omnium nostrorum verorum heredum, amicorum, consa(n)gwineorum et proximorum, necnon omnium aliorum et singulorum, quorum intererat ‖ seu interesse poterit quomodolibet in futurum, rite et racionabiliter vendidisse et resignasse in Christo deuotis abbatisse, priorisse totique conuentui monialium monasterij beati Johannis Ewangeliste[1] in Lubeke et monasterio pro sexcentis marcis denariorum lubicensis monete nobis[2] integraliter persolutis et in nostros ac heredum nostrorum[3] vsus vtiles et necessarios expositis et conuersis totam villam Oldeswûchele, sitam in parrochia Arnsbøke Lubicensis diocesis, cum curia sita in eadem, habentem quatuordecim mansos agri cum dimidio. Quibus bonis cum omnibus redditibus et attinencijs suis, areis et agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, arboribus, lignis, siluis, nemoribus et rubetis, riuis, aquis, aquarum decursibus, instagnacionibus, piscarijs, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, territorijs, terminis ac terminorum distinctionibus, prout nunc jacet et ab antiquo dinoscitur jacuisse, necnon cum omni jure et judicio supremo, videlicet manus et colli, ac omnibus iudicijs intermedijs atque minoribus et inferioribus quibuscumque, ac cum omni libertate et commoditate, vsufructibus, seruicijs, censu, prouentibus et emolimentis, vniuersisque et singulis vtilitatibus, sicut nobis et ante nos Johanni Gudowen et fratribus suis predicta bona liberius pertinuerunt, et non solum ea libertate, ymmo liberius, prout dominus noster nobilis Adolphus, comes Holtzacie et Stormarie, in litteris suis presentem contractum confirmantibus de speciali sua gracia eis concessit, vti debent et perfrui perpetuis temporibus pacifice et quiete. Ceterum promisimus et per presentes promittimus prenominatis abbatisse, priorisse totique conuentui et monasterio pretacta bona cum omnibus appertinencijs suis ab omni homine volenti juri parere ipsis legitime disbri-

1) fehlt M 557. 2) ipsis, vt recognouerunt. 557. 3) suos ac suorum heredum. 557.

Digitized by Google

gare, expedire et warendizare nostris propriis sumptibus, laboribus et expensis. Renunciamus eciam omni juri, quod nobis seu heredibus nostris communiter vel diuisim competebat seu competere posset quomodolibet in futurum; nolentes contra hunc contractum aut contra aliquam eius partem quidquam obicere, opponere aut vllo modo vnquam contrauenire, dolo quolibet et cuiuscumque excepcionis ope procul motis. Vnde et nos Tymmo Marute, miles, Tymmo Schacht, item; ryke Hennekinus et Marquardus fratres dicti Breyde, famuli, promisimus et presentibus promittimus in solidum coniuncta manu et data fide vna cum suprascriptis Volquino et Hassone, suo filio, dictis Partzowe, omnia et singula prescripta in omnibus suis premissis condicionibus prenominatis abbatisse, priorisse totique conuentui et monasterio firmiter inuiolabiliter exequi et obseruare. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum sigilla nostra vna cum sigillis predictorum Volquini et filij sui Hassonis dictorum Partzowe ex certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, ipso die beati Georgij martiris gloriosi.

Nach dem Originale im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhangenden sechs Siegeln

DLVII.

Adolph, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf des ganzen Dorfes Alt-Schwochel abseiten des Knappen Volquin Partzow und dessen Sohnes Hasso an das St. Johannis-Kloster in Lübeck. 1366. Apr. 26.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Adolphus, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei geste memoriam notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod fideles nostri Volquinus Partzowe necnon Hasso, filius eius, famuli, de nostro ‖ et heredum nostrorum ac fidelium necnon suorum heredum et proximorum ac omnium, quorum consensus ad hoc requirendus fuerat, beneplacito et consensu rite et racionabiliter vendiderunt et ‖ cesserunt *(Das Folgende, wie № 556, bis)* sicut dictis Volquino Partzowe et Hassoni, filio suo, et ante eos Johanni Ghûdowe et fratribus suis, fidelibus nostris, predicta bona liberius pertinuerunt, et non solum ea libertate, ymo liberius, prout in sequentibus continetur, de nostra speciali gracia vti debent et perfrui pacifice perpetuis temporibus et quiete, ita quod non

Digitized by Google

obstantibus gwerris aut sentenciis quibuscumque ecclesiastici vel secularis judicis, inhibicionibus, mandatis seu juris aut facti excepcionibus, quidquid eis de dictis bonis deriuabitur, libere et licite duci facient ad ciuitatem Lubicensem vel alibi, quorsumcumque voluerint, via aquatica vel terrestri. In quo per nos et nostros heredes siue successores aut nostros officiatos vel quoscumque alios de nostris quocumque causa vel casu emergente nullatenus debent impediri. Nec de dictis bonis pretacte moniales et monasterium beati Johannis aut coloni in eisdem bonis residentes prestacionum, precariarum, exactionum, vectigalium seu quorumcumque aliorum seruiciorum onera nobis, nostris heredibus siue successoribus vel cuicumque alteri tenebuntur, sed dicti coloni tantum, si hostilis ingruerit necessitas, ad defensionem terre generalem simul cum aliis occurrere sint astricti. Que quidem bona sepedicti fideles nostri Volquinus et Hasso filius eius Partzowe cum eorum heredibus et proximis ac omnibus, quorum intererat, prenarratis abbatisse, priorisse, conuentui et monasterio coram nobis legitime resignauerunt, renunciaueruntque excepcioni doli mali, non geste rei, non justi precii, non numerati, non traditi, deceptionis vltra dimidium justi precii, beneficio restitucionis in integrum, actioni in factum, et generaliter omni juris canonici et ciuilis auxilio, quo premissa impugnari vel impediri possent in toto vel in parte, promiseruntque pro se et suis heredibus stipulacione sollempni dictis monialibus in bonis pretactis eorumque juribus et attinenciis litem, controuersiam aut molestiam aliquam non inferre, directe vel indirecte, publice vel occulte, nec inferenti consentire aut contra premissa vel eorum aliquod[1] facere vel venire aliqua causa vel ingenio, de jure vel de facto, sed dicta bona cum omnibus appertinenciis suis ab omni homine volenti juri parere ipsis legitime disbrigare, expedire et warandizare suis propriis laboribus et expensis, renunciantes[que] omni jure,[2] quod ipsis seu here(di)bus ipsorum communiter vel diuisim in ipsis competebat seu competere posset in futurum. Et nos ob deuocionem et specialem fauorem, quibus dictas moniales et monasterium prosequi cupimus, vt cultus diuinus, cui semper accrescere volumus, salubriter augeatur, dictam villam, curiam et bona pretacta cum omnibus et singulis suis attinenciis, juribus, vtilitatibus, emolumentis, commoditatibus ac superius expressis libertatibus, nec non cum perpetua proprietate eisdem monialibus et monasterio contulimus et conferimus pleno jure et in ipsas moniales et monasterium trans-

1) l. aliquid. 2) l. juri.

Digitized by Google

tulimus et transferimus in hiis scriptis, volentes, vt ipse predictam villam, curiam et bona prenarrata cum omni jure et proprietate libere habeant, teneant, possideant sine homagio et vasallatu, sic eciam, vt villam predictam, curiam et bona, si voluerint, alienacione quacumque et quandocumque decreuerint, in alias personas ecclesiasticas vel seculares, communitates ecclesiasticas, monasteria aut alios quoscumque vsus transferre poterunt nullo penitus jure vel consuetudine in contrarium valituris, ita tamen, quod ad huiusmodi alienacionem dicte moniales consensum nostrum requirere debent, sed nos ipsis hoc debemus et volumus denegare nullo modo. Testes huius rei sunt fideles nostri, domini Timmo Marute, Johannes de Zigghem, Nicolaus Kule, milites; Gherhardus Héken, rike Henneke Breyde, Otto Raboyze, Hinricus de Zigghem et quamplures alii fidedigni. Et vt premissa omnia perpetuam obtineant roboris firmitatem, sigillo nostro fecimus presens scriptum communiri. Datum et actum in opido nostro Plône, anno ab incarnacione Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, in die dominica, qua cantatur Jubilate.

Nach dem Originale im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhangendem Siegel.

DLVIII.

Der Knappe Heino Scharpenberg urkundet über die von ihm dem Rathe zu Lübeck geschworene Urfehde und das geleistete Versprechen, sich fortan des Strassenraubes zu enthalten. 1366. Mai 15.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Heyno Scarpenberch, famulus, filius Ludolphi Scarpenberch, salutem in Domino. Tenore presencium recognosco publice, quod super capcione et detencione, qua ego pro delicto meo per dominos . . consules Lubicenses et suos captus fueram suisque carceribus ‖ detentus, dum ad preces nobilis viri, domini Hinrici, Holtzacie et Stormarie comitis, dimissus fueram liber et solutus, sub juramento meo ad sancta Dei ipsis . . consulibus sollempniter per me facto et prestito promisi et presentibus promitto, (quod) ipsorum dominorum . . consulum, ciuium ac familiari[or]um eorundem malum de cetero agere non debeo neque volo, publice uel occulte, auxilio, consilio uel fauore, nec eorum vllo vnquam tempore esse aut fieri debeo aduersarius et inimicus, meo vero domino, cui iure astrictus sum, duntaxat excepto. Insuper sub dicto juramento promitto, quod prefatos . . consules, ciues et familiares aut alios quoscunque homines publi-

Digitized by Google

cis stratis transeuntes et excercentes de cetero non debeo spoliare. Super quibus si deprehensus, fuero per supradictos consules atque suos interfectus aut pro tali crimine judicatus, propter hoc prouerbia inter prefatos .. consules et amicos meos alias ordinata non debent infringi, nec ipsis consulibus illud debet imputari. Et nos Ludeke, pater supradicti Heynonis, Make de Tzule de Steynhorst, Vicko, filius domini Johannis Scarpenberch, et Hermannus Scarpenberch, filius Ludekini Scarpenberch militis, famuli, premissa omnia et singula vna cum amico nostro Heynone supradicto insolidum coniuncta manu dataque fide promisimus et presentibus promittimus sine omni dolo et fraude perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruanda. In cuius rei testimonium euidens sigillum meum vna cum sigillis compromissorum meorum ex certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo CCCLXVI^to^, in vigilia Ascensionis Domini.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden fünf Siegeln.

DLIX.

Bürgermeister, Schöffen und Rath von Brügge ersuchen den Rath von Lübeck, sich dem Johann Zonnebalch förderlich zu erweisen, welcher von dem Brügger Bürger Nicolaus Hauweschild beauftragt und bevollmächtigt sei, den Lübecker Bürgern Johann Jonge und Heinrich von Lesten bei ihnen deponirte Schuldbriefe des Erzbischofs von Lund über 2000 Goldgulden abzufordern. 1366. Mai 20.

Viris prouidis et honestis, amicis nostris dilectis, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, burgimagistri, scabini et consules ville de ‖ Brugis in Flandria amiciciam cum salute. Comparens coram nobis dilectus noster oppidanus Nicolaus Hauweschilt nobis exposuit, certas litteras ‖ obligatorias, per quas reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Londensis archiepiscopus, se soluturum promisit dicto Nicolao et Godscalco Bredeuelt duo milia ‖ florenorum aureorum justi ponderis, sub custodia Johannis Jonghe et Henrici de Lesten, ciuium vestrorum, per certas personas (esse) depositas, cuius debiti media pars[1] idem noster oppidanus ad se pertinere asserit. Qua propter discreciones vestras attente requirimus et rogamus, quatinus vocatis et com-

1) l. mediam partem.

Digitized by Google

parentibus coram vobis predictis Johanne et Henrico ipsos taliter informare velitis, quod dictas litteras obligatorias Johanni Zonnebalch, exhibitori presencium, nomine et ad opus dicti nostri oppidani tradant et deliberent expedite; taliter et tantum in premissis precum nostrarum interuentu facientes, quantum nos pro vobis velletis esse facturos in casu simili vel maiori. Qui quidem Nicolaus, oppidanus noster, predictum Johannem Zonnebalch suum, quantum ad hoc, coram nobis constituit procuratorem et nuncium specialem, dans et concedens idem noster oppidanus dicto Johanni, procuratori suo, plenam potestatem et mandatum speciale predictas litteras obligatorias seu partem mediam dicti debiti petendi, leuandi et recipiendi et pro eisdem consequendis et habendis agendi et de hijs, que leuauerit et receperit, quittandi et quitticlamandi ac litteras quittatorias dandi et concedendi, ceteraque omnia alia et singula faciendi, que dictus noster oppidanus faceret aut facere posset et deberet, si premissis personaliter interesset; ratum, gratum et firmum habens et habiturus dictus noster oppidanus sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum, quicquid per dictum suum procuratorem in premissis et ea tangentibus actum, factum, petitum, receptum fuerit et quitatum. Scriptum sub sigillo dicte ville de Brugis, vicesima die mensis May, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel und Rücksiegel.

DLX.

Waldemar, König der Dänen, Slaven und Gothen, ersucht den Rath zu Lübeck, die wegen Tödtung des Marquard Westensee zu entrichtende Entschädigung an Hartwig Westensee, Buschen Sohn, als allein Berechtigten, zu zahlen. O. J. (1366.) Mai 30.[1]

Nos rex Woldemarus Dei gracia Danorum, Slauorum et Gottorum.

Salutacione in Domino premissa. Scire vos volumus honorabiles viros et discretos, dominos proconsules, consules ‖ totamque communitatem ciuitatis Lubik, quod tempore, quo Conradus Bryggemeker vltimo a nobis separabatur, nullum sibi responsum super satisfactione pro morte Marquardi Westense dare

1) Mantels Lübeck u. Marq. v. Westensee S. 54. datirt 1365. Es erscheint aber natürlicher anzunehmen, dass nach Ertheilung der obigen Auskunft die Lübecker alsbald das Wehrgeld gezahlt haben, und, da dies am 8. September 1366 geschah, auch den Brief des Königs diesem Jahre zuzuweisen. Vgl. *M* 586.

Digitized by Google

potuimus, quia, qui satisfactionem | de iure pro morte eiusdem leuare deberet, nobis minime protunc constabat. Sed post recessum eiusdem Conradi a nobis illustri principi, domino Hinrico, Dei gracia comiti Holtzacie, venimus in occursum, vbi et a quo intelleximus, quod Hartwicus, filius Busci Westense, emendam et satisfactionem pro morte eiusdem interfecti subleuare teneretur. Quare petimus, ut ipsam satisfactionem et emendam predicto Hartwico Westense et nulli alteri de iure debitam amicabiliter exsoluatis. Scriptum sabbato Trinitatis, nostro sub secreto tergotenus affixo.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem rautenförmigen, aber ganz unkenntlichen Siegel.

DLXI.

Die Testamentsexecutoren des verstorbenen Magister Ditmar Schulop, Thesaurarius der Schweriner Kirche, bekennen, von dem Rathe von Lübeck 60 mk und damit die ganze von dem Verstorbenen zum Bau der Schweriner Kirche vermachte Summe von 271 mk empfangen zu haben. 1366. Jun. 5.

Nos Hinricus de Bulowe, canonicus Lubicensis et Zwerinensis ecclesiarum ac archidyaconus terre Trybuses, | nec non Johannes Schulop, ciuis Lubicensis, exequtores testamenti magistri Ditmari Schulop, quondam thezaurarij | prefate ecclesie Zwerinensis. Recognoscimus et in hijs scriptis publice protestamur, nos recepisse et in prompta | pecunia plenarie subleuasse ab honorabilibus viris, . . dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, sexaginta marcas lubicensium denariorum de illis ducentis et septuaginta vna marcis per dictum magistrum Ditmarum in suo testamento ad structuram dicte ecclesie Zwerinensis assignatis et sub custodia dictorum dominorum consulum depositis et ad kamerariam ipsorum presentatis. Tenentes nos cum istis dictis LX marcis nobis vltimo solutis de tota principali summa pecunie, videlicet de supradictis ducentis septuaginta et vna marcis, bene contentos et bene pagatos, dimisimus et presentibus dimittimus predictos dominos consules et vniuersitatem Lubicensem de hijs liberos, quitos penitus et solutos, eisdem eciam promittentes, quod nulla vlterior monicio aut aliqualis actio per quempiam subsequi debeat occasione pecunie memorate. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra ex certo nostro scitu presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXVI, in profesto sacrosancti Corporis Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Heinrich von Bülow; das des Johann Schulop ist abgerissen.

Digitized by Google

DLXII.

Der Rath von Ripen beglaubigt bei dem Rathe zu Lübeck den Peter Hatting als von dem Ritter und Mundschenk des Königs von Dänemark Nicolaus von Lembeke zur Wiedererlangung seines von Thomas Nanneson weggeführten Schiffes bevollmächtigt. 1366. Jun. 5.

Honorabilibus viris et circumspectis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lybycensis, ‖ proconsules et consules ciuitatis Ripensis, amicicie, obsequii et honoris continuum incrementum. Noueritis, quod constitutus in presencia nostra strennuus et honestus vir, ‖ dominus Nicholaus de Lembec, miles, illustris principis domini regis Danorum dapifer, fecit, constituit et ordinauit suum verum et legitimum procuratorem ac nuncium specialem Petrum Hattyngh, suum seruitorem, in causa seu causis, quas mouet seu mouere intendit Thome Nannesson super quodam liburno dicto domino Nicholao pertinente et, ipso domino Nicholao penitus ignorante, per eundem Thomam deducto, dans et concedens dicto procuratori suo suam plenam potestatem et speciale mandatum agendi et defendendi, exigendi et extorquendi a dicto Thoma seu a quolibet alio illicito detentore liburnum suum supradictum, ratum habiturus et gratum, quidquid per dictum procuratorem suum actum vel factum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CCC sexagesimo sexto, in crastino Corporis Christi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DLXIII.

Der Rath von Riga ersucht den Rath von Lübeck, den Erzbischof von Riga dahin zu vermögen, dass er mit dem Rathe in freundschaftliche Verhandlungen trete und inzwischen den bei der Römischen Curie anhängigen Process ruhen lasse. O. J. (1366) Jun. 9.[1]

Cum beniuolo obsequioso amicali salutacione premissa. Domini et amici karissimi. Confidenciam de vobis habentes ‖ omnis boni et amicicie specialis, petimus affectanter, quatinus amore seruicij nostri et tamquam ex peticione

1) Vgl. № 553 u. 564 Johann Bolte war Abgeordneter Riga's auf dem zu Johannis 1366 in Lübeck gehaltenen Hansatage. Sartorius II. p. 576.

Digitized by Google

vobis per nos facta ‖ attemptare dignemini apud dominum nostrum, dominum archiepiscopum Rygensem, ex quo cum dominis de ordine milicie Christi se composuit et conformauit, si causam inter ipsum et nos in Romana curia ventilantem suspendere velit longius, ut in ipso habere potestis, ita quod ipse per se uel per suos procuratores contra nos, et nos nec per nos ipsos neo per procuratores nostros contra ipsum nichil actionis ibidem in curia Romana tempore dicte suspensionis habeamus, et ut interim dominis frui possimus, sicut modo, et ut eciam medio tempore prefate suspensionis terminus assumi possit et constitui placitandi, vbi et in quo loco sibi et vobis conueniens esse videtur, iura nostra declarandi. Et quid ab ipso vobis responsum fuerit, domino Johanni Bolthen, socio nostro consulari, petimus publicari. Nam si ad premissa velit, procuratorio huic littere annexo[1] vti potestis ad premissa. Et extunc amore seruicij nostri caucionem super premissis seruandis et adinplendis faciatis, de qua indempnes vos seruabimus, gratum et ratum habentes, quicquid super premissis per vos fuerit ordinatum; exhibentes vos ad premissa amore seruicij nostri studiosius ut potestis, nam vis specialis in premissis nobis est et consistit. Petimus eciam, ut apud dictum dominum archiepiscopum nos habeatis excusatos ex eo, quod litteras sibi nec nuncios transmisimus nec reuerenciam exhibuimus pro presenti, quia dubitauimus, eum Lubeke adhuc esse, cum rumor sic fuit, quod jam Auinionem transmisisset. Valete in Christo, nobis precepturi confidenter. Scripta feria tercia infra octauas Corporis Christi, nostro sub secreto.

Per consules ciuitatis Rygensis.

In dorso: Honorabilibus et discretis viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, nostris amicis dilectis, detur.

Nach dem auf der Trese bewahrten Originale auf Papier, mit den Einschnitten für das Siegelband und Resten des aufgedrückten Siegels.

1) N. 564.

DLXIV.

Der Rath von Riga bevollmächtigt den Rath von Lübeck, mit dem Erzbischofe von Riga wegen Suspendirung des bei der Römischen Curie anhängigen Processes und wegen Bestimmung eines Vergleichstermins zu unterhandeln. 1366. Jun. 9.

Vniuersis et singulis presencium noticiam habituris proconsules et consules ciuitatis Ryge in vero salutari ‖ salutem. Presentibus recognoscimus et testamur, nos honorabiles viros, amicos nostros sincere dilectos, dominos ‖ proconsules et consules ciuitatis Lubicensis, absentes tamquam presentes fecisse, constituisse et ordinasse ac ‖ presentibus facere, constituere et ordinare nostros et ciuitatis nostre Rygensis veros et legitimos procuratores ad causam in Romana curia inter venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum nostrum archiepiscopum Rygensem, et nos pendentem suspendendam, prout ad inuicem de tempore concordabunt, ita quod tempore suspensionis idem dominus noster archiepiscopus nec per se nec per procuratores suos contra nos, et nos nec per nosmetipsos nec per nostros procuratores contra ipsum in eadem curia Romana quicquam et nichil actionis habeamus, et quod tempore eiusdem suspensionis dominis, sicut modo, frui et gaudere valeamus, et ad terminum placitandi medio tempore suspensionis prefate assumendum et constituendum, quando et vbi dicto domino nostro archiepiscopo ac dictis nostris procuratoribus videtur expedire, ut commodose poterimus interesse et aduenire, ibidem nostra et ciuitatis nostre iura declarandi, et generaliter omnia et singula, que nos constituentes facere possemus, si presentes essemus, circa premissa faciendum; promittentes, nos nostri et ciuitatis nostre nomine gratos et ratos habituros, quicquid per dictos nostros procuratores actum seu factum fuerit in premissis et circa premissa et quodlibet premissorum, volentes dictos nostros procuratores ab omni onere satisdacionis releuare. In testimonium premissorum secretum nostrum sub anno Domini M̂CĈCLXVI, feria tercia infra octauas Corporis Christi, presentibus tergotenus est inpressum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem theilweise erhaltenen Secret.

Digitized by Google

DLXV.

Der Rath von Lübeck erklärt sich bereit, an den Kaiser Karl IV. auf dessen Wunsch Abgeordnete nach Tangermünde zu schicken, und ersucht um sicheres Geleit für dieselben zur Hin- und Rückreise. 1366. Jun. 10.

Gloriosissimo ac inuictissimo principi ac domino, domino Karolo, diuina fauente clemencia Romanorum imperatori semper augusto et Bohemie regi, domino nostro graciosissimo, humiles vestri consules ciuitatis vestre Lubicensis cum humillima recommendacione ac obediencia ad queuis mandatorum, seruiminum et beneplacitorum genera se jugiter beniuolos et paratos. Venerande imperialis vestre maiestatis litteras, [que] in quibus inter cetera nobis mandauit, quatenus nostros quosdam conconsulares nostro ac vniuersitatis nostre nomine ad vestram imperatoriam presenciam in Tanghermünde, quando tamen illam ibi fore litteris vestris nobis antesignabitis, legare studeamus, exultantibus animis et omni reuerencia, prout decuit, recepimus, animaduertimus easque intelleximus luculenter, imperiali vestre celsitudini presentibus significantes, nos huiusmodi mandatis vestris, quemadmodum hactenus fecimus et perpetuo faciemus, velle beniuole et diligentissime, prout tenemur, obtemperare et obedire, tryumphali vestre magnificencie, que rebellium audaciam refrenat et suos regali semper brachio defensat, presentibus intime supplicantes, quatenus, cum non paucos aduersos insultus hostilesque semper patimur laqueos et incursus, dignemini nobis de securo conductu pie prouidere, ita quod nostrates nuncij consulares litteris vestris nobis prelegatis possint imperialem vestram presenciam pre omnibus principibus, dominis, militibus, famulis et alijs quibuscumque, qui vobiscum fuerint, accedere in loco predicto et de eodem recedere et ad propria redire tranquilli, saluis rebus et corporibus, tuti et securi. Regiam et imperialem vestram personam Altissimus pro regimine et tuicione populi sui fidelis conseruare dignetur in regno et maiestate per tempora felicia et longeua. Datum in ciuitate vestra Lubeke, decima die mensis Junij, regni vestri anno vicesimo, imperij vero duodecimo, nostro maiori sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 24a.

Digitized by Google

DLXVI.

Aufzeichnung über die Liquidation einer Handlungssocietät zwischen dem Rathmann Bernhard Pepersak und Heinrich Koch. 1366. Jun. 15.

Notandum, quod dominus Bernhardus Pepersak et Hinricus Cocus presentes ad istum librum recognouerunt, se fecisse compotum legalem de omnibus bonis sue societatis mercimonialis, que computare et disponere habebant usque in presentem diem, ita quod in sua societate manent eis ambobus simul bona, que subscribuntur: Primo in Frankenvord in debitis XV$^{C.}$ et XVIIł floreni. Et in via versus Frankenvord VII$^{M.}$ varij operis, que constabant VI$^{C.}$ florenos minus IIł florenis. Item Erfordie cum socio eorum Henningho de Kemme IIII^{C} floreni. Item C et II marce puri, que constabant V$^{C.}$ et LXXX florenos; quam pecuniam miserunt per Henninghum de Renthele versus Rygam. Summa premissorum III$^{M.}$ et XLV floreni.

Preterea memorati dominus Bernhardus Pepersak et Hinricus Cocus habent simul in Lubeke XIII ballas sardoci, que constabant XVI$^{C.}$ et LVI aureos. Item habent C et XXIIII talenta croci, que constabant III$^{C.}$ et XL aureos. Item XVI mensuras tritici et vnum equum, qui constat XLII aureos. Item in promptis denarijs C et LXVIIł aureos. Item in prompto argento IIII$^{C.}$ marcas puri et XIIII marcas erfordenses, que constabant XXIII$^{C.}$ et LXX aureos. Summa premissorum: VII$^{M.}$ et VI$^{C.}$ et XXł aurei. Tocius prescripte pecunie media pars domino Bernhardo, et media pars Hinrico pertinet, que vltra stabit sub pari auentura vtrorumque, quamdiu eis ex vtraque parte placebit. Computatum et scriptum anno Domini M̃CCC̃LXV̊I, die beatorum Viti et Modesti.

Nach einer Inscription des Nieder Stadtbuches.

DLXVII.

Der Rath von Lübeck rechtfertigt sich gegen den Herzog Bugislav von Stettin wegen der Beschuldigung, dass eine Beraubung der Unterthanen des Herzogs von Lübeckischen Söldnern geschehen sei. O. J. (1366.) Jun. 18.[1]

Insigni principi ac domino generoso, domino Bonislao,[2] duci Stetynensi, suo fautori presincero, consules ciuitatis Lubicensis paratam in omnibus seruiminis et complacencie voluntatem. Significauerunt nobis quidam nostri

1) Das obige Schreiben ist im Copiarius das erste unter den an Herzoge und Grafen gerichteten; über der Seite steht: 1366, Marcelli (Jun. 18.). Das nächstfolgende Schreiben ist vom 10. August datirt (.N 579), das dritte (.N 585) trägt die Jahreszahl 1366. 2) l. Bogislao.

Digitized by Google

conconsulares dilecti, nuper in presencia vestra in ciuitate Kolbergensi constituti, qualiter vos super nobis incusaciones mouetis et querelas occasione cuiusdam facti, quo nostros familiares dicitis nuper vestros subditos in mari rebus et bonis suis spoliasse, adicientes, vos litteras vestras nobili domino, domino Adolfo, comiti Holtzacie et Stormarie, pro indaganda huius facti veritate desuper legasse, qui vobis insinuasse debuisset, nostros familiares huius facti fore reos. Super quibus articulis dominacioni vestre rescribimus et respondemus presentibus sub hac forma, quod vtique tales prenotati vispiliones tunc, cum huiusmodi spolium perpetraretur, nostri non erant familiares, ymmo nostri publici emuli et aduersarij, quemadmodum adhuc sunt in presenti, qui non solum vestros, verum eciam alios bonos homines, similiter et nos et nostrates, eodem prescripto tempore spoliarunt, sicut de hoc extat publica vox atque fama, et igitur, quantum pro nostra parte, eosdem sumus jure prosequti. Quocirca dominacioni vestre supplicamus attente per presentes, quatenus tales vestros subditos premissum factum nostratibus sic inpingentes compellere dignemini, vt coram vobis aut quibuscunque contra nos et nostros nullas decetero moueant querelas nec faciant grauaciones aliquales. Ceterum super secundo articulo premisso memoratum dominum, comitem Adolfum, interrogauimus, qui respondens asseruit, se, sicut recoleret, nullas penitus vobis legasse litteras, quibus vobis indicaret, nostros familiares dicti spolij fore reos. Et vltra, quod plus est, si vobis in hijs non suffecerit, extunc verificare volumus, qualiter, quando, vbi et coram quo seu quibus teneamur, quod prenotati vispiliones tempore huius spolij nostri non erant seruitores. Quare vestra, quesumus, reuerencia nos de hoc excuset et inde non grauet quouismodo, quum semper vos et vestros promouere consueti sumus, et adhuc semper promouere volumus pro posse nostro beniuole cum effectu. Dominus vos conseruet in longeuitate et salute, nobis precipientes confidenter. Datum XVIII^a^ die mensis Junij, nostro sub sigillo. Responsum graciosum nobis petimus reformari.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 48ᵃ.

Digitized by Google

DLXVIII.

Schöffen und Rath von Dordrecht geben dem Rathe von Lübeck Nachricht von einem Streite zwischen Martin Rasseborg aus Danzig einerseits und Thomas Minnenson und Peter Hatting andererseits wegen Rückzahlung einer Schuld und Lieferung eines Schiffsmastes, auch von der Art, wie der Streit schliesslich ausgeglichen sei. 1366. Jun. 18.[1]

Alle den ghenen, die desen brief zullen zien of horen lesen, sonderlinghe den eerzamen, wisen heren ende besceyden, den raed van der ‖ stad van Lubeke, onsen lieuen ende gheminden vrienden, scepenen ende raet der stede van Dordrecht met alre vriendelichede ende jonsten ‖ saluut ende kennisse der warheyt. Wi gheuen v te kennen, dat vor ons siin comen in den gheineynen rade vele goeder lude, beyde porters ‖ ende anders goede reckelic ende gheloeflike coepmans ende makelaers, die ons in kenliker warheyt ende bi horen eede hebben aneghebrocht ende ghetuucht, dat Martiin Rasseborgh van Danzic hier vortiits in Inglant was ende leende daer Domaes Minnensone ende Pieter Hattinc twaelf pont grote. Ende die zelue Domaes ende Pieter hadden doe in Inglant eenen cogghe, daer of dat si Martiin den mast vercoften om een besproken ghelt. Des ghauen si Martiin eenen openen brief van desen twaelf pont groten ende den mast te levren, alssi op dese zide van der zee quamen, also dat si te ghader Tordrecht quamen gheladen met colen. Ende doe si vercoft hadden ende los waren, doe begheerde Martiin siin ghelt te hebben, also siin brief hilt, ende den mast. In desen, eer Martiin dit ghelt of den mast hadde, soe verurachten Domaes ende Pieter vorseit desen cogghe eenen Jhanne den Stocker met sinen gheselscep te Reuel waert, ende gaf desen Domaes ende Pieter hore heele vracht van den zoute, datter in was. Dit vernam Martiin ende begheerde doe siin ghelt ende mast te hebben, alse vorscreuen is; des en conde hem nyet ghescien. Doe quam hi met sinen waert voer onse gherechte Tordrecht ende claghede, dat hem sine vorwaerde na sinen brieuen niet worden en mochte. Ende die goede lude omboden desen Domaes ende Pieter vor hem ter antwerde, die welke quamen vor ons ende beliden hem der vorwaerde ende des briefs, alse vorscreuen is. Daer segheden hem die goede lude, dat si te gader ghinghen met horen waerden an beyden ziden bi goeden scipheren ende coepluden, alssi deden om te verliken. Daer worden si eendrachtich op beiden siden,

1) Vgl. № 562.

Digitized by Google

also dat hem Martiin den mast gaf om sestien pont grote die scult ghehoghet op teerste ghelt. Doe bleuen si hem sculdich acht ende twintich pont grote, ende die loefden si Martiin te gheuen, eer si van den lande voeren; ende als die cogghe was gheladen, hiesch Martiin siin ghelt, ende si zeyden, sine haddens niet. Doe leyden si Martiin vor oghen, of hi des ghelts beyden woude, tot dat si an dander zide van der zee quamen. Des en was Martiin niet ghestaedt te doene, ende woude emmer tghelt hebben, eer die cogghe varen zoude; oec wilden die vrachtlude van steden wesen met horen goede, des hem niet ghescien en conde ouermids commer van sculden ende scipmannen ende vitaelgen, also dat Domaes, dese eene scipheere van den cogghe, vten weghe ghinc omtrent viif daghe of sesse. Des waren die coeplude zeer beghanghen ende spraken an Pieter Hattinc, den andren scipheer, om den cogghe toe te reeden. Die antworde, dat hiis gheene macht en hadde buten sinen ghezelle, hine moste den cogghe slechts vercopen. Daer omboet hi Domaes, sinen gheselle, ende si droeghens beyde ouereen, dat si Martiin Rassenborch van desen cogghe vercoften die eene helft ende den vrachtluden dander helft, den heelen cogghe met alle sinen toe behoren om tseuentich pont grote, met goeder witteliker vorwaerde, daer si beyde desen cogghe gheloeft hebben te waren, als men vri goet pleecht, van allen antale, daer vele goeder lude ouer ende ane waren in ouser stede, ende daer goede zeker vorwaerden ende brieue of siin ghegheuen ende wel besproken sonder enich archlist. Hier omme, want ons dese zaken aldus claerlic bi goeder lude ghetughe anecomen siin, ende dese zaken so kenlic ende openbaer siin ghesciet in onser stede, soe hebben wi om goeder lude bede in kennissen van warheden dese lettre open bezeghelt met onser stede zeghel ten zaken, int jaer ons Heren M̊CCC̊ sesse ende tsestich, des Donredaghes vor sinte Jans dach te midzomer.

Nach dem Originale auf der Trese; das Siegel ist vom Siegelbande abgeschnitten.

DLXIX.

Der Rath von Rostock bekennt, von dem Rathe von Lübeck in Folge der im Jahre 1364 unter den Seestädten gehaltenen Abrechnung 1331 m̊ Lüb. Pf. empfangen zu haben. 1366. Jun. 25.

Nos consules in Rozstok recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod famosi et honesti viri, domini consules ciuitatis Lubeke, nobis mille trecentas et triginta ac vnam marcas lubicensium denariorum racione

Digitized by Google

computacionis, alias in Sundis per honorandos viros, dominos | consules maritimarum ciuitatum in confederacione existentes, anno Domini MCCC sexagesimo quarto, ipso die beatorum Mauricii et sociorum eius, concorditer facte,[1] in prompta numerata pecunia persoluerunt, de quibus ipsos consules Lubicenses pronunciamus quitos et dimittimus absolutos. In cuius rei testimonium nostre ciuitatis maius sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Rozstok, anno Domini MCCC sexagesimo sexto, in vigilia Natiuitatis beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem ziemlich erhaltenen Siegel und Rücksiegel.

DLXX.

Johann, Bischof von Dorpat, bestätigt den Brief des Rathes von Dorpat an den Rath von Lübeck in Betreff der Beschlagnahme von Gütern Dorpater Bürger durch den Grafen von Hoya und ersucht, jene Bürger zu entschuldigen, wenn sie zur festgesetzten Zeit nicht sollten in Lübeck eintreffen können, und sie in ihrer Angelegenheit bestens zu unterstützen. 1366. Jun. 23.[2]

Johannes, miseracione diuina Tharbatensis ecclesie episcopus. Vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem | et sinceram in Domino caritatem. Ad vniuersitatem vestram deducimus per presentes, quod constituti coram nobis in castro nostro Hazelʼdorpe, decima septima die mensis Junij, prouidi ac discreti viri, dominus Godschalcus de Kaspel, proconsul, Johannes Vincke | ac Hinricus Volmesteu, ciues nostre ciuitatis Tharbatensis, quandam litteram nobilis domini, domini Johannis, comitis in Hoya, eodem die ipsis presentatam, publice producebant, continentem inter cetera, quod idem dominus comes in Hoya de litteris patentibus nostri consulatus Tharbatensis, honorabilibus et discretis viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, directis super iuramentis, a dictis domino Godschalko de Kaspel, Johanne Vincken, Hinrico Volmesten et alijs, quorum interest, receptis pro bonis eorum et rebus alias in ciuitate Nigenborgh occupatis et detentis et per eundem comitem pro parte iam restitutis, minime foret contentus nec eis fidem adhibere vellet plenius creditiuam. De quo nostri ciues memorati non

1) Vgl. Sartorius II. S. 563. Z. 5 fg. von unten. 2) Vgl. № 571.

Digitized by Google

modicum turbati, ipsum comitem in litteris prescriptis stare contentum penitus estimabant. Vnde nos, ipsorum nostrorum ciuium iusticiam scientes et considerantes, vniuersos nostros dominos fautores et amicos, quibus presencia exhiberi conti[n]gerint, votiuis precibus exoramus, quatenus dictos nostros ciues, quibus[1] presens tangit negocium, si eos in termino assignato et acceptato Lubek pro huiusmodi negocio expediendo propter venti instabilitatem et contrarietatem seu alia legitima et racionabilia impedimenta quosdam eorum impediencia venire non contingat, excusatos ob precum nostrarum instanciam[2] habeatis, eos[que][3] ad ius seu iusticiam eorum erga dictum[4] comitem in Hoya promonentes diligencius et iuuantes ipsumque inducentes, vt contentus in litteris proconsulibus et consulibus, vt premittitur, transmissis maneat, de quibus sibi plena fides facta exstitit per eosdem, quod erga vos et vestros loco et tempore se offerentibus promerebimur requisiti. Datum et actum Tharbati, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, in vigilia beati Johannis Babtiste, nostro sub appenso sigillo in testimonium euidencius premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese; von dem Siegelbande ist das Siegel abgeschnitten.

DLXXI.

Bürgermeister und Rath von Dorpat ersuchen, ihre in einem Streit mit dem Grafen von Hoya begriffenen Mitbürger zu entschuldigen, wenn sie zur festgesetzten Zeit nicht sollten in Lübeck eintreffen können, und sie in ihrer Angelegenheit bestens zu unterstützen. 1366. Jun. 24.

Vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, proconsules et consules in Tarbato obsequium et sinceram in ‖ Domino caritatem. Vniuersitati vestre facere notum affectamus per presentes, quod quedam littera generosi et nobilis domini, domini ‖ Johannis, comitis in Hoya, per copiam nobis transmissa fuit, et est nobis in crastino beatorum Viti et Modesti martirum presentata, que inter cetera continebat, quod idem dominus comes in Hoya de litteris nostris patentibus, honorabilibus et prudentibus viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis directis super iuramentis nostrorum dilectorum conciuium, quorum bona anno proxime preterito in ciuitate Nygenborgh occupata fuerant et detenta, minime foret contentus, de

1) l. quos, wie M 571. 2) ob seruiciorum nostrorum intuitum. 571. 3) eos. 571. 4) prefatum dominum. 571.

Digitized by Google

quo eidem nostri conciues non modicum sunt turbati, qui eum dominum comitem in Hoya in litteris prescriptis stare contentum penitus credebant et sperabant. Vnde vniuersos et singulos, quibus presencia contigerint exhiberi, sinceriter et obsequiose in Domino deprecamur, quatenus ipsos nostros conciues, quos presens *(Das Folgende, wie № 570, bis)* diligenter et iuuantes. Datum et actum nostre ciuitatis sub sigillo presentibus appenso, anno Domini M̊C̊C̊C̊L̊X̊ sexto, ipso die Natiuitatis beati Johannis Baptiste, in testimonium euidencius premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese; das Siegel ist nicht mehr am Siegelbande.

DLXXII.

Die Rathmänner der in Lübeck versammelten Seestädte ersuchen den König Hako von Schweden und Norwegen um die Rückgabe dreier von den Vasallen des Königs geraubten Schiffe. 1366. Jun. 24.

Sereno principi ac domino glorioso, domino Haquino, regi Swecie et Norwegie, suo fautori sincerissime dilecto, consules ciuitatum maritimarum in dato presencium Lubeke congregati sinceram in singulis beneplaciti ac seruiminis voluntatem. Regali vestre magnificencie venerande, nobis specialiter adamande declarare conamur presencium ex tenore, qualiter nonnulli mercatores ex nostris in nostrum omnium comparentes presencia nobis insinuarunt grauiter et querelose, se alias per vos et vestros tribus nauibus et bonis fore prinatos, quarum vnam parui Arnoldi naucleri et alteram Grawecop de Rostok Dorkel Barûn abstulit in portu Gethekor, primam circa annum Domini MCCCLXIII$^{m.}$ et secundam circa annum LXIII$^{m.}$ in hyeme, terciam vero Angelbeken vasalli vestri anno preterito in Zuderwiderholm abstulerunt. Quam ob rem magnificencie vestre venerande supplicamus cordintime et studiosissime per presentes, quatinus, habentes pre oculis Deum et justiciam ac vestri regalis honoris decorem nostramque voluntariam seruitutem, dignemini id efficere et ordinare, vt memoratis mercatoribus pretacta bona restituantur vel alias refundantur amicabiliter et expedite, cum per priuilegia ipsi mercatori per vestros predecessores indulta hec concesse sint libertates, quod, si discordie seu inimicicie inter vos et inter ciuitates hanse Theutonice orirentur, quod absit, adhuc mercatores harum ciuitatum debeant esse in regno vestro et in omnibus finibus eius tuti et securi per annum et diem in victualibus, corpori-

Digitized by Google

bus et rebus, cuius simile habere debeant in ciuitatibus predictis mercatores terre vestre, attendentes eciam, quesumus, verba, que nuncijs consularibus quibusdam nuper apud vos in Werdynghborgh constitutis dixeratis, quod nos et nostrates velletis semper promouere et in nullo impedire idque efficere, vt bona superius expressa reddi vel saltem refundi deberent. Vnde vestra, quesumus, regalis dignitas ista sic per vos dicta perducere dignetur ad effectum, non facientes irrita priuilegia prenotata, sic ordinantes, vt graciam vestram et beniuolenciam apud nos et nostros senciamus efficacem, pro quibus vestre reuerencie ad seruiendum et complacendum inueniri volumus promiores. Responsum vestrum benignum et graciosum nobis petimus reformari. Datum anno Domini MCCCLXVI, festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste, sub sigillo consulum Lubicensium, quo omnes vtimur in presenti.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 32a.

DLXXIII.

Die Rathmänner der in Lübeck versammelten Seestädte fordern die Ritter Lippold und Johann von Vreden auf, den Bremern den ihnen in Verbindung mit dem Erzbischofe Albrecht von Bremen zugefügten Schaden wieder zu erstatten. 1366. Jun. 24.

Robustis viris et famosis, dominis Lippoldo et Johanni dictis de Vreden, militibus, consules ciuitatum maritimarum in dato presencium Lubeke congregati, quantum poterunt honoris et salutis. Noueritis, quod nobis in presenti congregacione existentibus consules ciuitatis Bremensis per suos nuncios et litteras conquesti sunt lamentabiliter et querelose, qualiter vos et vestri coadiutores et complices in hac parte vna cum domino Alberto, archiepiscopo Bremensi, se et ciuitatem suam sine diffidacione premissa,[1] ymmo in bona securitate et terre pace, id est landfrede, per ipsum et suos facta ac litteris, quarum copias et tunc vidimus et audiuimus, per se et suos sigillatis roborata, expugnastis, eorum conciues interfecistis atque seras eorum confregistis, ex quibus clenodia, priuilegia, sigilla et eorum bona abstulistis, ac ipsis innumerosa varia et grauissima dampna intulistis. Vnde dictis consulibus Bremensibus instantibus et exigente ordine juris, quo ipsi nobiscum participant, repu-

1) *Premissa* steht im Copiarius eine Zeile tiefer, hinter *facta*.

Digitized by Google

tauimus jure et racione dignum, vt pro eis intercedamus et moneamus honestatem vestram presentibus, attente rogantes et monentes, quatinus Dei justicie intuitu vos et vestri complices memoratis consulibus et ciuitati Bremensi huiusmodi dampna refundatis, ablata restituatis ac equitatem faciatis proinde condignam, informantes dominum vestrum archiepiscopum predictum, vt voluntatem suam hijs adhibeat, eis dampna eorum restauret ac efficaciter satisfaciat pro premissis. Datum anno Domini MCCCLXVI, in festo Natiuitatis beati Johannis, sub secreto consulum Lubicensium, quo omnes vtimur ista vice.

Nota, quod littere eiusdem tenoris misse sunt simul Johanni Clûnere, Johanni de Elzen et Syfrido Bok, famulis, vasallis domini archiepiscopi Bremensis.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol 64a.

DLXXIV.

Bürgermeister und Rath zu Pernau ersuchen den Rath zu Lübeck, dem Dorpater Rathmann Gottschalk vam Caspele zur Wiedererlangung von zwei Tonnen Pelzwerk, welche ihm der Graf von Hoya vorenthalte, behülflich zu sein. 1366. Jul. 8.

Viris magne reuerencie et honestatis, nostris amicis dilectis, dominis proconsulibus et consulibus in Lubeke, proconsules et consules ‖ in Perona bonam voluntatem ad omnia genera mandatorum cum seruitutis incremento. We don witlik iuwer erhafticheyt, dat her Godescalk van de Caspele, en ratman to Darbete, quam to der Pernowe vnde hadde ‖ syk dar vp ghesatet vnde ghereth, dat he ouer theen wolde dorch des ghudes willen, dat ome to voriaren entholden wart van des greuen weghene van der Hoye, alse twe tunnen werkes. Des wart deme vorbenomeden her Godescalke we to der Pernowe, dat he van groter krancheyt nicht ouer komen en konde. Dat is vs altomalen wol wytlyk, vnde betughet dat in desseme openen breue, de beseghelt is mit vses stades ingheseghele. Vortmer so dede de vorbenomede her Godescalk sinen vullenkomenen eyt dar to vnde swor dat vor vs vppe den hilghen, dat dat benomede ghût do sin was vnde noch sin is, vnde do van Darbete was vnde noch van Darbete is. Den eyt dede he vor vs in siner krancheyt to der Pernowe, vnde dat betughe we auer in desseme suluen breue. Hir vmme so bidde we iuwe erhafticheyt, dat gy ome behelpelik sin mit iuwen

Digitized by Google

breuen, vnde wor gy ome mede behelpelik moghen wesen, wente alle desse sake aldus syn: des moghe gy jv ghensliken to vs vorseen. To ener betuchnisse des hebbe we vnses stades ingheseghel vor dessen openen bref ghehanggen. Actum et datum in Perona, sub anno Domini MCCCLXVI, feria quarta proxima post octauam apostolorum Petri et Pauli, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Trese; das Siegel ist vom Siegelbande abgeschnitten.

DLXXV.

Die Knappen Otto Dissow und Heinrich Bocstaf urkunden über ihre dem Lübecker Rathe geschworene Urfehde. 1366. Jul. 25.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Otto Dissouwe et Hinricus Bocstaf, famuli, sernicium cum ‖ noticia subscriptorum. Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, nos fecisse, jurasse ac ‖ sollempniter promisisse pro nobis et nostris amicis natis et nascendis ac pre *(sic)* omnibus alijs, qui quicquam ‖ facere seu dimittere voluerint nostri causa, honorabilibus et circumspectis viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, veram orueydiam perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruandam pro et ex eo, quod nos capti fueramus per aduocatum consulum predictorum, et in ipsorum turri nos captiuos per aliquod tempus fecerunt detineri, ita quod nec nos nec aliquis nostri nomine, auxilio, consilio uel fauore, publice uel occulte, ipsis . . consulibus, ciuibus aut familiaribus eorundem aliquod malum inferre debemus vllo vmquam tempore ob premissam causam et emergentibus ex eadem. Et nos Otto Dissouwe, pater prefati Ottonis, et Iwanus Dissouwe, famuli, premissa omnia et singula vna cum amicis nostris Ottone et Hinrico supradictis promittimus inuiolabiliter perpetue obseruanda. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis nostrorum compromissorum presentibus sunt appensa, sub anno Domini MCCCLXVI^to^, sequenti die beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden vier Siegeln.

Digitized by Google

DLXXVI.

Der Rath von Lübeck ersucht den König Waldemar IV., zehn Stück Wachs, die bei Falster aus einem Schiffbruche gerettet worden, zwei Lübeckischen Bürgern, welche alleinige Eigenthümer desselben seien, gegen einen angemessenen Bergelohn zurückgeben zu lassen. O. J. (1366. Um Jul. 25.)[1]

Inclito ac glorioso principi, domino Woldemaro, Danorum, Slauorum Ghotorumque regi, consules ciuitatis Lubicensis cum humili recommendacione beniuolam voluntatem in omnibus complacendi. Vestram magnificenciam scire desideramus, quod constitutus coram nobis Johannes van der Weze, incola nostre ciuitatis, suo juramento confirmauit, quod illa decem frusta cere, que fuerunt in naui dicta holk, quam duxit Hinricus Schiphorst et ante terram Falstrie in die Cene Domini proxime preterita periclitabatur, sibi et socio suo Wichmanno Theddinkhuzen, eciam incole nostre ciuitatis, veraciter pertinent, et in dicta cera nullus extraneus habet aliquam partem. Vnde vestre maiestati humiliter et deuotissime supplicamus, quatenus huiusmodi ceram Hinrico, seruitori nostro, presencium ostensori, presentari faciatis, retento pro precio laboratorum, quod equum fuerit, prout magister Johannes, notarius noster, cum Johanne Allerstorpe, aduocato vestro in Nykopinghe, in presencia vestre magestatis concordauit. Vestram magnificenciam conseruet Deus gloriosus. Datum nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 32a.

DLXXVII.

Der Rath von Lübeck bezeugt dem König Waldemar IV., dass, wenn ein Lübecker Bürger, Namens Dapper, sich bei Gewaltthätigkeiten gegen die Unterthanen des Königs betheiligt habe, dies wider sein, des Rathes, Wissen geschehen sei. 1366. Jul. 25.[2]

Magnifico ac glorioso principi, domino Woldemaro, Danorum, Slauorum Ghotorumque regi, consules ciuitatis Lubicensis cum humili recommendacione ad omnia beneplacita beniuolam et obsequiosam voluntatem. Significauit nobis

1) Das Schreiben folgt im Copiarius auf № 572 vom 24. Juni d. J. und steht unmittelbar vor № 577, mit welchem es zugleich abgesandt worden ist, wie aus der gleichen Fassung und der Erwähnung derselben Lübeckischen Beamten hervorgeht. 2) Datum und Jahreszahl sind oberhalb des Briefes bemerkt.

Digitized by Google

magister Johannes, notarius noster, quomodo vestre magnificencie sit delatum, quod in comitiua illorum, qui alias vestros seruitores dampnificauernnt et vulnerauerunt in Beltessund, debeat fuisse quidam de nostris conciuibus, qui Dapper debeat nominari. Super quo magestatem vestram scire desideramus, quod huiusmodi factum fuit et adhuc est nobis penitus ignotum, rogantes instanter et quam deuote, quatenus de isto nullam suspicionem sinistram de nobis habeatis, nam in omnibus nobis possibilibus intendimus magestati vestre cum effectu complacere, prout Detleuus Mane, seruitor noster, monstrator presencium, oretenus poterit vobis explanare. Vestram magnificenciam preseruet Deus gloriosus. Datum nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 32b.

DLXXVIII.

Lambert von Hamm, Bürger in Lübeck, verpflichtet sich, seine Wandbuden in Schonen auf Heinrich Smylow übertragen zu lassen. 1366. Aug. 8.

Witlik si, dat ik Lambert vamme Hamme, borgher tho | Lubeke, bekenne, dat ik schal Hinrik Smylowen | iarlinghe de wantboden laten scriuen, de ik eme | verkoft hebbe, in des coninghes boke van Denemarken, als eyn lant recht tho seghet oppe dem lande tho Schonen, als id de heren vnde de anderen ghuden lude ghedeghedinghet hebben, de dar ouer weren. Desses sin tughe her Marquard Rutensteyn vnde her Danquard vamme See, raatmanne tho Lubeke, de se[1] denke breue hebben van dessen saken. Acta sunt hec anno Domini MCCCLXVI, sabbato proximo ante festum Assumptionis beate Marie.

In dorso: Littere memoriales Hinrici Smylowen et Lamberti vamme Hamme.

Litterae memoriales auf der Registratur.

1) *De se* oder *dese*, wie sonst *dede*, = *qui quidem*.

Digitized by Google

DLXXIX.

Der Rath von Lübeck schreibt an den Herzog Albrecht von Meklenburg wegen eines in Boizenburg widerrechtlich erhobenen Zolles. O. J. (1366.) Aug. 10.[1]

Insigni principi ac domino, domino Alberto, duci Magnopolensi et comiti Zwerinensi, . . consules ciuitatis Lubicensis, quantum poterunt salutis, reuerencie et seruitutis. Nobilitati vestre dilectum nostrum familiarem, Detleuum Mane, propter factum thelonei in Boyceneborgh direxeramus, qui hoc a vobis prō responso nobis reimportauit, dicens vos retulisse, quod, cum factum istud steterat in vestros consiliarios et nostros quosdam conconsulares vsque ad festum beati Johannis Baptiste proxime retroactum, et protunc non sopiebatur, dominus Fikko Molteke theloneum huiusmodi sibi dari postulauit ac ipsum leuauit. Super quo dicto taliter respondemus, quod nos et nostri conconsulares plures et crebras moniciones fecimus, vt vestri consiliarij medio tempore, videlicet ante dictum festum, pro discussione huius cause ad nos Lubeke venissent. Qui dixerunt se velle venire, minime tamen venerunt. Vnde, ex quo per nos non stetit, apparet nobis, in hoc nobis fieri nimis curte, quod videlicet vltra hoc dominus Fikko theloneum huiusmodi sustulit et adhuc ipsum tolli facit a singulis nostris conciuibus Boyceneborgh pertranseuntibus contra justiciam et nostram antiquam libertatem. Ceterum memoratus Detleuus asseruit vos retulisse, quomodo ob id arbitrari voluissetis in dominum nostrum imperatorem, apud quem tamen vobis nuper constituto nullus pro parte nostra venerat ibidem, licet tamen transitus vester fuerat nobis per dominum prepositum in Rene presignatus. Ad quod dicimus sic, quod ipse dominus prepositus jam dictus huiusmodi transitum vestrum post recessum vestrum nobis insinuauit. Interrogauimus eciam eum, si per aliquod tempus in curia imperiali morari velletis, quod nuncios nostros illic mittere possemus certitudinaliter et non negligenter. Qui dixit se ignorare, si longa an breui mora ibi persistere velletis. Quare sciatis, si aliquam certam vestram ibi moram veraciter sciuissemus, nostros vtique nuncios legassemus ibidem. Vestram igitur dominacionem petimus et attente requirimus, prout pluries et sepius alias fecimus, quatinus dignemini nos in antiqua nostra libertate inuiolabiliter conseruare, non facientes nobis per vos ipsum aut per dominum Fikkonem aut

1) Der Brief steht zwischen № 567 vom 18. Juni (vgl. Anm. 1 daselbst) und № 585 vom 29. August 1366. — Zur Sache vgl. № 414.

Digitized by Google

per quemquam vestrorum iniuriam aut aliquod grauamen irrogari, quod in omnibus, quibus poterimus, cupimus effectualiter promereri. Datum nostro sub secreto, in die beati Laurencij martiris gloriosi.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 48a.

DLXXX.

Henneke Kale urkundet über die von ihm dem Rathe von Lübeck geleistete Urfehde. 1366. Aug. 15.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Henneke Kalike paratum seruicium cum noticia subscriptorum. Recognosco et ‖ in hijs scriptis firmiter protestor, me cum honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, super proscripcione, ‖ qua ego cum meis in hac parte complicibus racione spolij cuidam ciui eorum de Zegheberghe per me illato fueram ‖ innodatus, amicabiliter composuisse, ita quod de cetero ipsorum . . consulum, ciuium aut familiarium eorundem malum agere non debeo aux(i)lio, consilio uel fauore, publice uel occulte, nec eorum fieri debeo inimicus, publicamque stratam et homines eam suis mercimonijs et alijs negocijs transeuntes et excercentes non debeo spoliare. Super quibus omnibus et singulis sic firmiter absque dolo et fraude perpetuis temporibus obseruandis strennui et honesti famuli Detleuus et Hinricus fratres dicti Gronouwe et Marquardus de Crummesse vna mecum coniuncta manu dataque fide ac insolidum promiserunt, quorum eciam sigilla ex certa sciencia vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, feria quinta ante Assumptionem beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Tresc., mit anhangenden drei Siegeln des Joh. Cale (Hausmarke), Detl. Gronow und Marq. von Crumesse. Das Siegel des Hinr. Gronow ist vom Bande abgesprungen.

DLXXXI.

Der Rath von Dordrecht bestätigt dem Rathe von Lübeck die ihm bereits gemachte Meldung von dem Verkaufe eines Schiffes Seitens Thomas Minnenson und Peter Hatting an Martin Rasschorg. 1366. Aug. 15.

Seruicio nostro prelibato. Reuerencie vestre, domini et amici predilecti, significamus, quod, cum alias litteras quasdam apertas sub sigillo nostri ‖ opidi dederimus de quodam testimonio tam nostrorum conscabinorum et consulum

Digitized by Google

quam aliorum nostrorum opidanorum coram nobis | tunc facto de quodam foro et legitima conuencione ac vendicione cuiusdam cogghonis, prout in nostris litteris jam dictis sufficienter | continetur, per Thomam Minnenzone vna cum Petro Hattinc cuidam Martino Rassenborch aut alijs suis complicibus in eisdem litteris nominatis pro septuaginta libris grossorum venditi[s],[1] et quod inde prehabita sufficienti causione[2] pagamenti tunc temporis littere scabinales, vt moris est, apud nos confecte fuerant, videlicet sub anno Domini M̊CCC̊ sexagesimo quinto, in Maio uel circiter, sicut eadem[3] littere canunt: hinc est, quod ad remouendum dubia seu instancias et marcatorum[4] dampna vitantes[5] scire vos volumus, quod constituti propter hoc coram nobis Tielmannus, filius Johannis de Steenberghen, et Henricus de Waes, filius domini Hermanni Vincke, suis affirmauerunt juramentis, quod de ipso scabinali suorum testimonio super foro huiusmodi cogghonis ipsis bene constat sub omni forma, prout in ipsorum litteris continetur, quibus sua sigilla sunt appensa, ita quod clarum est, quod i(i)dem tunc temporis fuerunt nostri conscabini probi et fidedigni et nobiscum bene hereditati et adhuc de dicioribus et melioribus apud nos nominati, et idem Heinricus adhuc noster est burgimagister. Ceterum vero, sicud in premissa littera opidi nostri scribimus, fuerunt coram nobis ydonei et discreti viri, consiliarij nostri fidedigni boni nominis, eciam diuites et plurima bona hereditaria nobiscum tenentes, nomine Cysarius, filius Heinrici adhuc burgimagistri nostri, Gherardus de Halla, Jacobus de Templo, Wilhelmus de Waes, et alij quam plures opidani nostri, (qui) omne illud, quod littera nostri opidi tenet, que prius super hoc forum et conuencionem[6] huiusmodi cogghonis data est, in omni sua forma, sicud tenet, ludicius[7] adhuc affirmantes, sunt veraciter protestati. Quare vos rogamus, quatenus vobis placeat hijs dictis et actibus vestram beniuolenciam cum fide credula, sicut decet et a nobis habere velletis, fauorabiliter adhibere. Et ad maiorem huius cause noticiam et amicorum nostrorum rogatum sigillum opidi nostri vna cum sigillis Tielmanni et Heinrici predictorum huic littere sunt affixa, sub anno Domini M̊CCC̊ sexagesimo sexto, in Assumptione beate Marie.

In dorso: Circumspectis et honorabilibus dominis, consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis nostris predilectis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit untergedrückten drei zum Theil abgesprungenen Siegeln, von denen namentlich das dritte unkenntlich geworden ist.

---

1) Vgl. № 568. 2) l. caucione. 3) l. eedem. 4) l. mercatorum. 5) l. vitandum? 6) l. foro et conuencione. 7) l. lucidius.

Digitized by Google

DLXXXII.

Der Rath von Lübeck ersucht den Ritter Narwo, königlichen Hauptmann in Bahus, die mehreren Lübeckischen Bürgern aus einem nach Bergen bestimmten Schiffe geraubten Güter dem Bevollmächtigten derselben zurückzugeben oder deren Werth zu ersetzen. 1366. Aug. 23.

Robusto viro et famoso, domino Narwoni, militi, capitaneo in Bahusen, consules ciuitatis Lubicensis paratam ad queuis beneplacita voluntatem. Honestati vestre notum facimus per presentes, quod constituti coram nobis prouidi viri Wernerus Kusfelt, Wernerus Hûningh et Euerhardus Paal, nostri conciues dilecti, nobis conquesti sunt grauiter et querelose, qualiter vos et coadiutores vestri abstulistis in vigilia beati Jacobi apostoli proxime preterita in portu Mastrande ex cuiusdam naucleri naui, que debuit velificare de Aleborch versus Berghis, bona eorum, videlicet Wernero et Wernero predictis in farina et brasio ad valorem centum marcarum, et Euerhardo in brasio ad valorem XV marcarum denariorum, prout quilibet eorum pro se juramento suo hoc rite confirmauit, quod dicta bona ipsis proprie et legitime pertinent, et quod nullus hospes seu extraneus in hiis habet aliquam participacionem. Vnde reuerenciam vestram presentibus instanter exoramus et monemus, quatinus recordari dignemini verborum illorum, que nuper in Nyekopinghe nostris quibusdam consularibus existentibus dixeratis, quod nos et nostros conciues velletis semper promouere et in nullo impedire,[1] et eciam, quia vobiscum nil sciebamus quam pacem, amiciciam et omne bonum, dignemini ergo memoratis nostris conciuibus pretacta bona eis ablata restituere vel alias refundere et ea presentare Heynoni Dannenberghe, nostro conciui, presencium ostensori, quem ipsi ob hoc specialem coram nobis constituerunt procuratorem. Quod in omnibus, quibus poterimus, cupimus apud vos deseruire. Responsum vestrum bonum nobis petimus desuper reformari. Datum anno Domini millesimo CCCLXVI, die beatorum Tymothei et Apollinaris, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 64 a.

1) Vgl. № 542.

Digitized by Google

DLXXXIII.

Der Rath von Trällaborg bezeugt, dass den Unterthanen des Herzogs von Stettin, Hasse Stuv und Johann Crukugh, von dem Heere der Hansestädte bei der Einnahme von Trällaborg ihr Schiff und dessen Ladung geraubt worden sei. 1366. Aug. 24.

Prouidis viris et famosis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatum Lubek, Sundis, Rozstok, Vismarie, Gripeswald, ac omnibus et singulis, ad quos presentes littere deuenerint, consules et villani ville Thralaborgh salutem in Domino sempiternam. Honestati vestre notum facimus per presentes, quod anno et tempore, quo inter illustrem principem, dominum nostrum, regem Dacie, et vestras ciuitates predictas gwerra durauit, venerunt ad nos viri discreti Hasse Stuv et Johannes Crukagh, presencium exhibitores, sub plena securitate cum naue et bonis suis, ostendentes nobis litteras apertas reuerendi principis, domini Bugestlaf, ducis Stetinensis, in quibus ipse dominus supradictos recognouit suos fieri seruitores, pro eorum promocione fideliter interpellans. Cum autem propter aeris contrarietatem in portu nostro iacebant eadem die, qua excercitus ciuitatum predictarum nostram villam incendio et spoliis deuastauit, ex tunc desumebantur ipsis nauis et omnia bona sua, que multa erant, per exercitum memoratum, de quibus nichil penitus rehabebant. Quod in verbo veritatis vnanimiter protestamur, sigillum ville nostre predicte in testimonium presentibus apponendo. Datum Thralaborgh, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, die beati Bartholomei apostoli.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 75 b.

DLXXXIV.

Die Knappen Detlev von Buchwald, Henneke Parkentin und Detlev von Buchwald verbürgen sich gegen den Lübecker Rath für die Urfehde des Nicolaus Schickedanz. 1366. Aug. 25.

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Detleuus de Bocwolde de Swinekulen, Henneke Parkentin, alias ‖ dictus Sack, et Detleuus de Bocwolde, filius Volradi de Bocwolde, famuli, salutem et affectum sincerum ‖ cum noticia subscriptorum. Recognoscimus et tenore presencium publice profitemur, nos insolidum coniuncta manu dataque ‖ fide honorabilibus et circumspectis viris,

Digitized by Google

dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, firmiter promisisse pro vera orueydia, quam Nicolaus Scickedans ipsis consulibus pro se et suis natis et nascendis ac pre omnibus alijs, qui quicquam facere seu dimittere volnerint sui causa, fecit, jurauit ac sollempniter promisit perpetuis temporibus sine omni dolo et fraude inuiolabiliter obseruandam, ita quod nec ipse nec alius sui nomine prefatis . . consulibus, ciuibus aut familiaribus eorundem vllo vmquam tempore malum agere debeat facere uel vindictam auxilio, consilio uel fauore, publice uel occulte, pro eo quod ipse positus et detentus fuerat per aliquos dies in vinculis dominorum predictorum. Eciam ipsorum dominorum consulum ammodo fieri non debet inimicus, vero suo domino, cui iure astrictus fuerit, duntaxat excepto, publicamque stratam et homines eam transeuntes et excercentes de cetero non debet spoliare. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex certa nostra sciencia presentibus sunt appensa sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, in crastino Bartholomei apostoli beati.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden drei Siegeln.

DLXXXV.

Der Rath von Lübeck weiset die Forderung des Herzogs Bugislav von Stettin, dessen Unterthanen wegen erlittener Beraubungen zu entschädigen, zurück, unter abermaliger Ausführung, dass diese Beraubungen nicht von Lübeckischen Söldnern geschehen seien. 1366. Aug. 29.[1]

Nobili principi ac domino venerando, domino Buxslauo, duci Stetynensi ac principi Ruyanorum, suo fautori sincere dilecto, consules ciuitatis Lubicensis ad queuis sui desideria cum omnimoda reuerencia seruiciosam in quibuslibet beneplacitis voluntatem. Litteris vestris, quibus petitis et requiritis, ciuibus vestris per nos fieri emendam super bonis eis per nostros familiares, vt dicitur, spoliatis per nos benigniter receptis ac euidenter intellectis, dominacioni vestre, prout alias respondimus et rescripsimus,[2] respondemus et rescribimus per presentes, quod vtique huiusmodi spolij perpetratores tunc, cum ipsum facerent, nostri non erant familiares, ymmo nostri publici emuli et aduersarij, sicuti adhuc sunt in presenti, qui non solum vestros, verum eciam alios bonos homines, similiter et nos ac nostrates, eodem tempore spoliarunt.

1) Jahreszahl und Datum sind am Rande bemerkt. 2) № 567. Vgl. auch № 583.

Digitized by Google

Et igitur pro nostra parte ipsos sumus juridice prosequti. In quo si vobis non suffecerit, extunc verificare volumus, quomodo, quando, vbi et coram quo seu quibus teneamur, quod prenotati vispiliones tempore huius spolij nostri non fuerant seruitores. Ceterum in dictis litteris vestris nobis asscripsistis, quod dominus Hinricus, comes Holtzacie, vobis demandauerit, nostros familiares spolij huius fore reos, quod adhuc littera sua vobis missa probare velitis, tempore et loco quando fueritis requisiti. Super quo sic respondemus, quod nec dominus Hinricus, comes Holtzacie, nec aliquis dominus seu eciam alius quicunque hoc dicere debeat, quod nostri familiares sepedictum spolium perpetrauerunt, et si vobis in hoc non suffecerit, extunc petimus instanter, vt nobis copiam littere per dictum dominum comitem vobis misse transmittatis, qua habita volumus hoc et ad hoc satis respondere coram eo seu eciam coram quibuscunque debeamus. Quapropter, vt prius fecimus, iterato nobilitatem vestram attencius exoramus, quatinus nos de premisso facto excusatos habere dignemini, non molestantes nos nec grauantes nos inde quouismodo. Pro quo dominacioni vestre cupimus in omnibus quibus poterimus benigniter complacere, petentes nobis responsum vestrum bonum desuper reformari. Datum nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 48b.

DLXXXVI.

Hartwig Westensee, Buschen Sohn, urkundet über die vollständige Erfüllung aller Punkte der um den Todtschlag seines Vaterbruders Marquard Westensee erkannten Sühne und bescheinigt den Empfang des Wehrgelds von 1000 m̃. 1366. Sept. 8.

Omnibus, ad quos hoc scriptum peruenerit, Hartwicus Westenze, famulus, filius quondam Busschen Westenze bone memorie, salutem cum noticia subscriptorum. Tenore presencium recognosco publice profitendo, michi cum stabili et perpetua composicione, per venerabilem patrem et dominum Bertrammum, episcopum Lubicensem, et strennuos et honestos viros, dominum Echardum Crummesse, militem, et Petrum Denen, famulum, pie memorie, procuratores de latere illustris principis, domini Woldemari, regis Danorum et Slauorum, ad hoc missos et ordinatos, inter honorabiles et circumspectos viros, dominos .. consules atque ciues ciuitatis Lubicensis, Hermannum Tolner et quoscunque

Digitized by Google

alios, quos homicidium dilecti patrui mei Marquardi Westenze bone memorie tangere potest, aut qui suspecti fuerint ad presens aut esse poterint quomodolibet in futurum de homicidio supradicto, ex vna, me meosque heredes et amicos, parte ex altera, facta et ordinata,[1] fore plenarie satisfactum, de quo sum contentus bene et sufficienter, et de predicta composicione ab eisdem consulibus mille marcas lubicensium denariorum in emendam dicti patrui mei ex toto et integraliter percepisse. De quibus mille marcis ipsos consules, ciues ac alios supradictos pro me meisque heredibus et amicis dimitto perpetuis temporibus quitos, liberos penitus et solutos, ita quod nec ego meique heredes et amici ac alius nostrorum[que] nomine, nati et nascendi, seu qui quicquam facere aut dimittere voluerint mei causa, super dicto homicidio et emergentibus ex eodem vllo vmquam tempore verbo aut facto contrafacere debeo aut contra prefatam composicionem aliqualiter contrauenire auxilio, consilio uel fauore, publice uel occulte, sed quod omnis causa et dissensionis materia huius homicidij causa hoc debet esse amicabiliter composita et totaliter sopita et terminata. Quam quidem composicionem, ut premittitur, stabilem et firmam perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruandam vna mecum strennui et honesti viri, amici mei infrascripti, in hijs scriptis firmiter promiserunt. Et nos Johannes de Zestede, Meseke Crummendik, milites; Borchardus Crummendik, frater predicti Meseken, Hinricus, Wlf et Volradus fratres dicti Rickelstorp, Nicolaus Molt, Henneke Stubbekestorp, Ludolphus Bredehals et frater suus Hartwicus dicti Schinckel, Johannes Smalestede dictus Alzen, Syfridus et Marquardus dicti Dosenrode, Johannes Parkentin dictus Zack, Marquardus et Arnoldus fratres dicti de Wisch, Ywanus de Reuentlo, Ywanus Crummendik alias dictus Stauerby, ac Marquardus Stake, famuli, promittimus bona fide in hijs scriptis vna cum Hartwico Westenze, amico nostro supradicto, premissam perpetuam composicionem firmam, stabilem ac perpetuis temporibus sine omni dolo et fraude firmiter et inuiolabiliter obseruandam. In quorum omnium euidens testimonium sigilla nostra vna cum sigillo Hartwici Westenze, amici nostri supradicti, ex certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo CCC sexagesimo sexto, ipso die Natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden zwanzig Siegeln.

1) Vgl. № 201.

Digitized by Google

DLXXXVII.

Der Rath von Wisby spricht gegen den Rath von Lübeck seine Verwunderung darüber aus, dass Angelegenheiten des Hofes zu Nowgorod vor die allgemeinen Versammlungen der Städte gezogen werden, und bittet den Lübecker Rath, falls die nach Osten gesandten Boten von Wisby keinen Frieden mit den Russen erlangen würden, auf andere Mittel zur Abhülfe Bedacht zu nehmen. O. J. (1366?)[1] Sept. 16.

Quam desiderat dilectio vestra, salutacione premissa. De nuncijs nostris vobis nescimus aliquid ‖ scribere, vtrum pacem vel non de partibus orientis procurando adduxerunt. Sed super isto ‖ miramur, quod, qui rei et delinquentes sunt contra jus et leges curie Nogardensis, remittuntur ‖ ad presenciam communium ciuitatum, vt ibi pro se debeant respondere, cum solum vobis et nobis debetur regimen et correccio juris et legum dicte curie Nogardensis. Rogamus eciam attente, vt, si per dictos nuncios nichil effectum fuerit erga Ruthenos, quod videtur esse pro commodo et salute mercatorum, vt sapienter ad hoc cogitare velitis, quid fuerit faciendum, et nobis de illo vestram rescribere voluntatem. In Christo domino optime valete. Scripta nostre ciuitatis sub secreto, feria quarta proxima post Exaltacionem sancte Crucis.

Per proconsules et consules Wisbycenses, vestros sinceros amicos.

In dorso: Honorabilibus viris ac discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis suis sincere dilectis, detur hoc.

Nach dem Originale auf Papier auf der Treve, mit Resten des aufgedrückten Secrets.

DLXXXVIII.

Heinrich und Nicolaus, Grafen von Holstein und Stormarn, ersuchen den Rath der Stadt Lübeck, das Schloss Segeberg, sobald ihnen die genügenden Bürgen für die zurückzuzahlende Pfandsumme gestellt seien, sofort an Wolf Riksdorf zu übergeben. 1366. Sept. 17.[2]

Nos Hinricus et Nicolaus fratres, Dei gracia comites terre Holtzacie et Stormarie. ‖ Vos honorabiles viros, nostros specialissimos, dominos proconsules et consules ciuitatis ‖ Lubicensis, salutamus cum sincera dilectione et fauore, rogantes vestram honestatem precibus studiosis, quando fuerit satisfactum cum

1) Vgl. Sartorius S. 577. 582 fg., so wie das unten folgende Schreiben Lübeck's an Stralsund aus d. J. 1367 (Ebd. S. 595 in's J. 1366 gesetzt). 2) Vgl. Urk.-B. II, 932. 984. III, 145. 591. 592.

Digitized by Google

conpromissoribus pro pecunia vobis per nos danda, quatenus nostrum castrum Zegheberghe honesto famulo Wûlf Rixstorp, nostro fideli, nomine nostro finaliter sine mora resignare et presentare studeatis, ratum et gratum habituri perpetuis temporibus, tamquam nobis personaliter per vos esset presentatum et resignatum. In cuius rei testimonium sigilla nostra concorditer et scienter presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCLXVI, in die beati Lamberti episcopi gloriosi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangenden beiden Siegeln.

DLXXXIX.

Der Rath von Lübeck beklagt sich gegen den Deutschordensmeister Winrich von Kniprode über die Feindseligkeiten des Bischofs von Curland und bittet, denselben zum Schadensersatz und zur Aenderung seines Verfahrens anzuhalten. O. J. (1366.) Sept. 20.[1]

Eximio et preclaro domino, domino Wynrico, dominorum Theuthonicorum domus sancte Marie magistro generali, fautori et promotori nostro sincero atque gracioso, consules ciuitatis Lubicensis cum humili recommendacione et reuerencia ad queuis beneplacitorum et obsequiorum genera se beniuolos et paratos. Quemadmodum dignitati vestre venerande nobis in Christo singulariter adamande meminimus alias asscripsisse, ita eidem iterato asscribimus per presentes, vobis et dominis preceptoribus ac commendatoribus vestre religionis et insuper singulis bonis hominibus, justicie dilectoribus et iniurie emulis, attente conquerentes super domino episcopo Curoniensi, qui, licet alias, prout vestre bene claruit reuerencie, dominum Johannem Pertzeuale, nostrum conconsulem dilectum, nuncium protunc communium ciuitatum, sine culpa et nostris eciam demeritis non exigentibus ceperat, incarceraverat et male tractauerat nobis in obprobrium et offensam, vltra hoc tamen ipse, sicuti nobis per quosdam nostros fautores, qui id ab ore eius audierunt, vexaciter instillatum est, nos et nostrates in corporibus et rebus persequi et dampnificare nititur, vbi et quantum possit. Vnde dignitatem vestram promotiuam duximus deuotissime presentibus exorare, quatinus nostri perhennis seruiminis intuitu dignemini vos et vestri predictum dominum episcopum Curoniensem, cum in vestris resideat confinibus, attente informare talemque habere cum effectu, quod ipse

1) Der Brief steht im Copiarius, als der erste einer neuen Abtheilung, vor dem unten folgenden, an denselben Deutschordensmeister geschriebenen, v. J. 1367, Apr. 7.

Digitized by Google

nobis tantum, quantum equitatis fuerit, faciat pro premissis, et quod ipse, cum nullam contra nos causam gerat racionabilem, non persequatur nec dampnificet nos vel nostros, quin ymmo nos dimittat pacificos, immolestatos et quietos. Quod si facere recusauerit, ex tunc volumus stare dictis et pronunciacionibus fauorabilibus vel juridicis vestris vel dominorum preceptorum seu commendatorum aut episcoporum vel militum et famulorum illius terre super omni causa, quam ipse aduersum nos mouet vel mouere possit. In quo vtique, sicuti nobis apparet, exhibicionem facimus satis magnam. Quidquid vero dignitati vestre in hijs occurrerit, nobis petimus litteratenus reformari. Altissimus personam vestram pro sui cultus augmento persistere faciat in vita salubri et longeua, nobis tamquam vestris seruitoribus precipientes confidenter. Datum in vigilia sancti Mathei apostoli et ewangeliste, nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 12a.

DXC.

Der Ritter Gottschalk Wildberg und neun andere Ritter und Knappen bekennen, von der Stadt Lübeck 500 mℳ Lüb. Pf. auf zwei Jahre geliehen erhalten zu haben. 1366. Sept. 21.

Nos Godscalcus Wildbergh, Nycolaus Krummendijk dictus Mezeke, Hinricus Brokdorp, Henninghus de Sig|ghem, milites; Otto de Wensyn, Wulfardus Rixstorp, Albernus de Wische, Hinricus de Sigghem, Henninghus dictus | rike Breide et Colre Meynerstorp, armigeri. Coram vniuersis et singulis presencium inspectoribus seu auditoribus recog|noscimus palam protestantes in hijs scriptis, nos racione iusti et veri debiti honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, insolidum teneri et obligari in quingentis marcis lubicensium denariorum, quas ipsis in festo beati Martini episcopi vltra ad duos annos continuos anno presenti, videlicet in anno Domini M̊CC̊CLXVIII̊, intra ciuitatem Lubicensem in prompta et numerata pecunia indilate plene et expedite persoluere volumus, debemus, ac ipsis coniuncta manu et data fide promisimus et promittimus sincere per presentes. Si vero dicta pecunia dictis consulibus in prefato termino taliter, vt prefertur, non persolueretur, extunc arbitrati sumus et presentibus arbitramur atque insolidum sub nostris fide et honore compromittimus, quod tunc statim, quando per memoratos consules Lubicenses super hoc requisiti fuerimus, ciuitatem Lubicensem intrare volumus, obstagium inibi seruando et nunquam ab hac recedendo, nisi pretacte quingente marce

Digitized by Google

fuerint eis expedite, vel al(iter) hoc fuerit cum eorum fauorabili voluntate. Ceterum, si ante prenominate pecunie solucionem aliquem seu aliquos ex nobis ex hoc seculo migrare contingeret, tunc nos, qui supervixerimus, alium seu alios compromissorem vel compromissores eque dignum vel eque dignos ad locum defuncti vel defunctorum, si plures essent, statuere volumus et debemus. In quorum euidens testimonium et robur magis validum sigilla nostra ex certis nostris scitibus et jussibus presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, ipso die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Nach dem Originale auf der Treve, mit den anhangenden zehn Siegeln.

DXCI.

Heinrich und Nicolaus, Grafen von Holstein und Stormarn, entbinden den Rath von Lübeck aller aus dessen Pfandbesitz von Segeberg erwachsenen Ansprüche und treten der von ihren Vasallen, den Verwandten und Freunden des weiland Marquard Westensee, mit Lübeck geschlossenen Sühne bei. 1366. Sept. 21.

Nos Hinricus et Nycolaus fratres, Dei gracia Holtzacie et Stormarie comites. Vniuersis et ‖ singulis tam presentibus quam futuris notum esse volumus lympide recognoscentes in hijs scriptis, quod ‖ nos omnem incusacionem, impeticionem seu causam quamcumque, quam nos contra honorabiles viros, consules et ‖ ciues ciuitatis Lubicensis, racione castri Zegheberghe ipsis per nos alias inpignerati et racione omnium eidem attinencium mouimus seu habuimus vsque in hodiernum diem, pro nobis et nostris heredibus ac successoribus dimisimus et postergauimus, dimittimus et postergamus sincere per presentes, nolentes vnquam inposterum occasione predicti castri, dominij, aduocacie, judicij, excessuum, nemorum, lignorum, cementi, equorum seu aliorum quorumcumque eidem attinencium quidquam contra dictos consules et ciues Lubicenses vel eciam contra eos, qui eorum nomine ipsi castro prefuerunt, agere aut aliqualiter causari, sed omnium premissorum actio et cum hoc omnis alia indignacio et causa quecumque, quam contra eos vsque in presentem diem habuimus seu quouismodo habere potuimus, debet esse sopita penitus et extincta. Ceterum composicioni et reformacioni, quam affines et amici quondam Marquardi Westenzee, vasalli nostri, cum memoratis consulibus et ciuibus Lubicensibus super eiusdem Marquardi Westenzee homiscidio inierunt,

Digitized by Google

nostrum, quantum in nobis est, adhibemus velle plenum et consensum. In premissorum omnium euidens testimonium et robur perpetue firmitatis sigilla nostra ex certa nostra sciencia et bona voluntate presentibus litteris sunt appensa, presentibus fidelibus nostris, dominis Godscalco Wildbergh, Nycolao Krummendyk dicto Mezeke, Hinrico Brokdorp, militibus; Ottone de Wensyn, Wulfardo Rikkelikstorp, Alberno de Wische, armigeris, et alijs quampluribus fidedignis. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̂CĈCLXVI, ipso die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den anhangenden beiden Secreten.

DXCII.

Aufzeichnungen der Kämmereiherren über den Lübeckischen Pfandbesitz von Segeberg und die damit verbundenen Geldanleihen. 1342. März 5. bis 1366. Oct. 1.[1]

Segheberghe.

Fol. 28*. Notum sit, quod domini consules ciuitatis Lubicensis placitauerunt et concordauerunt cum strenuo famulo Longo Beyenulethe in hunc modum, sub anno natiuitatis Domini M̂CĈCXLII, dominica Oculi, videlicet, quod prefati domini . . consules receperunt ab eodem Beyenulethe castrum Segheberghe in pignus pro duobus milibus et quingentis marcis puri argenti[2] coloniensis ponderis, quamlibet marcam computando pro quadraginta quinque solidis lubicensium denariorum. Et summa istius argenti extendit se ad septem milia et triginta vnam marcas cum IIII^{or} solidis lubicensium denariorum.

De ista pecunia prenotata dedimus eidem Beyenulethe statim post recepcionem prefati castri mille et triginta vnam marc. cum IIII^{or} sol. lub. den.

Item promisimus nostris . . conciuibus quatuor milia marcar. et octoginta marc. cum II sol. lub. den. nomine ipsius Beyenulethes supradicti.

De istis quatuor milibus marcar. persoluimus eisdem conciuibus nostris duo milia et XL marc. cum vno sol. lub. den. in duobus terminis, videlicet post festum Natiuitatis Domini sub anno eiusdem M̂CĈCXLIII, et iterum post festum Domini sub anno eiusdem M̂CĈCXLIIII.

1) Die Abzahlung und Verrechnung der Letzteren greift zwar weiter hinaus, doch schien es geeignet, das Ganze hier einzurücken. 2) Vgl. III, 145 mit II, 932.

Digitized by Google

Et alia duo milia et XL marc. cum vno sol. lub. den. memorati conciues nostri recipient et subleuabunt, cum dictum castrum a nobis disbrigatum fuerit et redemptum.[1]

Preterea fuit placitatum cum predicto Longo Beyenulethe, quod debuis- Fol. 28b.
set obtinuisse in predicto castro Segheberghe duo milia marc. lub. den. minus LXXX^{a} marcis, quas debuisset personaliter subleuasse, quando dictum castrum fuisset redemptum. Sed postea idem Longus Beyenuleth prenotatam pecuniam nostris conciuibus assignauit et demonstrauit subleuandam eodem tempore, quo idem Beyenuleth ipsam debuisset habuisse. Et ista . . .[2]

---

1) Nun folgt die Verrechnung im Einzelnen: Isti sunt conciues nostri, qui prefatas duo milia et CL marcas cum vno sol. lub. den. subleuare et recipere debent, quando memoratum castrum a nobis redemptum fuerit:

			1138 ℔ 2 ß
Primo dominus Constantinus habebit . .	150 ℔ — ß	Item *Bruno Hold	38 ″ 3 ″
Item dominus Henricus Bok	82 ″ — ″	*Relicta eius sustulit 20 ℔ anno 67, Judica (Apr. 4.). It. 8 ℔ ex jussu dn. Jac. Plescowe. Defalcato VIte. denario remanent 31 ℔ 13 ß 2 ₰. It. dedimus eidem relicte Brun. Hold 3 ℔ 13 ß 2 ₰, et sic est totaliter persolnta.	
″ Wescelus Dusere	84 ″ 4 ″	″ Bekenhaghen	16 ″ 4 ″
″ Euerardus de Ploue	33 ″ 8 ″	″ Joh. Wettere	34 ″ — ″
″ dn. Hinr. de Alen	119 ″ 12 ″	″ Herm. de Alen	150 ″ — ″
″ Lubbertus Ømeke aut Marq. Boom . Set illas prefatus Beyenuleth per se wlt subleuare, quia dixit se eisdem Lubberto et Marquardo satisfecisse.	100 ″ — ″	″ Euerardus de Atenderne	87 ″ 12 ″
		″ Wedeko Clingenbergh	37 ″ 10 ″
		″ Stokeled et fratres sui	99 ″ 8 ″
″ Mûrkerke et Godscalcus de Attenderne	245 ″ 4 ″	″ Joh. de Rozstok et fratres sui . .	75 ″ — ″
*De isto dn. Job. Plescowe sustulit 70 ℔ super computacione.		″ dn. Herm. de Wickede uel Godeko Lange	178 ″ — ″
		″ dn. Euerardus de Alen	76 ″ 12 ″
″ Abraham Bere	87 ″ 10 ″	″ Joh. Howeschild	52 ″ 8 ″
″ Tymmo Cros	62 ″ 8 ″	″ Marq. Siist	15 ″ — ″
De hijs a camerarijs idem Tymmo 15 ℔ sublenauit.		″ Bertoldus campsor	3 ″ 12 ″
		″ Vicko de Oldesborch	16 ″ 14 ″
″ Joh. Samekowe	41 ″ 4 ″	″ Bertrammus Peper	20 ″ — ″
″ Herm. Crane	36 ″ — ″	Summa pecunie ciuibus nostris prenarratis demonstrata . .	2039 ℔ 5 ß
″ Conr. Stolte	96 ″ — ″		
Iste sustulit 5 ℔ ex jussu consilij anno 67. Item etc. (noch 40 ℔).			
	1138 ℔ 2 ß		

(Das mit * Versehene ist durchstrichen.)

2) Der Satz ist nicht weiter fortgeführt. Vielmehr folgen die einzelnen Gläubiger: Isti sunt conciues nostri, quibus prefatus Beyenuleth predicta duo milia marc. lub. den. minus LXXX^{a} marc demonstrauit subleuanda:

			542 ℔ 8 ß
Primo dno. Thidem. de Gustrowe . . .	35 ℔ — ß	Item Joh. Mûrkerken et Godsc. de Attenderne	490 ″ 8 ″
Item dno. Herm. de Wickede et Godek. Langgen	356 ″ — ″	Dnus. Thom. Mûrkerke et Alb. frater eius jusserunt, quod, cum iterum dari debet pecunia, de isto, quod tunc (datur), L marce dari debent vxori dni. Joh. Perseual.	
″ Samecowen	82 ″ 8 ″		
″ dno. Herm. Blûmenrode	69 ″ — ″		
	542 ℔ 8 ß		1033 ℔ — ß

Digitized by Google

Preterea notandum, quod, si memoratum castrum Segheberghe, quod Deus non velit, expugnari contigerit uel alias quocumque modo a ciuitate alienatum fuerit, nostri conciues supradicti, quibus in eodem castro pecunia demonstrata est, dampnum et euentum vniformiter sustinebunt cum ciuitate antedicta, ita quod eadem ciuitas eisdem conciuibus nostris non tenebitur amplius in aliquo respondere. Si vero dictum castrum redemptum fuerit, tunc pecunia inde proueniens inter conciues nostros predictos equaliter diuidi debet.

Insuper notandum: Si marca puri argenti plus valuerit quam XLV solidos, quando predictum castrum Segheberghe redimitur, tunc totum, quod excreuerit, cedet ipsi Beyenulethe in subsidium.[1]

Sciendum, quod domini consules Lubicenses concordauerunt cum omnibus suprascriptis personis, qui pecuniam habent in Zegheberghe, quod quilibet dimittet sextum denarium de pecunia sibi debita, et tercia pars residui solui debet pro presenti, videlicet anno Domini millesimo MCCCLXIX, Pentecostes *(Mai 20.)*.[2]

	1033 ℔ — ß
Item dno Hinr. de Alen	90 ʒ — ʒ
ʒ Hinr. de Rozstok et fratrib. suis . .	150 ʒ — ʒ
ʒ Joh. Sanecowen	52 ʒ 8 ʒ
ʒ Wedek. Clingenberghe	25 ʒ 4 ʒ
ʒ Bertr. Peper	40 ʒ — ʒ
	1390 ℔ 12 ß

	1390 ℔ 12 ß
Item Joh. Schoneken	30 ʒ — ʒ
ʒ Wescelo Dusere	137 ʒ 4 ʒ
De ista pecunia recepit alias dn.	
Thid. Warendorpe 44 ℔ 4ß sol.	
Summa ista secunda ciuibus nostris assignata est . . .	1558 ℔ — ß

et C marc. in cedula annexa (auf einem oben der Seite angenähteten Pergament-Lappen, dessen Schrift völlig verlöscht ist; der Inhalt ergiebt sich aus S. 627 Anm. M 19.)

Preter ista Beyenvleet tenetur ciuitati XLV marc, prout inter debita antiqua continetur, quo de anno in annum permutantur.

Notandum, quod Berchteheyl arrestauit sub consulatu nostro omne et totum, quod Beyenvlet habet et sibi poterit cedere de castro Zegheberghe et eius redempcione. Actum a. D. MCCCLXVIII[o]., fer. VI[a] post Judica (März 31.).

1) Vgl. Urk.-B. II., 932.

2) Folgt die Verrechnung der allmählichen Abzahlung:

1) Dn. Hinr. de Alen 119 ℔ 12 ß
90 ʒ — ʒ 209 ℔ 12 ß
Ab der 6. Pfennig 34 ʒ 15½ ʒ
174 ℔ 12½ ß. Bezahlt an Hildebrand. de Stokkem et Joh. de Alen in 5 Raten, ¼ und viermal ½.

2) Joh. et Hinr fratres de Rozstok. (Summe hier, und ferner, wie oben S. 625/6 Anm. 1 u. 2) Ein Drittel bez. an Bertr. de Rozstok, ¼ an die beiden Brüder, ¼ an dn. Joh. Meteler, ¼ an Gherh. Dartzowe

3) Dn. Hinr. Bok. Bez. an Hinr. de Alen et Sifr. Bok.

4) Conr. Stolte. Schon erhalten (s. oben S. 625 Anm. 1) 45 ℔
Vxori sue . . . 35 ʒ
Sextum defalcatum 16 ʒ
96 ℔

Digitized by Google

Sciendum, quod cuilibet debitori comprehenso in testamento Longi Beyenvleet etc.[1] Fol. 30a.

Sciendum, quod domini Jacobus Plescowe et Johannes Perseval ex parte consilij placitauerunt cum domino Holtone de Alen et cum ipso concordauerunt in hunc modum, quod ipse, videlicet dominus Holt, acceptauit castrum Zegheberghe conseruandum et custodiendum ad IIII annos secundum modum, quem custoditum est huc vsque, cum omni fructu et vtilitate, que adiacent et Fol. 31a.

---

5) Bokenhaghen. Bez. an dn. Eghardus Bokenhaghen.

6) Marq. Siist. Bez. ½ an Conr. Witte, ½ puero Euerhardi Morum, ½ fehlt in der Aufmachung.

7) Dn. Constantinus. Bez. an dessen Söhne.

8) Herm. de Alen. Bez. ½ nomine et ad vsum puerorum dni. Alb. Junghen an Thidem. v. Alen, ⅜ an Euerh. Pawel, ⅛ fehlt in der Aufgabe.

9) Wedegho Clynghenberg. Bez. pueris suis.

10) Dn. Herm. Blomenrod. Bez. an Herm. Dulmen et Nic. Blomenrod.

11) Dn. Euerh. de Alen. Bez. an dn. Thom. Morkerke et suam sororem et Thid. Vorrad et Mette Thisenhusen

12) Dn Thid Gůstrowe. Bez. an dn. Thomam et sororem suam atq. Thidem. Vorrad.

13) Euerh. de Pløne. Bez. an die relicta Sifr. de Pløne; et Albertus apothecarius fideiussit pro eadem pecunia denno non petenda.

14) Joh. Murkerke et Godsch. de Atendorn. Bez. an dnns. Thomas et Albert. fratres Morkerke zu verschiedenen Malen, darunter anno LXX°., Jubilate (Mai 5.) . . . . . 563 ℔ 2 ß Fol. 29b

Dno. Johanni Perseval ad vsus dicti Alberti (vergl. S. 625 Anm. 2.) . . . . 50 „ — „

Sextus denar. defaleat. . . . . 122 „ 10 „

735 ℔ 12 ß

Dabei sind die oben S. 625 Anm 1 angeführten 70 ℔ nicht in Rechnung gebracht.

15) Timmo Krůs soll erhalten 52 ß 2 ß 2 ₰ (rect. 1 ß 4 ₰). Bez. an dessen Sohn, dn Jacobus, ½ mit 17 ℔ 6 ß 1 ₰; ferner 8 ℔ 11 ß 1 obulus.

16) Dn. Herm. Wikkede et Ghodeke Langhe. Bez. an Arn. et Nic. Langhe, Hinr. Warendorp et Joh. Crispyn, prouisores dni. Hermanni predicti.

17) Vikke Oldenburg. Bez. an Joh. Crispyn.

18) Herm. Kraan Bez. an dessen Sohn, Vorradus Kran.

19) Hinr. Nuchel habuit C marc. ex parte Hartwici Breyden, vt continetur in cedula exterius annexa (vgl. S. 626 Anm.) Bez. ½ an Joh. Schopingh et Hinr. Kalkhorst, ⅜ an Gherh. Cusveld; item habent totidem (⅛).

20) Euerh. de Atendorn et Abr. Bere. Bez. an dn. Gherh. de Atendorn.

21) Joh. Zamecowe erhält, nach Abzug des 6. Pf., 146 ℔ 14 ß. Quam pecuniam per litteram cessionis dno. Joh. Zamecowe, filio suo, resignauit.

22) Stokeleet ⅝ bez. an seinen Sohn Thidekinus, ⅛ an dn. Hinr. Constantini.

23) Wessel Duzer. Bez. ⅛, nach Abzug (S. 626 Anm.) erwähnter 44 ℔ 4½ ß, an dn. Joh. Schepenstede et Joh. de Calue, procuratores dicti Wesseli super respectum ciuitatis Stendele, et Hermanno Warendorp, filio dni. Godscalci, et Thiderico Vorrad, heredibus dni. Euerhardi de Alen. Der Rest an dn. Thom. Morkerke, Joh. Tysenhusen et Thid. Vorrad ad vsus eorum et Wesseli Důzer.

24) Joh. Howeschild Bez. an Vorrad Kran.

25) Joh. Schoneke. Bez. an Hinr. de Brakle.

26) Joh. Wettere erhält, nach Abzug des 6. Pf., 28 ℔ 5 ß 4 ₰, bez. in drei Quoten à 9 ℔ 7 ß 3 asses an dn. Joh. Pertzeual, und zwar das 2. Drittel anno LXX°., fer. 2a. post Cantate (Mai 13).

In obiger Abrechnung sind, ausser Bruno Hold und Lubbert Ømeke, die schon S. 625 Anm. 1 erledigt worden, nur Berth. Campsor und Bertr. Peper nicht genannt. — Unter derselben steht von der ursprünglichen Hand, ehe die allmählichen Abtragungen dazwischen geschrieben waren: Summa remanens de anno LXXII°. 931 ℔ 5 ß 4 ₰.

1) Das Weitere, was auf Fol. 30. verzeichnet steht, ist in seiner Reihefolge schon abgedruckt worden Urk.-B. II., 984 S. 907 Anm. 1, 908 Anm. 1. 2.

Digitized by Google

pertinent ad idem castrum. Et dicti IIII anni instabunt in testo Natiuitatis beati Johannis Babtiste proxime futuro, et pro quolibet anno dabuntur sibi CCC marce den. lub. sub hac condicione, quod, si videbitur eidem Holtoni, quod ipse cum minori, videlicet cum IIIC marc., se possit sustentare, quod ipse tunc omni anno debet quinquaginta marc. conuertere in vsus structure eiusdem castri; et hoc stabit ad arbitrium et decretum sui ipsius. Actum a. D. M̂CCĈLXV̂, Pentecostes *(Jun. 1.)*.

Notandum, quod Johannes Hauerueld tenetur nobis mille marc. lub. den. racione redempcionis castri Zegheberghe ex parte domini Hinrici, comitis Holtzacie, proximo festo sancti Martini in LXVII persoluendas. Pro quo dominus Hermannus de Wikkede et Hermannus Brûnsten coniuncta manu cum eo fideiusserunt. Actum a. D. M̂CCĈLXVI, in die sancti Remigij *(Oct. 1.)*, et tunc fuit idem castrum redemptum et comitibus representatum.[1]

Sciendum est, quod Albertus Brugghemaker tenetur nobis tria millia marc. racione redempcionis eiusdem castri Zegheberghe proximo festo Pasche, quod erit a. D. millesimo CCĈLXVII, persoluenda.[2]

DXCIII.

Bürgermeister, Schöffen und Rath von Brügge beglaubigen bei dem Rathe von Lübeck den Johann Harinchals als Bevollmächtigten des Brügger Bürgers Nicolaus Hauweschild in Stelle des verstorbenen Johann Zonnebalch. 1366. Oct. 8.[3]

Viris prouidis et honestis, amicis nostris dilectis, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, burgimagistri, scabini et consules | ville de Brugis in Flandria salutem in Domino et rei geste agnoscere veritatem. Compa-

1) Abbezahlt in drei Terminen: 1366, Oct. 14. (Kalixti pape) 300 ℔; 1367, Juni 2 (fer 4. a. Pentecostes) 500 ℔; 1367, Sept 1. (s. Egidii) 200 ℔.

2) Zur Abzahlung empfangen von: Dn. Arnoldus de Vlsen ex parte Alb. Brugghemaker 300 ℔
Alb. Brugghemaker selbst in verschiedenen Terminen 1850 »
Lambertus de Borken . . . . . 250 »
Rodolfus monetarius . . . . . 300 »
Dn. Bernardus Oldenborch . . . . . 300 »
3000 ℔

3) Vgl. № 559.

Digitized by Google

rens coram nobis dilectus oppidanus noster ‖ Nicolaus Hauweschilt nobis exposuit, se alias Johannem Zonnebalch nostris littèris suum ad petendum et recuperandum coram vobis suo nomine et ‖ pro ipso Nicolao ab Henrico Leesten et a Johanne Jonghe certas litteras obligatorias, in ipsorum Henrici et Johannis manibus et custodia existentes, sigillo reuerendi patris et domini, domini archiepiscopi Londonensis, sigillatas, per quas idem reuerendus pater obligatus est dicto Nicolao Hauweschilt et Godschalco Bredeuelt in duobus milibus florenorum de Florencia boni auri et justi ponderis, constituisse procuratorem, et nuper dictum Johannem Zonnebalch viam vniuerse carnis esse ingressum, dictis litteris obligatorijs minime per ipsum ad opus dicti Nicolai obtentis. Quapropter idem Nicolaus iterato dilectum et fidelem suum Johannem Harinchals, exhibitorem presencium, suum coram nobis constituit, fecit et ordinauit verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et nuncium specialem, dans et concedens idem Nicolaus dicto Johanni Harinchals, suo procuratori predicto, plenam potestatem et speciale mandatum predictas litteras a predictis Henrico et Johanne Jonghe et eorum quolibet coram vobis nomine procuratorio et ad opus dicti Nicolai petendi et exigendi et pro eisdem predicto nomine consequendis, recuperandis et habendis contra eosdem agendi omnesque actus judiciarios ad hoc incumbentes ac necessarios faciendi et excercendi, ipsas litteras recipiendi, leuandi et habendi et de receptione earundem litteras recognitorias dandi et concedendi, ac omnia alia et singula faciendi, que dictus Nicolaus Hauweschilt faceret et facere posset et deberet, si premissis personaliter interesset, eciam si mandatum exigerent speciale, ratum, gratum et firmum habens et habiturus idem Nicolaus, quidquid per dictum Johannem Harinchals, suum procuratorem, in premissis et ea tangentibus actum, factum, procuratum fuerit et quomodolibet gestum, sub ypotheca et obligacione bonorum suorum presencium et futurorum. In quorum premissorum testimonium sigillum dicte ville presentibus litteris duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, octaua die mensis Octobris.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

DXCIV.

Kaiser Karl IV. versichert der Stadt Lübeck, dass er sein jus primarum precum weder zu Gunsten eines Laien, noch zu Gunsten einer der Stadt missfälligen Person ausüben wolle. 1366. Oct. 10.

Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex. Consulibus | et vniuersitati ciuium Lubicensium, suis et imperij fidelibus dilectis, graciam suam et omne bonum. Ex parte vestri nuper | honorabilis Johannes de Wanzeberg, vester notarius deuotus, noster dilectus, nostre maiestati proposuit, vos ex quorundam | percepisse relatu veridico, quod super prouisione cuiusdam persone pro beneficio ecclesiastico vestre presentacioni, collacioni vel disposicioni spectante vobis direxerimus primarias preces nostras. Verum, licet ex imperialis coronacionis nostre sollempnijs de jure et approbata consuetudine sacri imperij hactenus obseruatis personis singularibus eciam pontificali dignitate suffultis super prouisione vnius persone pro beneficio ecclesiastico, ac ecclesijs et monasterijs super receptione vnius in sua collegia direxerimus preces nostras primarias, predecessorum nostrorum in hac parte vestigiis inherentes, tamen laicalibus personis non meminimus preces huiusmodi porrexisse. Quapropter, si per inaduertenciam, obliuionem vel importunam precum instanciam alicui tales litteras pro beneficiis vestre disposicioni spectantibus dedissemus vel in antea nos dare contingeret, ad exaudicionem earum vos inuitos nequaquam artari decernimus nec teneri, ymo eciam si date fuissent littere executorie desuper, easdem tamquam nullas et irritas et omnia exinde secuta ex certa sciencia reuocamus, nolentes vestram ciuitatem aut ciues in personis seu rebus occasione litterarum huiusmodi ab aliquo impeti vel grauari, sed si de beneficijs vestre disposicioni spectantibus alicui prouidistis hucusque, prouisionem eandem, quantum in nobis est, non obstantibus precibns nostris primarijs pro quacumque vobis persona directis, habere volumus roboris firmitatem. Presencium sub imperialis nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Nurenberg, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, decima die mensis Octobris, regnorum nostrorum anno vicesimo primo, imperij vero duodecimo.

Per dominum Berson de Risenberg Luderus de Nortenberg.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel und Rücksiegel.

Digitized by Google

DXCV.

Der Cardinal Johannes Sancti Marci fordert den Lübeckischen Dechanten Johann Clendenst und den Domherrn Johann Blücher auf, die von Johann von Helle bei der Römischen Curie von neuem angebrachten Beschwerden gegen den Rath von Lübeck zu untersuchen und darüber zu entscheiden, falls aber seinem Ausspruch der Gehorsam würde versagt werden, darüber an ihn, den Cardinal, zu berichten. 1366. Oct. 10.

In nomine Domini amen. Dudum sanctissimo in Christo patri et domino nostro, domino Vrbano diuina prouidencia pape V., in quodam consistorio publico pro parte Johannis de Helle, presbiteri Sleswicensis diocesis, exposito, vt in quadam papiri cedula continetur, et deinde pro parte consulum Lubicensium et aliorum in infrascripta papiri cedula contentorum in quodam alio publico consistorio exposito et ad predictam exposicionem pro parte dicti domini Johannis factam responso, vt in quadam alia papiri cedula eciam continetur, quarum cedularum tenores secuntur. et primo tenor proposicionis pro parte dicti domini Johannis facte, que talis est:

[1]Sanctissime pater. Dudum lite et causa pendentibus coram reuerendo patre, domino . . episcopo Conuenarum, inter procuratorem fiscalem sanctitatis vestre ad denunciacionem Johannis de Helle, presbiteri Sleswicensis diocesis, ex vna parte, et Hermannum de Stederen, prepositum monasterii in Segheberghe ordinis sancti Augustini, Henricum de Vemeren, cantorem, et Godefridum Morman, prepositum Vthinensem in ecclesia Lubicensi, nec non Nicolaum Ruter, clericum, Detlenum Broyen, Holt de Alen, Euerhardum Swarte, Henricum Ricbode et Bernardum Aldenborgh et quosdam alios in processibus dicti domini episcopi Conuenarum expressatos laicos, burgenses Lubicenses cum eorum complicibus, ex altera, de et super quibusdam iniuriis et violenciis et notoriis excessibus eidem presbitero per ipsos prepositum ac Lubicenses factis et illatis, et processo debite in causa huiusmodi, prefati Lubicenses obtinuerunt, causam huiusmodi committi reuerendo patri, domino cardinali Nemausensi, qui habitis diuersis tractatibus ordinauit, quod prefati Lubicenses in emendam iniuriarum et violenciarum antedictarum deberent facere fieri crucem argenteam ad summam seu valorem quadraginta florenorum auri et

1) Dieser und die folgenden im obigen Texte gemachten Absätze finden sich im Originale nicht, werden aber zur Uebersichtlichkeit des umfangreichen Instrumentes dienen.

Digitized by Google

eam portare de cimiterio ad maius altare sancti Nicolai quadam die maxime festiuo *(sic!)*, hora magne misse, publice et populo ibidem existente, infra certum tempus iamdiu elapsum. Verum, pater sanctissime, cum prefatus presbiter ad dictas partes accessisset et quendam procuratorem ipsorum Lubicensium exhortasset, ut pecuniam ipsis Lubicensibus impositam pro premissis pagare deberent et curarent, idem procurator impetuose sibi respondit et dixit, quod hoc fuerat ficticie et contra iusticiam factum, et quod nunquam ipsi Lubicenses pecuniam pagarent. Cum autem, pater sanctissime, prefatus presbiter pro suis negociis ac aliis de causis iter ad Romanam curiam veniendi arripuerit ipseque in monasterio Segheberghe predicto existeret neminem offendendo, quidam Luttekehenneke nomine, famulus Lubicensium predictorum, cum suis complicibus ipsum presbiterum verbis et factis publice cum armis offensibilibus inuaserunt et ipsum interficere nitebantur, nisi nobilis et generosus vir, dominus Heinricus, comes Holtzacie et Stormarie, eisdem resistisset,[1] qui eundem liberauit ob Dei reuerenciam a manibus inuadencium predictorum. Et eciam predicti Lubicenses post et contra ordinacionem et pronunciacionem dicti domini cardinalis executores processuum apostolicorum rebus suis spoliari mandauerunt et fecerunt, et nuncios et familiares ipsius Johannis, quos ad Romanam curiam destinabat, bannierunt et sub pena capitali prescripserunt[2] et alias persecuciones sibi et suis imposuerunt in rebus et personis. Vnde, cum predicta redundent in contemptum sedis apostolice dictique presbiteri non modicum preiudicium et grauamen, propter quod non est dubium ipsos et eorum quemlibet excommunicacionis et anathematis sentencias, in die Jouis Cene Domini per sanctitatem vestram contra inuadentes, verberantes, iniuriantes illos, qui ad dictam Romanam curiam accedunt pro suis aut alijs negocijs in eadem expediendis, publice latas, et alias sentencias a canone latas incurrisse, et ne talia [talia] remaneant impunita, et modicum prodesset imponere penitencias, nisi peragerentur, et vt ceteris transeat in exemplum, supplicat igitur sanctitati vestre Johannes de Helle, presbiter predictus, quatenus alicui de reuerendis patribus, dominis sancte Romane ecclesie cardinalibus, [committere] dignemini causam et causas tam ciuiles quam criminales, quas dictus presbiter mouet et mouere intendit contra premissos coniunctim et diuisim, committere audiendas, decidendas et fine debito terminandas, et, si de premissis reper[i]erit dictos Lubicenses ac suos complices et eorum aliquem culpabi-

1) l. restitisset. 2) l. proscripserunt.

Digitized by Google

les seu diffamatos de premissis ant premissorum aliquo, eosdem culpabiles et diffamatos citet, et personaliter octo de principalibus et alios, legitime in curia(m) Romana(m) per publicum edictum affigendum eciam in valuis Auinionensis ecclesie seu palacii apostolici, tociens, quociens opus erit, cum propter potenciam et tyrannidem laicorum predictorum tute in partibus citari non possint, cum potestate declarandi, huiusmodi culpabiles et diffamatos excommunicacionis et anathematis sentencias incurrisse, ipsasque, si expedierit, aggrauandi et reaggrauandi, ac procedendi in huiusmodi negocio summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, et eciam compellendi ad obseruacionem eorum, que per prefatum dominum cardinalem ordinata fuerunt, quam quidem ordinacionem et eciam statum huiusmodi cause dignetur vestra sanctitas hic habere pro expressis, et cum potestate ipsos et ipsorum quemlibet puniendi juxta et secundum canonicas xanctiones, et in et super premissis et ea tangentibus, emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis ex eisdem faciendi et ministrandi justicie complementum.

Tenor vero responsionis pro parte dictorum Lubicensium facte sequitur et est talis:

Beatissime pater. Ante responsionem faciendam contra proposicionem, nomine cuiusdam Johannis de Helle in ultimo consistorio ,contra consules Lubicenses factam, restant aliqua de qualitate et honestate dictorum consulum et ciuitatis Lubicensis pro informacione sanctitatis vestre exponenda. Videlicet, quod in partibus Almanie in inferiore Saxonia in prouincia Bremensi est sita dicta ciuitas Lubicensis, que est imperialis et nulli alteri nisi imperatori siue imperio subiecta, et regitur vice et nomine imperatoris siue imperii per certos perpetuos consules, ciues dicte ciuitatis, qui in eadem ciuitate tenent et habent super gentes inhabitantes eandem merum et mixtum imperium, siue supremum judicium atque bassum, et president ut collegium ciuibus et communitati ciuitatis eiusdem. Et huiusmodi consules sunt viri sapientes, honesti, legales, justi et multum virtuosi, ac sunt et semper fuerunt Romane ecclesie et sanctitati vestre et imperio obedientes, et nunquam in rebellione reperti, et gentes ciuitatis ac predicti consules multum deuoti, clericos seculares et religiosos intima caritate et omni fauore ac reuerencia semper prosequentes. Et hec ciuitas propter sui legalitatem, virtutem et honestatem hanc habet prerogatiuam, quam nulla ciuitas Almanie dicitur habere, quod ad eam et consules predictos plus quam a triginta ciuitatum et oppidorum maximorum muratorum, in illis partibus situatorum, judicum sentenciis siue eorum grauaminibus

Digitized by Google

appellatur et prouocatur, nec ab ipsis ad alium uel alios nisi ad tribunal domini imperatoris pro tempore existentis appellatur, quod tamen raro dicitur contigisse. Eciam hec ciuitas siue consules antedicti solum de ipsius ciuitatis redditibus et prouentibus, absque quorumlibet aliunde veniencium mercatorum aut peregrinorum tallia siue gebella, stratam siue carrerias publicas illarum parcium tenent per suos stipendiarios itinerantibus quibuscunque securas. Unde propter predictas et alias multiplices suas virtutes dominus imperator ac ceteri nobiles dictarum parcium ipsam ciuitatem et consules ipsius maximo honore et fauore in parlamentis et alibi, ubi eosdem consules venire contingit, prosequuntur et reuerentur; huiusmodi eciam consules ex singulari priuilegio imperatoris auro, vario, sindone et aliis insignibus militaribus vti possunt et vtuntur propter dictas et alias suas nonnullas multiplices virtuosas operaciones, quibus semper inherent et intendunt. De eorundem consulum magnificencia et potencia est, sanctissime pater, in curia sanctitatis vestre et ubique publica vox et fama, que reuera magne sunt, et cetera.

Contra hos consules, viros virtuosos, ut premittitur, fuit in ultimo consistorio pro dicto Johanne de Helle propositum, licet falso, quomodo dicti consules ipsum Johannem alias cepissent et per plures dies tenuissent captum grauiter et incarceratum, et quod propter hoc ipsi consules alias ad mandatum sanctitatis vestre fuissent personaliter ad curiam sanctitatis vestre citati, et quod demum ad ordinacionem et pronunciacionem domini cardinalis Nemausensis, cui sanctitas vestra causam seu causas, quam uel quas idem Johannes occasione predicte capcionis et detencionis ipsis consulibus mouere intendebat, commisit audiendas et cetera, deberent predicti consules dicto Johanni in emendam et penitenciam publice deferre de cimiterio ad maius altare ecclesie Lubicensis vnam crucem argenteam de valore quadraginta florenorum, ad quod faciendum cum nuper dictorum consulum quendam procuratorem requireret, ipsum Johannem per quendam ipsorum familiarem dicti consules interficere nitebantur, eciam quod eidem Johanni et quibusdam suis familiaribus in personis et rebus eorum iniurias et dampna multiplicia intulerunt occasione requisicionis antedicte. Unde sanctitati vestre fuit nomine eiusdem supplicatum, ut huiusmodi causam seu causas, quam vel quas idem Johannes consulibus predictis occasione premissorum mouere intendit, dignaretur vestra sanctitas (committere) alicui de reuerendis patribus, sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus, cum mandato citandi octo personas de principalibus et alios de predictis, diffamatos et culpabiles eciam, in curiam sanctitatis vestre per edictum.

Digitized by Google

Contra hanc proposicionem sanctitati vestre exponitur, quod idem Johannes de Helle nuper hic in curia Romana de anno pontificatus sanctitatis vestre primo pro quodam rectore parochialis ecclesie Sleswicensis diocesis quoddam rescriptum: Ea que de bonis, ad quendam iudicem prepositum Bremensis diocesis impetrauit, et, huiusmodi rescriptum secum ad partes deferens, ab eodem preposito quandam citacionem siue mandatum obtinuit, in quo idem prepositus quendam ciuem Lubicensem citauit vigore dicti rescripti sibi per dictum Johannem presentati ac citari mandauit, ut certo termino et loco assignatis compareret, querelis dicti rectoris responsurus. Huiusmodi citacionis siue mandati execucione facta et eidem ciui intimata, idem ciuis certum suum procuratorem, aduocatum et notarium et alias gentes ad hoc necessarias misit ad locum et terminum assignatos. Quibus comparentibus, pro parte aduersa coram dicto judice nullus comparere curauit, sed in fauorem partis aduerse idem judex prepositus huiusmodi terminum ad aliam diem prorogauit ad idem, sicque pluribus terminorum continuacionibus non sine magnis sumptibus factis, dictus Johannes fecit apud prefatum ciuem pro redemenda lite ac soluenda certa pecunie summa attemptari. Quam soluere et dare idem ciuis, vtili vsus consilio, denegauit, sed certum suum procuratorem ad rectorem predictum misit ad inquirendum et inuestigandum, qua ex causa ipsum ad judicium siue forum ecclesiasticum fecerat euocari ac tot et tantis laboribus et expensis fatigari, cum non sciret causam seu causas, propter quam uel quas ipsum posset et deberet impetere, cum paratus esset sibi coram dictis consulibus, suis judicibus, in et de quacunque causa respondere. Quibus dicto rectori expositis, idem rector, nimium stupefactus de predictis, respondit, se nichil scire nec aliquod procuratorium dicto Johanni ad premissa tradidisse nec cum eodem ciue causam aut aliquas causas habuisse. Quam responsionem idem rector posthec in judicio coram dicto Johanne proposuit et huiusmodi litem inceptam prohibuit et interdixit, super quibus nonnulla facta et conscripta sunt instrumenta, producta alias coram domino cardinali Nemausensi predicto. Post premissa idem ciuis contra prefatum Johannem, in ciuitate Lubicensi repertum, coram vicario domini . . episcopi Lubicensis, tunc in remotis agentis, super abusione et falsitate dictarum litterarum sanctitatis vestre, ut premittitur, factis et commissis querelas deposuit, quem idem vicarius propter enormitatem facti alias in dictis partibus inauditi et ad tollendum scandalum ex eodem facto exortum detineri fecit et usque ad reditum dicti domini episcopi conseruari. Tandem, dicto domino episcopo ad ciuitatem Lubicensem reuerso, causam seu

Digitized by Google

causas huiusmodi . . decano Lubicensi idem dominus episcopus commisit audiendas et cetera. Coram quo aliquibus terminis inter dictas partes obseruatis, predictus decanus causam seu causas antedictas prefato domino episcopo duxit remittendas. Qui tandem veritate premissorum reperta dictum Johannem prefatum dominus episcopus propter falsitates et abusiones antedictas et nonnullas alias iniurias et offensas dictis consulibus et aliis ciuibus ciuitatis predicte illatas ac seditiones occasione premissorum in clero et populo ibidem exortas per suam diffinitiuam sententiam, pure et solempniter in termino ad hoc dictis partibus assignato, dicto Johanne presente et comparente, latam, extra ciuitatem Lubicensem in exilium relegauit. Demum post premissa idem Johannes sanctitati vestre seorsum in camera fecit exponi, licet falso, quomodo per dictos consules fuisset grauiter et letaliter per plures dies captus, incarceratus et detentus, ac supplicari, ut excellentissima sanctitas vestra dignaretur causam seu causas, quam vel quas dictis consulibus super huiusmodi iniurijs et offensis sibi illatis, prout pretendebat, mouere (intendebat), domino episcopo Conuenarum, tunc in Romana curia moram facienti, committere cum citacione personali contra consules antedictos emittenda, quam commissionem sanctitas vestra concessit. Cuius occasione idem dominus episcopus Conuenarum omnes et singulos consules predictos et quemlibet eorum nominatim citauit per certi tenoris mandatum ac citari mandauit, ut certo termino ipsis et cuilibet eorum prefixo in Romana curia coram ipso personaliter comparerent ad dicendum et allegandum causam seu causas, quare non deberent excommunicati nunciari. Deinde huiusmodi termino ueniente, prefati consules per suos certos procuratores, viros honestos et ydoneos, ad huiusmodi causam seu causas destinatos, comparuerunt, nonnullas causas proponentes legitimas et racionabiles, propter quas in termino assignato non poterant comparere et se eidem domino episcopo Conuenarum personaliter exhibere, quas idem dominus episcopus admittere recusauit, sed eosdem consules et quemlibet eorum minus juste declarauit et pronunciauit excommunicatos fore nunciandos. Post predicta sanctitas vestra, de singulis premissis melius informata, huiusmodi causam seu causas domino cardinali Nemausensi predicto commisit audiendas et cetera. Tandem, beatissime pater, dominus archidiaconus Nemausensis, dicti domini cardinalis auditor, more suo benigno ac consueto dictas partes ad vitandum ulteriores sumptus et expensas ad concordiam et pacem cupiens deducere, disposuit, quod eedem partes in dictum dominum cardinalem compromiserant et arbitrati fuerant, ut pronunciaret inter ipsas iuxta exigenciam hincinde pro-

Digitized by Google

ductorum. In cuius compromissi et arbitrii vigore dictus dominus cardinalis, de singulis hincinde productis ac de meritis cause seu causarum huiusmodi clare et ad plenum informatus, in certo termino dictis partibus assignato ac ipsis presentibus et coram dicto domino cardinali comparentibus, per suam diffinitiuam sententiam dictos consules ab impeticione prefati Johannis absoluit sibique silencium imposuit in et supra causa seu causis antedictis, et prefatum vicarium domini episcopi Lubicensis, pro eo et eo quia modum in tenendo et custodiendo eundem Johannem excesserat, in ducentis florenis eidem Johanni soluendis condempnauit. Quam sententiam dicte partes expresse approbarunt et acceptarunt. Deinde de vtriusque partis concordia ipsa sentencia in Romana curia et extra extitit execucioni debite demandata, ac prefatos consules et quemlibet eorum ac quoslibet eorum in huiusmodi causa seu causis consortes dictus dominus cardinalis in personis dictorum suorum procuratorum de mandato sanctitatis vestre ab excommunicacionis sentencia, quam per prefatum dominum episcopum Conuenarum, ex eo quod personaliter coram ipso non comparuerant, prout mandauerat, declarati fuerant incidisse, absoluit, et penitenciam pro huiusmodi contumacia ipsis iniungendam commisit domino archidiacono sepedicto, quam idem dominus archidiaconus ad triginta florenos taxauit in et ad pios vsus conuertendos. Quibus triginta florenis per dictos procuratores realiter persolutis et nulla quauis alia penitencia eisdem iniuncta, dictus dominus archidiaconus inter certas puellas nobiles maritandas dictos triginta florenos pijssime et vtiliter distribuit et realiter erogauit. De quibus omnibus et singulis premissis plura instrumenta facta sunt et conscripta, eciam de eisdem dicti domini cardinalis et archidiaconus plenius instructi sanctitatem vestram poterint verius informare.

Vnde dignetur sanctitas vestra excellentissima dicto domino cardinali committere, ut super omnibus et singulis nuper sanctitati vestre nomine dicti Johannis falso expositis silencium eidem Johanni imponat, cum, ut premittitur, veritatem non contineant, sed in dictorum consulum iniuriam, verecundiam, scandalum et offensam et ad extorquendas pecunias ab eisdem consulibus sunt per dictum Johannem et quosdam alios suos in hac parte complices, dictorum consulum emulos et inimicos, reuera false et inique conficta et fabricata:

[1] Idem dominus noster papa nobis Johanni, titulo sancti Marci presbytero cardinali, commisit oraculo viue vocis causam et causas huiusmodi, de quibus

1) Hier beginnt der Nachsatz zu *Dudum sanctissimo* (S. 631).

in dictis cedulis fit mencio, concordia uel iudicio audiendas, decidendas et fine debito terminandas, cum potestate citandi personas in prefata exposicionis cedula pro parte dicti domini Johannis reddita contentas in curiam Romanam et extra eandem et ad partes, semel et pluries ac tociens, quociens foret opportunum, citra tamen citacionem quamlibet personalem, non obstante quod causa seu cause huiusmodi non essent ad Romanam curiam legitime deuolute seu in ea de sui natura tractande uel finiende. Post quam quidem commissionem habito[1] tam per nos quam mediante venerabili viro, domino Aymerico Helye, archidiacono Nemausensi, auditore et capellano nostro, cum prefato Johanne de Helle, principali, ac venerabili viro Hermanno Rostock, canonico Lubicensi, nomine dictorum consulum Lubicensium et aliorum predictorum et pro ipsis interueniente, tractatibus quam pluribus super contentis in exposicionum cedulis supradictis, tandem de dictorum Johannis, principalis, ac Hermanni concordi consensu et vnanimi voluntate, coram nobis comparentibus ad hoc pro tribunali sedentibus, in scriptis ordinauimus et pronunciauimus in hunc modum:

In primis imponimus silencium perpetuum parti vtrique super datis propositis in dictis duobus consistorijs, in quantum concernunt ea, que precesserunt ordinacionem nostram alias per nos factam, de qua in dictis cedulis fit mencio, et eius notificacionem ad partes, cum super eis altera pars alteri parti in nullo predictorum teneretur nec teneatur, sic quod neutra pars alteram ulterius inquietare possit nec aliquid petere super predictis seu eorum occasione in futurum, eciam emende, satisfactionis seu alia quauis causa, directe uel indirecte, uel quouis modo quouisque colore quesito. Super iniurijs vero, ablacione rerum et alijs in predicta cedula pro parte dicti Johannis de Helle reddita per ipsum Johannem pretensis, dictam ordinacionem et eius notificacionem ad partes subsequentibus, mandamus et committimus venerabilibus et circumspectis viris, dominis Johanni Clemdienst, decano et canonico, ac Johanni Blucheren, eciam canonico Lubicensi, quod se informent summarie et sine strepitu iudiciali de predictis iniurijs et ablacionibus pretensis, et si ea vera non repererint, quod permittant dictos Lubicenses in sua pace. Si vero reper[i]erint ea uel aliqua ex eis esse vera, faciant concordiam uel alias, ut eis videbitur satisfieri dicto domino Johanni seu eius certo nuncio aut procuratori. Et si consules Lubicenses seu alij predicti ipso casu satisfacere recusarent, scribant i(i)dem commissarii et nobis informacionem fidelem mittant super premissis hinc ad sexdecim menses proxime futuros, certificantes nos,

1) L. habitis.

Digitized by Google

cuius culpa, occasione uel causa satisfactio non fuerit impensa domino Johanni antedicto, ut nos possimus parti utrique iusticiam equo librante ministrare, et eo casu penes nos remaneat omnis potestas super hijs iudicandi et ordinandi, prout nobis videbitur faciendum, nec per presentem commissionem nostre iurisdictioni in aliquo derogetur nec ipsa impediatur, quominus procedere possimus super eis, quorum status ex hoc non ledatur, ymo remaneat in suo debito esse, et in quo nunc existit. Volumus eciam, ordinamus et mandamus, quod dicti consules Lubicenses et alij supradicti dent omnimodam et plenam securitatem eidem domino Johanni eiusque familie presenti et future eiusque consanguineis et adherentibus sibi, tam in personis quam in rebus, et taliter, quod possint occasione premissorum libere ingredi et egredi ciuitatem Lubicensem predictam eiusque territorium et districtum, et in eis commorari et bonis suis libere uti, prout alij ciues utuntur, et alia omnia agere licita et honesta, et que dicti cines dicte ciuitatis agere possunt. Quam quidem ordinacionem seu pronunciacionem per nos factam, protestato primo per ipsum Johannem, quod, si dicti commissarij eis commissa non adimplerent aut adimplere non possent seu negligerent, siue prefati consules Lubicenses et alij supradicti ordinanda per ipsos commissarios seruare et adimplere nollent, seu si ipsi Johanni eiusque familie, amicis et sibi adherentibus securitatem, ut supra dicitur, dare recusarent uel contradicerent, quod eo casu super premissis possimus procedere, et quod nostre iurisdictioni nobis, ut premittitur, attribute neque iuri suo in nullo derogetur, prout eciam in predicta ordinacione lacius est expressum, ipsi, inquam Johannes et Hermannus, prefatis pronunciacioni et ordinacioni, tamquam de eorum voluntate et consensu ac presciencia et maturo tractatu precedente facte, expresse consenserunt ipsamque laudauerunt et approbauerunt, et ita se obseruaturos hinc inde ad sancta Dei euangelia, suis manibus successiue scripturis tactis, iurauerunt, et nichilominus prefatus Hermannus modo, quo supra, iurauit suam bonam facere diligenciam, quod premissa omnia et singula ac eciam per dictos commissarios circa premissa ordinanda per prefatos consules Lubicenses ac alios supradictos libere, integre et inconcusse obseruentur et eciam impleantur.

In quorum omnium testimonium presentes litteras nostras seu presens publicum instrumentum per Arnoldum, notarium publicum infrascriptum, fieri et publicari mandauimus nostrique sigilli appensione muniri. Datum et actum Auinione in hospicio habitacionis nostre, anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die Sabbati, decima mensis

Digitized by Google

Octobris, pontificatus prefati domini Vrbani pape quinti anno quarto, presentibus prefato domino Aymerico, archidiacono Nemausensi, ac venerabilibus viris, dominis Hugone Moteti, priore de Balinis Ebredunensis diocesis, et magistro Grimaldo de Romanis, domini pape scriptore, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) [1] Et ego Arnoldus Prel de Heppenart, clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius necnon prefati reuerendissimi patris, domini Johannis cardinalis, et huiusmodi cause scriba, premissis omnibus et singulis vna cum suprascriptis testibus interfui eaque sic fieri uidi et audiui et hoc instrumentum publicum de mandato et auctoritate prefati domini cardinalis et ad rogatum parcium predictarum exinde retinui, quod, alijs occupatus, per alium scribi feci, hicque me manu propria subscripsi et signum meum consuetum apposui in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem wohl erhaltenen Siegel des Cardinals.

DXCVI.

Der Rath von Lübeck ersucht den König Hako von Norwegen, mehreren Lübecker Bürgern die ihnen in Marstrand durch Vasallen des Königs aus einem Schiffe geraubten Güter zurückgeben zu lassen. 1366. Oct. 22.

Generoso principi ac domino, domino Haquino, regi Zwecie et Norwegie, consules ciuitatis Lubicensis, quidquid poterunt reuerencie et honoris. Nouerit vestra dignitas regalis, quod comparentes in presencia nostra Wernerus Kosfeld, Wernerus Hüningh et Efrardus Paal, nostri conciues dilecti et viri fidedigni, nobis conquesti sunt grauiter et querulose, qualiter nuper in vigilia sancti Jacobi apostoli proxime retroacta in portu Mastrande per vestros vasallos, videlicet dominum Narwonem, capitaneum in Baluss, dominum Petrum Flamingh, Axel Ketilsone et suos in hac parte coadiutores, ex cuiusdam naucleri naui, que debuit velificare de Aleborgh versus Berghis, ablata sunt ipsis eorum bona, videlicet Wernero et Wernero predictis in farina et brasio ad valorem centum marcarum lubicensium denariorum et Efrardo in brasio ad valorem XV marcarum denariorum, prout quilibet eorum pro se juramento suo coram nobis ad sancta prestitq hoc rite confirmauit, quod dicta bona ipsis proprie et legitime pertinent et nulli hospitum seu extraneorum in hijs partem aliquam habenti.

1) Von anderer Hand.

Digitized by Google

Quare vestram magnificenciam duximus instanter presentibus exorandam, quatinus racione iusticie et intuitu nostro (!) hoc apud prenominatos vestros vasallos disponere dignemini et ordinare effectiue, quod memoratis nostris conciuibus premissa bona per vestros sic in bona securitate et eciam sine culpa nostratibus ablata restituantur et refundantur integraliter et expedite, petentes nobis responsum vestrum efficax et benignum desuper reformari. Datum anno Domini MCCCLXVI, die beati Seueri episcopi, nostro maiori sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 32b.

DXCVII.

Notariatsinstrument über die vom Rector der Kirche in Rellingen, Johann Flos, abgegebene Erklärung, dass er den Rath von Lübeck wegen eines durch dessen Gewaffnete an ihm verübten Ueberfalls bei der Römischen Curie verklagt habe und so lange gerichtlich verfolgen werde, bis er hinlängliche Genugthuung erlangt habe. 1366. Oct. 25.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCCLX sexto, indictione quarta secundum modum Romane curie et mensis Octobris die XXIIIIma, hora prima uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno quarto, in campo circa villam Rellynghe Bremensis dyocesis, versus orientem, in mei notarii publici infrascripti et testium presencia subscriptorum constitutus discretus vir Johannes dictus Albus, juratus notarius ciuitatis Lubicensis ac nuncius specialis, missus et ordinatus per honorabiles viros et discretos, dominos .. consules ciuitatis Lubicensis, in causa seu causis infrascriptis, prefatus Johannes Albus proposuit verbotenus et dixit, quod ad noticiam honorabilium virorum et discretorum, dominorum suorum .. consulum Lubicensium predictorum, nouiter deuenisset, quod dominus Johannes Flos, rector ecclesie parrochialis in Rellynghe dicte Bremensis dyocesis, ibidem personaliter constitutus, graues querelas in curia Romana coram reuerendissimo in Christo patri et domino, domino eorum, domino Johanni tytuli sancti Marci presbitero cardinali, et forsan coram sanctissimo in Christo patri ac domino nostro, domino Vrbano papa nostro predicto, super eo, quod ipsi domini .. consules Lubicenses predicti per quosdam suos familiares, viros armatos, prope Bordesholme supradicte Bremensis dyocesis ipsum debuissent captiuasse et rebus

Digitized by Google

suis et litteris apostolicis spoliasse ipsumque tam diu captum detinuisse, donec prenominatus dominus Johannes Flos ibidem promisisset et jurasset, quod de cetero nullas litteras apostolicas ad partes istas portare et transferre deberet, mouisset et intentasset. Predictus uero Johannes Albus eundem dominum Johannem Flos publice et alta uoce requisiuit et interrogauit, si premissa querela contra predictos dominos suos per eum esset facta, mota et intentata, quod de hoc eidem tamquam nuncio et procuratori certo diceret et responderet veritatem. Quibus sic propositis, predictus dominus Johannes Flos publice et alta voce confitebatur et respondit, quod ipse [querelas] sanctissimo in Christo patri ac domino nostro, domino Vrbano diuina prouidencia pape quinto, ac domino .. cardinali predictis querelas in curia Romana proposuisset et intentasset super eo, quod honorabiles et discreti viri, domini .. consules Lubicenses predicti, ipsum per quosdam suos familiares, viros armatos, quorum nomina ignoraret, in terra Holtzacie equis et rebus suis ac litteris apostolicis spoliassent, quod vellet et posset probare sufficienter, et licet sepius per eum super dicto spolio moniti, tamen sibi minime satisfecissent, et ergo tam diu monere et querelas mouere et intentare vellet contra eosdem, donec emendam condignam consequeretur. Acta sunt hec anno, indictione, me(n)se, die, hora, pontificatu et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus viris et discretis, dominis Thiderico Wraak, Johanni Langhen, consulibus, Johanni Oldendorp et Helmico carnifici, ciuibus, Thymmoni Boytin, aduocato ciuitatis Hamburgensis dicte Bremensis dyocesis, Nicolao Tarnowen, Godekino Dannenberch, Hinrico Twilenuleth, Heynoni Mekelenborch, Johannni Monek, eorum familiaribus, et quam pluribus aliis fidedignis vocatis et rogatis specialiter ad premissa.

(Notariatszeichen.) Ego Johannes Tunderstede, clericus Verdensis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi interrogacioni et responcioni ac omnibus aliis et singulis premissorum, dum sic agerentur, vna cum prenominatis testibus presens interfui ideoque hoc presens instrumentum exinde confeci, quam[1] meis signo et nomine solitis et consuetis signaui rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

1) l. quod.

Digitized by Google

DXCVIII.

Die Brüder Eccard und Johann von Crumesse verkaufen dem Rathe von Lübeck den freien Hieb ihres Holzes im Kannenbroke während der nächsten acht Jahre für 475 Mark Lübisch. 1366. Nov. 1.

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos Eghardus de Crumesse, miles, et Johannes de Crumesse, armiger, fratres, cupimus fore notum per presentes publice ‖ protestando, nos vnanimi voluntate et pleno consensu nostrorum heredum proximorum nec non omnium illorum, quorum consensus fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidisse ‖ honorabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, omnia ligna nostra quercina in den Cannenbroke sita, prout ventus ea flat, et diuersa alia nostra ligna, cuiuscunque ‖ generis fuerint, ibidem sita, exceptis lignis quondam Johanni Crumesse alias dicto Cappelle et Walrauen, suo fratri, pertinentibus, cum omnibus fructibus et attinencijs suis, sicut in suis terminis comprehensa, et veluti nobis hactenus liberius pertinebant, pro quadringentis et septuaginta quinque marcis lubicensibus nobis integraliter persolutis et in vsus nostros necessarios omnimode expositis et conuersis. Quibus vero lignis dicti domini consules vti debent a proximo festo beati Martini episcopi vltra ad octo annos immediate sequentes, libere secandi cum plena facultate quarumcunque arborum et lignorum genera, velut ventus flat, in ipsis contenta, et ipsa educenda,[1] vbicunque et quandocunque eis videbitur melius expedire. Restes vero liberas, pascua libera, vias liberas, hudam liberam et theoloneum liberum ipsis vsque super Stekenisse ordinabimus expedite. Eciam dictos dominos consules, eorum seruitores et ipsorum res vniuersas in nostram recipimus tutelam medio tempore, quo dictis lignis vtantur, eque nostris. Si vero aurige seu vectores ipsorum lignorum vel aliquis alius in agris vel segetibus dampnum fecerit, non propter hoc dicti domini consules, ipsorum seruitores et eorum bona debent impediri, sed debet reo inputari. Si autem aliquis furtiua sectione aut eductione ipsorum lignorum seu ex lite aliqua vel quouis alio modo excessum perpetrauerit, elius[2] emende propter hoc facte nos dimidietatem et domini consules Lubicenses aliam dimidietatem recipere tenebuntur. Eciam, si vectores et lignorum sectores inter se litigarent, sic quod ex infortunio vnus interficeretur aut plures, seu aliquis ex casu arborum lederetur, non propter hoc sepedicti domini con-

1) l. educendi. 2) l. illius

Digitized by Google

sules Lubicenses, eorum seruitores aut ipsorum bona in periculum deberent detineri, sed debet reo imputari; ceterum promittentes ipsis eadem ligna, prout sub nostris terminis comprehenduntur, per presentes iustam warandiam facere atque veram[1] pre omnibus iuri vel judicio stare volentibus aut parere, sic quod absque contradictione vel obstaculo cuiuscunque pro omni ipsorum commodo et vtilitate frui debent pacifice et quiete, nec nobis aut nostris seu cuiquam alteri aliquid exinde quomodolibet teneantur. Si vero ex parte nostri vel nostrorum amicorum aut aliorum causa nostri quicquam facere seu dimittere volencium in dictis lignis impedimentum sustinuerint, illud nos et nostri heredes ipsis totaliter volumus disbrigare, vel ciuitatem Lubicensem intrabimus in adiacendum statim infra quindenam, postquam requisiti fuerimus, nullatinus exituri, nisi prelibatis dominis consulibus plenariter fuerit satisfactum. Eciam, si ex parte gwerre dominorum vel nostrorum aut amicorum nostrorum in dictis lignis impedimentum seu obstaculum sustinuerint, sic quos eisdem lignis commodose frui non poterint, vt premittitur, extunc tanto tempore dicti domini consules Lubicenses ipsis lignis fruantur post dictos octo annos, quanto fuerint antea impediti lignis in eisdem. Super hijs sic firmiter seruandis vna nobiscum in solidum coniuncta manu dataque fide compromiserunt honesti viri Johannes de Crumesse alias dictus Capelle, Hinricus de Crumesse morans in Clempowe, Hartwicus, Marquardus fratres dicti de Crumesse, et Detleuus de Gronowe, famuli, in omnibus condicionibus prenarratis. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis nostrorum compromissorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCLXVI, in die Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden sieben Siegeln.

DXCIX.

***Der Rath von Lübeck übersendet dem Nicolaus von Lembeke Abschrift eines Briefes des Raths von Dordrecht und bittet ihn zugleich, sich bei dem Könige Waldemar für eine gütige Behandlung der Lübecker zu verwenden. O. J. (1366.) Nov. 1.*[2]**

Strennuo et multum famoso militi, domino Nycolao de Lembeke, dapifero regni Dacie, fautori nostro sincerissime dilecto, consules ciuitatis Lubicensis cum cuiuslibet reuerencie et honoris exhibicione seruicosa et compla-

1) So im Or. — *Warandiam facere* ist construirt, wie sonst *warandizare*. 2) Vgl. № 562.

Digitized by Google

cibili semper preambula salutacione. Famositati vestre decorande nobis singulariter adamande copias litterarum consulum de Dordraco[1] nobis super facto Petri Hattingh, familiaris vestri, occasione liburni missarum transmissamus per presentes, quarum contentis per vos visis et agnitis reuerencia vestra circumspecta discernere poterit, nos in hoc fore sine culpa: vnicuique enim coram nobis in iure nostro conquerenti secundum exigenciam juris nostri municipalis iusticiam reddere nos decet et oportet; quare vestra, quesumus, strennuitas nos in hoc habere dignemini excusatos, non inpingentes nec egre ferentes hoc nobis neque nostris, ast mage dignemini nos et nostrates, prout consueuistis, benigniter promouere. Ceterum dilectionem vestram desideramus non latere, quod illustris princeps, dominus rex Dacie, pecuniam de vittis et cogghone, sicut scitis, quam alias quitam dimiserat, repetiit et resumpsit. Vnde intime petimus eum per vos informari sinceriter cum effectu, vt sese erga nos et nostrates exhibere non dedignetur dominum graciosiorem, quam hactenus eum sensimus fuisse, exhibentes vos in hiis et in aliis nostris commodis beniuolum et benignum nostri voluntarii perhennisque seruiminis ob respectum. Dominus vos conseruet semper feliciter et longeue, nobis per omnia precipientes confidenter. Datum nostro sub secreto, Martini.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 64ª

DC.

Bischof Bertram von Lübeck urkundet, dass Johann Flos, Rector der Kirche in Rellingen, der wegen eines Ueberfalls durch Lübeckische Reiter von ihm gegen den Rath von Lübeck erhobenen Anklage entsagt habe. 1366. Nov. 15.

Vniersis et singulis noticiam presencium habituris Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia Lubicensis ecclesie episcopus, in Domino salutem et rei geste agnoscere veritatem. Vniuersitatem vestram scire volumus lympide protestantes in hiis scriptis, quod in nostra ac scribarum et testium subscriptorum constitutis presencia honorabilibus viris, dominis Johanne Pertzeuale, proconsule, Johanne Plessecowe, Zeghehodone Crispyn et Johanne Methlere, consulibus ciuitatis Lubicensis, suo ceterorumque proconsulum, ciuium ac

1) № 581. Vgl. № 568.

Digitized by Google

vniuersitatis ciuitatis Lubicensis nomine, ex vna, nec non discreto viro, domino Johanne Flos, rectore parrochialis ecclesie in Rellinghen Bremensis dyocesis, parte ex altera, dicti proconsul et consules nomine, quo supra, iam dictum dominum Johannem Flos quasi interrogando allocuti sunt, dicentes, se nonnullorum didicisse relatu veridicorum, quod eos in Romana curia coram sanctissimo in Christo patre, domino nostro papa, accusasset, cupientes ab eo audire huius accusacionis causam, culpam et factum. Tunc dictus dominus Johannes Flos publice narrando proposuit, quod anno nouissime preterito, circa festum beati Michaelis, quatuor dicte ciuitatis Lubicensis stipendiarii ipsum in execucione cuiusdam mandati apostolici existentem equis et aliis rebus suis nec non litteris apostolicis, quibus ipsos consules Lubicenses ad instanciam cuiusdam domini Johannis de Helle citasse debuisset, iuxta villam Bornehouet spoliassent ipsumque captiuum tamdiu detinuissent, quousque abiurasset, quod de cetero nullas tales litteras contra dominos suos, . . consules Lubicenses, procuraret nec portaret nec quidquam querele coram domino nostro papa aut aliis quibuscunque deponeret pro premissis. Ad hec prenominati . . proconsul et . . consules nomine, quo supra, respondentes et de premissis se legitime excusantes asseruerunt, se, suos consulares, ciues et familiares eorum huius cause omnino fore consilii et facti inscios et insontes, requirentes insuper memoratum dominum Johannem Flos, si aliquam contra eos in partibus haberet citacionem, quod eis illam traderet: ipsi presto et parati essent stare iuri sibi coram domino nostro papa vel coram nobis, tamquam judice eorum ordinario, et se et suos de premissis reddere inculpabiles et innocentes, et quod ipse huiusmodi accusaciones probare non posset, quia non sunt notorie neque vere, prout eciam hec omnia in synodo generali eorum vniuersis prelatis et clericis dyocesis nostre Lubicensis pro parte consilii Lubicensis nuper proponebantur. Tunc sepedictus dominus Johannes Flos dixit, se nullam citacionem in partibus habere, sed causam istam in curia Romana pendere. Et recepta deliberacione diligenti confessus est, se errasse et contra eos male informatum fuisse, et ideo, non vi nec dolo inductus, sed sponte, libere, pure et expresse renunciauit liti et cause, reddens supradictos consules, ciues, familiares et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis premissi facti simpliciter inscios et insontes, volens eos perpetuo prosequi amicicia et fauore. Reuocauit nichilominus omnes et singulos suos procuratores ad prosecucionem huiusmodi cause[1] constitutos,

1) in huiusmodi causis seu negociis. N 601.

Digitized by Google

et constituit honorabiles[1] viros, dominos Henricum Bremensis et Hermannum Buccensis Bremensis dyocesis ecclesiarum[2] prepositos, ac magistrum Jacobum Krumbeken, archidyaconum in Trybezees in ecclesia Zwerinensi, in suos veros et legitimos procuratores, actores, factores et nuncios speciales, et eorum quemlibet in solidum,[3] ita quod non sit melior condicio occupantis, sed, quod vnus eorum inceperit, alter[4] prosequi, mediare[5] valeat et finire,[6] ad reuocandum dictos procuratores suos in dictis causis et negociis constitutos,[7] ac presentem reuocacionem eis notificandum et inhibendum, ne in huiusmodi sopitis causis et negociis nomine ipsius presumant agere, causare aut quidquam attemptare,[8] nec non omnia alia faciendum et exercendum, que in premissis et circa premissa quomodolibet requiruntur, eciam si mandatum exigant speciale; promittens se gratum, ratum ac firmum perpetue habiturum, quicquid per dictos suos procuratores actum, factum siue procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Que omnia et singula nos Bertrammus, episcopus, . . proconsul, . . consules ac Johannes Flos supradicti mandauimus et fecimus per scribas infrascriptos in publicam formam redigi et nichilominus sigilli nostri appensione muniri. Acta sunt hec in estuario curie nostre Lubeke, de anno natiuitatis Domini millesimo CCC^mo. LXVI^to. indictione quinta, mensis Nouembris die tredecima, hora nona uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape V^ti. anno quinto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Johanne, decano, Anthonio de Plesse, Godfrido Morman et Johanne Boythyn, canonicis ecclesie nostre Lubicensis, nec non Jacobo Cymmendorp alias de Montestrucionis, clerico dyocesis Brandeburgensis, ac Johanne de Oldenborch, notario publico subscripto, et pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Rodgherus Biscop, clericus Osnaburgensis, publicus imperiali auctoritate notarius, [quia] premissis interrogacioni, proposicioni, responsioni, requisicioni, confessioni, procuratorum reuocacioni et nouorum constitucioni vna cum Johanne, notario, et testibus prenotatis presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam de mandato dicti reuerendi patris, domini Bertrammi, episcopi Lubicensis, redegi, quam signo et nomine meis signaui rogatus specialiter et requisitus in testimonium super eo.

1) venerabiles. 601. 2) Feldt. 601 3) Die Worte stehen in W 601 nach *Zwerinensi*. 4) per vnum eorum inceptum fuerit, per alium 601. 5) mediari. 601. 6) finiri. 601. 7) per eum const. 601. 8) ipsius nomine presumant quicquam agere seu attemptare 601.

Digitized by Google

(*Notariatszeichen.*) Et ego Johannes de Oldenborch, clericus Bremensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis vna cum testibus et notario suprascriptis presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in firmius testimonium premissorum huic instrumento me subscripsi rogatus et requisitus, anno, indictione, die, mense, hora, pontificatu ac presentibus, quibus supra.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DCI.

Notariatsinstrument über die vom Rector Johann Flos geschehene Rücknahme aller gegen den Rath zu Lübeck erhobenen Beschuldigungen und den Widerruf der von ihm in dieser Angelegenheit ausgestellten Vollmachten 1366. Nov. 13.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quinta, mensis Nouembris die tridecima, hora nona vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno quinto, coram reuerendo in Christo patre, domino Bertrammo, episcopo, ac venerabilibus viris, dominis Johanne, decano, Anthonio de Plesse, Godfrido Moreman, Hinrico preposito Bremensis, Johanne Boythyn ac Jacobo Krumbeke canonicis ecclesie Lubicensis, nec non dominis Johanne Pertzevalen, proconsule, Johanne de Plessekowe, Zeghebando Crispyn et Johanne Metheler, consulibus ciuitatis Lubicensis, ac domino Johanne Flos, rectore parrochialis ecclesie in Rellinghen Bremensis dyocesis, ego Rodgherus et Johannes Oldenborgh, notarii publici, et testes infrascripti constituti,[1] idem dominus Johannes Flos publice proposuit et recognouit, quod ex relatu aliquorum intellexisset, quod consules dicte ciuitatis eum in itinere constitutum equis et rebus suis per ipsorum famulos mandassent et fecissent spoliari. Quos consules idem dominus Johannes, credituus excusacione ipsorum precedente, reddidit huiusmodi facti inscios et innocentes, renuncians omnibus et singulis proposicionibus et querelis factis et faciendis per eum et ipsius nomine coram domino nostro papa, dominis . . cardinalibus et quibuscumque aliis in Romana curia et extra, ac actionibus et impeticionibus super premissis et occasioni eorum sibi quomodolibet compe-

1) So im Orig.

Digitized by Google

tentibus. *(Das Folgende, wie № 600, bis)* attemptare. Acta sunt hec in estuario dicti domini . . episcopi Lubicensis, de anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Jacobo Tzynnendorp de Strutzebergh et Johanne Oldenborgh, clericis Brandenburgensis et Bremensis dyocesis, nec non dominis Johanne, decano, Anthonio de Plesse, Johanne Boythyn et Godfrido Moreman, canonicis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Rodgherus Biscop etc.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes de Oldenborch etc.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCII.

Der Rath von Lübeck vertheidigt in einem Schreiben an den Herzog Heinrich von Meklenburg den Lübecker Bürger Bruggemaker gegen mehrere von jenem erhobene Beschuldigungen. O. J. (1366.) Nov. 13.[1]

Generoso principi ac domino, domino Hinrico, duci Magnopolensi ac comiti Zwerinensi, fautori suo promotiuo, consules ciuitatis Lubicensis ad queuis beneplacitorum et obsequiorum genera se in cunctis possibilibus beniuolos et paratos. Receptis per nos reuerenter ac intellectis luculenter vestre dominacionis litteris, quibus querelas mouetis Brugghemakere, nostro conciui, in eo, quod clericus generosi principis, patris vestri, debuisset esse priuatus litteris eiusdem patris vestri et alijs rebus in domo sua et sartor suus captus, et ceteris inibi contentis per nos sane perceptis, nobilitati vestre duximus presentibus reformandum, quod nos ambos fratres, Conradum videlicet et Albertum dictos Brugghemaker, nostros conciues, proinde coram nobis accersiri fecimus, qui asseruerunt, se premissi facti totalis penitus fore inscios et innocentes, volentes se de hoc expurgare, quomodo et qualiter debebunt. Ceterum Albertus Brugghemaker fuerat alias aduocatus noster in Zegheberge,[2] qui protunc habuit quam plures familiares: si quis ex hijs huius facti reus fuerit, an non, refert se latere. Dictum vero castrum ipse anno preterito Natiuitatis sancti Johannis Baptiste deseruit et eciam illos familiares predictos, verum pro

1) Der Brief folgt im Copiarius auf № 585 und steht vor № 605.

2) Vgl. № 592 S. 627 fg.

Digitized by Google

se et seruis suis, quos actu habet et quos in medio anno proxime transacto habuit, dicit se esse innoxium huius facti et se docere insontem, qualiter teneatur. Eciam, si aliquem de seruis suis, cui hoc factum inpingeretis, nominare velitis, ad hoc tantum facere volumus, quantum oporteat et quantum debeamus, tantum eciam, quantum in simili a vobis recipere vellemus. Dominus vos preseruet. Datum nostro sub secreto, dominica post Martini.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 48b.

DCIII.

Nicolaus von Bremen quitirt den Rath von Lübeck über den ihm schuldigen Sold und Ersatz des in dessen Diensten durch Gefangenschaft und sonst erlittenen Schadens. 1366. Nov. 18.

Vniuersis et singulis presencium inspectoribus seu auditoribus ego Nycolaus de Bremen notum fore ‖ cupio publice recognoscens in hijs scriptis, michi per honorabiles viros, dominos consules ciuitatis ‖ Lubicensis, de captiuitate, qua alias, tempore gwerrarum domini regis Dacie, ex vna, ac ciuitates maritimas, parte ex altera, in seruicio eorum captus fueram, ac de dampno, quod perpessus fueram in seruicio eorundem, similiter de stipendio per ipsos michi exinde ministrando fore integraliter et plenarie satisfactum. Tenens me de omnibus hijs bene pro mea voluntate pagatum atque quitatum, dimisi ac presentibus dimitto pro me, heredibus meis ac vniuersis mei et meorum causa quidquam facere uel dimittere volentibus dictos consules et eorum ciues presentes et futuros cum multiformi graciarum actione perpetuo quitos et solutos, nolens vnquam racione premissorum vel quorumlibet ex hijs emergencium quidquam ab ipsis exigere quomodolibet in futurum. In cuius rei euidencius testimonium sigillum meum ex certo meo scitu et jussu presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, in profesto beate Elyzabeth vidue gloriose.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

DCIV.

Der Rath von Lübeck theilt dem Rathe von Rostock mit, dass derselbe für die aus der nachlässigen Bewahrung des Schlosses Borgholm den Seestädten erwachsenen Nachtheile, weil ihm die Hut des Schlosses und der Insel Oeland übertragen worden, verantwortlich sei. O. J. (1366.) Dec. 21.[1]

Honorabilibus et industriosis viris, dominis consulibus Rozstokcensibus, amicis nostris sinceris, per nos consules ciuitatis Lubicensis tocius amicicie, fauoris ac complacencie constanti preambula salutacione. Amici quamdilecti. Quemadmodum domini Jacobus Plescowe et Zeghebodo Crispin, nostri nuncij consulares, hijs diebus ad congregacionem ciuitatum vobiscum per nos legati, inter cetera negocia de facto domini Frederici Zuderland nobis retulerunt, qualiter vos ipsos ciuitatenses consulitis super eodem facto ad discernendum vobis, si videlicet idem dominus Fredericus, an vos sitis pro eo incusandi: ita industrie vestre duximus presentibus desuper reformandum, quod, cum ipsum castrum Borgholmense vna cum terra Olandie fuerat vobis per ciuitates commissum, quod et quam ex parte communium ciuitatum sub vobis habuistis, in cuius scilicet castri et ipsius terre perdicione nobis dampna insurrexerunt non modica, pro quibus non alium, quam vos, monemus, et quia eciam in hijs adhuc alia latent incognita, ex quibus, si alie euenerint moniciones, dampna seu incommoda, pro hijs omnibus vos in nostra ideo stare et esse oportebit monicione. Datum die sancti Thome apostoli, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 75b.

DCV.

Der Rath von Lübeck schreibt dem Herzoge Bugislav von Stettin, dass er in der Sache des Hasso Stubbe, welcher im Allgemeinen behaupte, von Lübeckern beraubt zu sein, aber keinen Einzelnen zu nennen wisse, nichts thun könne, und bittet den Herzog, den Lübeckern deshalb seine Gewogenheit nicht zu entziehen. O. J. (1366.) Dec. 29.[2]

Magnifico et illustri principi ac domino, domino Buxslauo, duci Stetynensi ac principi Ruyanorum, suo fautori gracioso, consules ciuitatis Lubicen-

1) Vgl. Sartorius II. 588 fg. — Die Bewahrung des 1362 am 29. September den Städten verpfändeten Schlosses ward bis Johannis 1363 dem Joh. Gletzow von Wismar übertragen, darauf dem Lübecker Dethard Sachtlevend und dem Stralsunder Engelbert von Dalvitz, 1366 von Johannis bis Michaelis dem obengenannten Rostocker Rathmann. Ebd. S. 501 fg. 509. 526. 567. 577 fg. 580 fg. 612 Nr. 229. 656. 690. 695 fg. 2) Vgl. Lüb. Urk.-B. III., 583. 585.

Digitized by Google

sis affectuosi seruiminis, reuerencie et conplacibilitatis, quantum possunt. Vestre dominacionis litteras continentes, spolium in Hassonem Stubben, ciuem vestrum Camynensem, per nostrates in bona tranquillitate esse perpetratum, honorifice suscepimus, satis euidenter generositati vestre presentibus desuper reformantes, nos dicto Hassoni per vos ad nos legato coram nobis constituto per diligentem lympidamque interrogacionem proposuisse, quod, si ipse aliquem seu aliquos ex nostratibus super aliquo forefacto incusare pretenderet, quod illum vel illos nomine vel cognomine nobis notificaret, vellemus illum vel illos sibi juri sistere et super singulis incusacionibus seu querelis ei mediante iuris nostri ordine ordinare iusticie complementum. Qui respondendo affirmabat, se nullum ex nostris scire, quem super aliquo posset incusare, adiciens, suas causam et querelas in litteris consulum de Drelleborgh patenter clarere. Ad quod ei dixeramus, sicuti dicimus et respondemus per presentes, quod ipsi iam dicti consules de Drelleborgh in dictis suis litteris nullas singulares personas ex nostris, ymmo nullum ciuem aut familiarem nostrum nominetenus exprimunt, qui huiusmodi factum fecisse debuisset, preterea esset nempe grauis actio et causa absurda, sic alicui quid obicere sine racione et declaracione, quyn oporteret reum notificari et factum probacionibus demonstrari. Idcirco dominacioni vestre venerande supplicandum duximus presentibus quam attente, quatinus vltra hoc nos et nostrates non molestetis nec perturbetis, habentes nos de premissis supportatos, et, prout semper consueuistis, nos et nostros dignemini sinceriter promotoshabere cum effectu, nostri voluntarii seruicii interuentu, scituri procul dubio, quod, si sciremus aut aliquatenus experiri possemus aliquem seu quemcunque ex nostris reum in hac parte, ad hoc tantum facere vellemus, quantum oporteret, ymmo tantum, quantum in simili a vobis recipere vellemus, cupientes vobis in omnibus nobis possibilibus effectiue complacere. Altissimus vos conseruet feliciter et longeue. Datum die sancti Thome Canthuariensis, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 49a.

DCVI.

Aufzeichnung über den Kauf eines Hofes in der Mühlenstrasse zu Lübeck und der dazu gehörigen Ländereien vor dem Mühlenthore. 1367. März 7.

Notum sit, quod Johannes Stuke emit a Johanne Gronre curiam, domum atque horreum cum parua domo in angulo adiacente, quondam Ludekini

Digitized by Google

Longi de Riga et puerorum eius, sita in platea molendinorum in angulo parue platee, qua itur ad sanctum Egidium, et omnes agros ad dictam curiam pertinentes extra valuam molendinorum iacentes, qui agri ad duos mansos vno quartali minus se extendunt, et iterum specialiter duo frusta agrorum extra valuam molendinorum eciam iacencium, quorum vnum situm est super Wokenissam, ab Elrebroke usque ad eam extensum, et aliud vocatum est Sweymecroch.

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1367, Invocavit.

DCVII.

Kaiser Karl IV. empfiehlt der Stadt Lübeck die Sorge für die Interessen des Herzogs Erich von Lauenburg, insbesondere für dessen Ansprüche an die Hälfte der Stadt Mölln. 1367. März 12.

Karl, von Gots gnaden Romischer keiser, zu allen czeiten merer des reichs vnd kunig zu Behem.

Lieben getrewen. Ewren brieue, den ir vns gesant habt bey herczogen Erich von Sachsen, vnserm lieben | oheim vnd fursten, der vnser hofgesinde worden ist, haben wir wol vorstanden vnd ist vns wol zu | danke. Vnd auch, als ir vns geschriben hatte, daz herczog Albrecht seliger gedechtnuzze, sein | vater, euch befolhen hat an seinem letztem ende, daz ir die kinder vnd ir herschafft bewaren soldet, dauon begeren wir an euch mit allem fleizz vnd ernste, daz ir euch den vorgenanten herczog Erich von Sachsen lazzet empfolhen sein in allen seinen sachen, die er mit euch zu schaffen hat, vnd mit namen an seinem halbenteyl der stat zu Mulne, als verre der egenante herczog Erich recht dorczu hat, daz ym sein teil an der vorgenanten stat nicht empfremdet werde, als wir vnd auch er euch des gelauben vnd getrawen. Doran erczeigt ir vns sulchen dienste, den wir gen euch zu allen zeiten erkennen wollen. Geben zu Prag, an sante Gregorien tag, vnser reiche in dem ein vnd czweinczigsten vnd des keisertums in dem czwelftem jare.

Ad relacionem domini . . magistri ciuium
Petrus, scolasticus Lubucensis.

In dorso: Dem burgermeister, dem rat vnd den burgern gmeinlich der stat zu Lubeck, vnsern vnd des reichs lieben getrewen.

Nach dem in Briefform zusammengefalteten Originale auf Papier, auf der Trese. Das in rothem Wachs aufgedrückte Siegel ist grösseren Theils erhalten.

Digitized by Google

DCVIII.

Der Rath von Lübeck schreibt dem Grafen Engelbert von der Mark, dass er an der Gefangensetzung des Friedrich Suderland keinen Antheil habe, und empfiehlt zugleich die Lübecker auch für die Zukunft seinem Schutze. O. J. (1367.) März 12.[1]

Sinceri obsequii, reuerencie et beneplaciti salutacione preoptata. Receptis per nos honorifice ac intellectis sane vestre dominacionis litteris super domino Frederico Zuderland et ipsius captiuacione, qua nos fore participantes [fore] scribitis, nobis per vos destinatis, nobilitati vestre duximus rescribendum, quod nos dicti domini Frederici captinacionis, vinculacionis aut necis sue nunquam fuimus nec sumus complices consilio aut facto, sed penitus et simpliciter insontes, ymmo nullas vnquam contra ipsum mouebamus querelas. Verum, quid consules Rozstokcenses contra eum habebant, ad hoc ipsi forte bene respondebunt. Ideoque dominacioni vestre studiosissime supplicamus, quatinus non sinatis vestros nostrates in aliquo impedire, sed, prout semper esse consueuistis, dignemini esse noster ac nostrorum fautor graciosus et promotor, vnde reuerencie vestre volumus in singulis nobis possibilibus effectiue complacere. Omnipotens vos conseruet salubriter et longeue. Datum nostro sub secreto, Gregorii pape.

Notandum, quod premisse littere misse sunt domino Enghelberto, comiti de Marka, domino Nycolao, comiti de Thekeneborgh, item domino Engelberto Sobben, militi, et domino de Oluerbelde, cuilibet eorum vna.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 49 b.

DCIX.

Heinrich, Dechant der Kirche in Hildesheim, suspendirt das von ihm gegen den Lübecker Bürger Hermann Winthusen wegen thätlicher Beleidigung des Domherrn Jacob von Crumbeck gesprochene Urtheil auf drei Jahre. 1367. März 19.

Henricus, Dei gracia decanus ecclesie Hildensemensis, iudex et conseruator honorabilium virorum, dominorum decani et capituli ‖ ecclesie Lubicensis, vna cum quibusdam suis in hac parte collegis cum illa clausula: Qua-

1) Vgl. № 604.

Digitized by Google

tinus vos vel duo aut vnus vestrum per ‖ vos vel alium seu alios etc. a sede apostolica deputatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum, cappellarum altariumque rectoribus seu eorum ‖ vices gerentibus, tabellionibus et notariis publicis ac aliis presbiteris et clericis beneficiatis et non beneficiatis quibuscumque per Lubicensem, Tzwerinensem et Ratzeburgensem ciuitates et dyoceses ac alias vbilibet constitutis. quibus presentes exhibite fuerint, salutem in Domino et mandatis apostolicis humiliter obedire. Cum nos alias ad instanciam honorabilis viri, domini Jacobi de Crumbeke, canonici ecclesie Lubicensis, Hermannum Winthusen, ciuem Lubicensem, pro et ex eo quod in eundem dominum Jacobum Dei timore postposito manus iniecerat temere violentas, prout de et super hoc ex fidedignorum testimonio probaciones recepimus competentes, declaraueriinus sentenciam canonis incidisse et propter hoc mandaueriinus ipsum per vos in nonnullis ecclesiis, cappellis et oratoriis vestris excommunicatum et a christifidelibus arcius euitandum publice nunciaui,[1] et quia accepimus, inter ipsum dominum Jacobum et Hermannum Winthusen amicabilem composicionem interuenisse dictumque Hermannum eidem domino Jacobo de dicta manuum violenta iniectione emendam condignam prestitisse, procurator eiusdem Hermanni nobis humiliter et cum instancia supplicauit, quatinus denunciacionem dicte sentencie canonis ad triennium suspendere dignaremur. Vnde nos ad deuotam instanciam honorabilium virorum, dominorum decani et capituli ecclesie Lubicensis, et domini Jacobi antedicti, consideratis consideran-dis, et specialiter propter inopiam prefati Hermanni coram nobis allegatam nec non viarum discrimina et statum terrarum pessimum, denunciacionem dicte sentencie canonis per nos factam, in quantum in nobis est, ad triennium a dato presencium proxime affuturum duximus suspendendam et suspendimus per presentes. Vnde vobis et cuilibet vestrum requisito in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatinus a prefata dicte sentencie canonis denunciacione per dictum triennium cessetis penitus et desistatis, vt medio tempore idem Hermannus per se uel per alium beneficium absolucionis mereatur obtinere. Datum Hildensem, anno Domini MCCC sexagesimo septimo, feria sexta ante dominicam, qua canitur Oculi mei semper ad Dominum, nostro sub sigillo presentibus in testimonium appenso.

Nach dem Originale auf der Trese; das Siegel ist vom Siegelbande abgesprungen.

1) l. nuntiari.

Digitized by Google

DCX.

Hartwig, Abt von Reinfeld, beauftragt den Notar Nicolaus von Bard, den Arnold, Propst in Zeven, zu citiren, damit er sich wegen der Citation des Lübecker Bürgers Johann Hamma nach Stade verantworte. 1367. März 23.

Frater Hartwicus, abbas monasterii de Reyneuelde ordinis Cisterciensis Lubicensis diocesis, conseruator priuilegij honorabilibus ‖ et discretis viris, dominis consulibus et vniuersitati Lubicensi, a sede apostolica concessi, continentis, ut nulli ordinarii ‖ necnon delegati, subdelegati, executores seu conseruatores a sede apostolica uel eius legatis dati ipsos extra muros ‖ suos ad ecclesiastica judicia euocare presumant, cum clausula illa, quatinus prefatos consules et vniuersitatem predicte ciuitatis Lubicensis super premissis non permittas contra concessionis nostre tenorem a quoquam indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, specialiter deputatus. Discreto viro, Nicolao de Bard, clerico Zwerinensis diocesis, publico imperiali auctoritate notario, salutem in Domino et mandatis nostris, ymo verius apostolicis firmiter obedire. Vobis in uirtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos trium dierum spacio pro terna et canonica monicione premisso ferimus in hijs scriptis, si non feceritis ea, que mandamus, districte auctoritate apostolica precipimus, quatinus accedatis, ubi propter hoc fuerit accedendum, citantes peremptorie dominum Arnoldum, prepositum monasterii in Tzeuena Bremensis diocesis, personaliter, si copiam eius habere poteritis, alioquin in curia dicti domini prepositi in Stadis situata, quem et nos eciam tenore presencium sic citamus, ut prima die juridica post dominicam Quasimodogeniti immediate sequenti Lubeke in curia nostra compareat legitime coram nobis ad dicendum causam racionabilem, quare non debet excommunicari et excommunicatus publice nunciari, pro eo ex et eo quod Johannem Hammaa seniorem, ciuem de vniuersitate dicte ciuitatis Lubicensis, ad opidum Stadis vltra vnam dietam a fine diocesis Lubicensis notorie distans non solum contra tenorem dicti priuilegii, sed eciam contra constitucionem felicis recordacionis Bonifacij pape octaui ad forum ecclesiasticum coram abbate monasterii sancte Marie extra muros dicti opidi Stadensis, maxime quia actor et judex sunt Bremensis diocesis, et Johannes Hammaa predictus est ciuis Lubicensis, temere euocare presumpsit: alioquin procedemus contra eum, prout iustum fuerit, ipsius absencia seu contumacia

Digitized by Google

non obstante. Diem uero citacionis, et quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per cedulam presentibus transfixam vestroque signo publico signatam rescribatis. Hesitanti de jurisdictione nostra et priuilegio huiusmodi fidem faciemus Lubeke in curia nostra requisiti. Datum Reyneuelde, anno Domini millesimo CCC^mo. sexagesimo septimo, feria tercia ante festum Annunciacionis beate Marie, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel des Abts; ein zweites ist abgeschnitten.

DCXI.

Anzeige des Notars Nicolaus von Bard über die Vollziehung gedachter Citation. 1367. März 27.

Reuerendo in Christo patri ac domino, domino Hartwico, abbati monasterii in Reyneuelde ordinis ‖ Cisterciensis Lubicensis diocesis, Nicolaus de Bard, clericus Zwerinensis diocesis, cum deuotis ‖ oracionibus omnem reuerenciam et honorem. Nouerit vestra paternitas reuerenda, quod ‖ de anno Domini M̊CC̊C sexagesimo septimo, indictione quinta, mensis Marcij die XXVII^a., hora sexta uel quasi, pontificatu sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape V^ti., anno quinto, in opido Stadis et in monasterio sancte Marie prope muros Stadenses Bremensis diocesis et in presencia reuerendi patris, domini Nicolai, abbatis monasterii prope muros Stadenses predicti, et discretorum virorum, domini Nicolai Villici, perpetui vicarii monasterii sancte Marie predicti, Bertoldi de Osten, opidani in Stadis, necnon Jacobi Stynt, notarii publici Bremensis diocesis, ac plurimorum aliorum clericorum et laycorum, testium fidedignorum ad hoc specialiter rogatorum, ad instanciam commendabilis viri, magistri Johannes Trutenow, clerici Wratislaviensis diocesis, me ad hoc virtute presentis vestri mandati citatorij requirentis, honorabilem virum, dominum Arnoldum, prepositum in Tzeuena Bremensis diocesis predicte, ibidem presentem et personaliter apprehensum, publice citaui iuxta ipsius citatorij seriem et tenorem, ac eiusdem copiam dicto domino preposito de uerbo ad uerbum auscultatam presentaui. In signum execucionis debite per me facte presens instrumentum publicum inde confeci signoque meo signaui, proprio sigillo carens sigillo Hellewici Ruffi sigillaui et presenti vestro mandato affixi et transfixi in euidenciam clariorem.

Nach dem Originale auf der Treve, mit untergesetztem Notariatszeichen und einem Einschnitt für das Siegelband. Dass das obige Instrument mit M 610 verbunden war, beweist das dort jetzt fehlende zweite Siegel.

Digitized by Google

DCXII.

Nicolaus, Abt des St. Marienklosters bei Stade, trägt den Geistlichen der Bremischen Diöcese auf, Henning Parkentin und Heinrich Parkentin, die Wittwe des Nicolaus Parkentin und die Wittwe des Heinrich Parkentin zum nächsten Gerichtstage nach dem Sonntage Misericordia zu citiren. 1367. März 27.

Nicolaus, abbas monasterii sancte Marie prope muros Stadenses Bremensis diocesis, judex vnicus cause et partibus infrascriptis a sede apostolica specialiter delegatus. Vniuersis et singulis ecclesiarum et capellarum rectoribus seu vicerectoribus, perpetuis vicariis, capellanis et presbiteris quibuscunque per prouinciam Bremensem constitutis salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Sane noueritis, quod nuper ad instanciam Marquardi Boom, clerici Lubicensis, Hennyngum Parkentyn, Hinricum Parkentyn alias dictum Sorkote, laicos, Ermegardim, quondam Nicolai Parkentyn, et Ghyselam, quondam Hinrici Parkentyn, laicorum, relictas viduas, Raceburgensis diocesis, ad nostram peremptorie citari fecimus presenciam, vt coram nobis certo peremptorio termino compparerent, peticionibus et querelis predicti clerici in judicio legitime responsuri. Quo termino adueniente dicti laici et laicorum relicte vidue, licet legitime citati, per quendam presbiterum compparuerunt, qui mediante excepcione per tutorem dicti clerici proposita extitit a judicio repulsus. Tutore dicti clerici coram nobis sufficienter comparente et dictorum laicorum et relictarum viduarum contumacias accusante ipsosque per nos contumaces reputari et in expensis condempnari humiliter petente, nos, qui iusticiam denegare non possumus nec debemus, dictos laicos et laicorum relictas viduas sic, ut premittitur, citatos et per procuratorem sufficientem non comparentes, licet diucius exspectatos, exigente iusticia reputauimus contumaces ac in expensis legitimis condempnauimus taxacione earundem nobis in posterum reseruata. Quare vobis omnibus et singulis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum trium dierum canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si non feceritis, quod mandatur, districte precipiendo mandamus, quatinus dictos laicos et laicorum relictas viduas predictas moneatis et requiratis ac citetis, ut proxima die juridica post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini, coram nobis compareant sufficienter (et) Deo et nobis de contumacia ac parti de expensis satisfaciant: alioquin contra dictos laicos et laicorum relictas viduas, prout

Digitized by Google

iustum fuerit, procedemus ipsorum contumacia seu absencia in aliquo non obstante. In signum execucionum vestrarum vos, qui requisiti fueritis, sigilla vestra presentibus appendatis. Datum (in) monasterio nostro supradicto, anno Domini millesimo CCCLXVII, sabbato ante dominicam, qua cantatur Letare, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale auf der Tresc, mit anhangendem Secret.
Zwei Executionssiegel sind ausserdem angehängt worden: von dem ersteren zeugt nur noch der Einschnitt, das zweite zeigt eine Hausmarke, deren Umschrift unkenntlich ist

DCXIII.

Der Rath von Lübeck verspricht dem Deutschordensmeister Winrich von Kniprode, dass er alle Bemühungen, um eine Verbindung zwischen den Preussischen und den übrigen Seestädten zu Stande zu bringen, anwenden und ihm über den Erfolg derselben Nachricht geben werde. 1367. Apr. 7.

Sereno et eximio domino, domino Wynrico, dominorum militum Christi de domo Theothonica sancte Marie Jerosolom(itana) magistro generali, suo fautori speciali et sincero, consules ciuitatis Lubicensis affectuosi seruiminis, complacencie et honoris pronissimam voluntatem. Serenitati vestre significamus presencium cum tenore, nos negocium domini Alardi, prothonotarij consulum Stralessundensium, vestro de commisso et nomine per eundem nobis reimportatum, super quo alias eciam litteras ciuitatum terre vestre Pruscie recepimus, de coobligacione scilicet et vnione velificacionis inter homines dicte vestre terre Pruscie, ex vna, ac ciuitates maritimas et nos, parte ex altera, facienda, sana intellectione percepisse, dignitati vestre super eo presentibus reformantes, quod super eodem negocio nullum certum responsum potuimus vobis ad presens demandare, ast scientes, predictum dominum Alardum onus reise ad dominum regem Danorum pro terminis placitorum inter vos et ipsum contrahendis ad temptandum, si res huiusmodi facti vtrobique amicabiliter sopiri possit, faciende in se sponte suscepisse, prout dicti consules Stralessundenses vobis, vt credimus, jam asscripserunt. Vnde medio tempore vna cum alijs ciuitatensibus deliberare, consiliari et interloqui proponimus, et in diebus placitorum inter vos et regem, si et quando celebrentur, vobis seu vestris venire in occursum, et extunc super premisso domini Alardi negocio vobis

Digitized by Google

referre volumus responsum finale et expeditum,[1] inhesitanter scituri, quod, quecunque saluis honore et possibilitate vobis ad complacenciam et voluntatem facere poterimus, eadem exequi volumus beniuole cum effectu. Personam vestram venerabilem, nostram fautricem et amicam, conseruet Deus omnipotens per tempora salutaria et longinqua. Datum anno Domini MCCCLXVII, feria quarta post dominicam Judica, nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 12a.

DCXIV.

Der Rath von Lübeck verheisst dem Priester Johann von Helle sicheres Geleite für die Dauer seines Aufenthalts in Lübeck zur Entscheidung seines Streites mit dem Rathe durch die dazu verordneten Commissarien. 1367. Mai 8.

Nos Jacobus Plescowe, Johannes Pertzevale, Bertrammus Vorat, proconsules; Johannes Plescowe, Bernardus Oldenborgh, Bernardus ‖ Cusfelt et Bernardus Plescowe, consules, totumque consilium Lubicense simul in vnum congregatum. Notum facimus vniuersis, ad quos ‖ peruenerit presens scriptum, et publice protestamur, quod litteris apostolicis et mandatis nec non delegatorum eiusdem in omnibus obedire, in quantum ‖ de jure debemus, sumus parati atque proni, verum, cum dominus Johannes de Helle nobis quandam mouit causam et adhuc mouere intendit et judices a predicta sede apostolica obtinuit commissarios (ad) causam inter ipsum et nos decidendam, venerabiles viros, dominos Johannes[2] Clendenest, decanum, et Johannem de Blucher, canonicum Lubicenses, vt illi juxta commissionem a dicta sede eis factam diffinirent, quorum iudicio et diffinicioni semper sumus stare parati, sed dictus dominus Johannes de Helle ciuitatem Lubicensem dicit propter peculum non posse subintrare, et a nobis litteras caucionis seu conductus ad ciuitatem Lubicensem ingrediendam manendi et recedendi per intermedias personas postulauit, et licet nunquam litteras conductus seu caucionis ab antiquis retroactis temporibus, cuius memoria hominum existit, dedimus seu dare consweuimus comitibus, baronibus, militibus, militaribus, ciuibus et maxime proscriptis aliisque personis, cuiuscunque (condicionis) existant, sed solo nostro verbo credebatur et adhuc credi solet, nec nos seu nostri aliquam sibi vellemus neque volumus inferre iniuriam, si possemus:[3] ne igitur ipse contra nos aliquam

1) Sartorius II. S. 596. 2) l. Johannem. 3) Die Periode lautet so im Originale

Digitized by Google

occasionem possit seu velit habere, ipsi domino Johanni presbytero predicto de Helle caucionem omnimodam et plenam securumque conductum pro nobis seu causa nostri quidquam facere aut dimittere volentibus cum omnibus sibi adherentibus in et extra ciuitatem nostram Lubicensem, quousque causa predicta fine valeat debito terminari et decidi, prestauimus et presentibus protestamur, et, si quid contrarij sibi fieret, quod absit, per quoscumque nostros, nos ipsi prosequi et vlcisci iniuriam sibi illatam vellemus, quantum in nobis esset, ac si propriis in personis nobis esset illata. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXVII°, VIII. die mensis Maij, nostro sub secreto tergotenus appresso in testimonium premissorum.

Nach dem Entwurfe auf der Trese.

DCXV.

Der Rath von Lübeck bevollmächtigt den Domherrn Heinrich Cusfeld und den Bürgermeister Heyno Hoyer zu Hamburg, dem Johann von Helle das sichere Geleite zu den in Lübeck Statt findenden gerichtlichen Verhandlungen unter jeder Form Rechtens zu gewährleisten. 1367. Mai 8.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC^mo^ sexagesimoseptimo, ‖ indictione quinta, mensis Maij die VIII^a^, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo ‖ patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno quinto, in meĭ notarij publici ‖ et testium infrascriptorum presencia personaliter constituti honorabiles et discreti viri, domini Bertrammus Vorrat, proconsul, Bernardus Plessekowe, Bernardus de Oldenborch et Bernardus Cusfelt, consules, ceterique consules ciuitatis Lubicensis, meliori modo et forma quibus potuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt suos veros et legitimos procuratores, actores, factores et nuncios speciales honorabiles et discretos viros, dominos Hinricum Cusfelt, canonicum, et Heynonem Hoyers, proconsulem Hamburgenses, absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod melior condicio occupantis non existat, sed, quicquid per vnum eorum inceptum fuerit, per alium prosequi valeat, mediari et finiri in causa seu causis, quam uel quas eis mouet seu mouere intendit dominus Johannes de Helle, presbiter Sleswicensis diocesis, coram venerabilibus viris, dominis Johanne, decano, et Johanne de Blucher, canonico ecclesie Lubicensis, ad concordandum cum dicto domino

Digitized by Google

Johanne de Helle de conductu securitatis ac sibi fideiussoriam cauconem prestandum ipsumque per se securandum, ita videlicet, quod pro ipsis proconsulibus, consulibus et vniuersitate dicte ciuitatis Lubicensis ac amore eorum quidquam facere seu dimittere volentibus dictam ciuitatem Lubicensem cum omnibus sibi in hac causa adherentibus libere valeat subintrare, manere et recedere, ius suum coram dictis dominis decano et canonico, si quod habeat, contra eos prosequendum, quousque dicta causa sua fuerit fine debito terminata; promittentes nichilominus michi notario publico supra et infra scripto tamquam auctentice persone solempni stipulacione, se gratum et ratum perpetue habituros, quicquid per dictos suos procuratores actum, factum seu procuratum fuerit in premissis, sub omni bonorum suorum obligacione et ypotheca. Acta sunt hec in consistorio Lubicensi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Hermanno de Warendorpe et Thydemanno Ekhorst, ciuibus Lubicensibus, ac pluribus alijs fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Nicolaus de Bard, clericus Swerinensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictorum procuratorum constitucioni, ratihabicioni et stipulacioni omnibusque alijs et singulis premissis presens interfui cum prenominatis testibus eaque sic fieri vidi et audiui, in hanc publicam formam redegi, propria manu scripsi meisque nomine et signo solitis signaui in testimonium premissorum requisitus.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCXVI.

Der Rath von Lübeck meldet dem Rathe von Reval, dass die zum Johannistage nach Lübeck ausgeschriebene Tagfahrt nach Stralsund verlegt worden sei. O. J. (1367.) Mai 15.[1]

Salutatione dilectionalis amicitie cum omnis boni desiderio premissa. Singulares amici dilecti. Scripsimus alias vobis de quodam placitorum termino, concepto per communes civitatenses hic in nostra civitate proximo festo Nativitatis beati Johannis Baptiste observare; cupientes exinde per presentes discretionibus vestris innotere, quod idem placitorum terminus est transposi-

1) Vgl. № 613. Sartorius II. S. 596 fg.

Digitized by Google

tus et Stralsundis observandus, propter consiliarios regni Dacie, volentes eorum legatos in huiusmodi placitis constitutos habere, non volentes civitatem nostram visitare, propter fines et districtus inimicorum suorum, quos ipsos oporteret pertransire. Est igitur placitorum terminus Stralessundis observari conceptus tempore preexpresso, propter eorundem consiliariorum commoditatem. Quare dilectiones vestras attente rogamus, quatenus eosdem nuntios vestros consulares, quos huc ad placita voluissetis transmisisse, velitis ad prefatum terminum Stralessundis ordinare, pecuniamque libralem, que ex decreto communium civitatensium recipitur in singulis civitatibus et more pristino colligitur ad expeditionem navium defensoriarum contra piratas iam preparatarum et in mari constitutarum, studeatis et recipere vobiscum et colligere, sicuti prius assuevistis, ipsam[1] cum pecunia librali, quam adhuc de prioribus annis obtinetis, ut in prioribus litteris nostris exoravimus, nobis huc[2] nullatenus omissuri destinando. Deus vos conservet in evum feliciter, ut optamus. Scriptum Lubeke,[3] feria V. post Jubilate, nostro sub secreto.

Consules civitatis Lubicensis.

In dorso: Honorabilibus circumspectis viris, dominis proconsulibus et consulibus Revaliensibus, amicis nostris predilectis, presentetur.

Nach einem in von Bunge's Lief-, Esth- und Curländisches Urkundenbuch II., 1038 S. 770 aufgenommenen Abdrucke des im Rathsarchive zu Reval befindlichen Originals.

DCXVII.

Hinrich Bischop, Propst in Bremen, widerruft vor dem Cardinal Johann Sancti Marci im Auftrage des Johann Flos die früher von diesem zur Anklage des Raths von Lübeck wegen verübter Gewaltthätigkeiten ertheilte Vollmacht. 1367. Jun. 26.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta, mensis Junij die vicesima sexta, hora vesperorum[4] vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno quinto, in presencia mei notarij publici testiumque subscriptorum coram reuerendissimo

1) Der Abdruck: ipsum. 2) Ebd.: hoc. 3) Ebd.: Lubecae. 4) l. vesperarum.

Digitized by Google

in Christo patre ac domino, domino Johanne tituli Sancti Marci presbitero cardinali, venerabilis vir, dominus Henricus Biscop, prepositus Bremensis, quoddam procuratorium sigillo reuerendi patris, ‖ domini Bertrammi Lubicensis episcopi ecclesie, cum subscripcione et apposicione signorum Rodgheri Biscop, Osnaburgensis, ac Johannis de Oldenborgh, Bremensis diocesis clericorum et notariorum publicorum, produxit sigillatum, cuius tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: Vniuersis (*Folgt die Urkunde № 600 bis)* quibus supra. Vigore cuius procuratorij idem dominus Henricus, prepositus, onus huiusmodi procuracionis in se assumens, proposuit nomine Johannis Flos, rectoris parrochialis ecclesie in Rellinghen Bremensis diocesis, prout in dicto procuratorio continetur, ac ipsum Johannem penitus errasse et contra prudentes viros, proconsules et consules Lubicenses, et eorum ciues et eorum familiares male informatum fuisse et esse, quod ipsi aut aliquis de mandato aut scitu eorum ipsum spoliassent aut ad aliquod iuramentum artassent seu quidquam mali aut indebiti fecissent aut fieri mandassent eidem, ac recognouit, dictum Johannem omnibus et singulis causis, quas eis super hiis et in ipso procuratorio contentis mouit aut mouere intendebat, penitus renunciasse et, quantum in eo esset, renunciaret pro presenti, et renunciauit eisdem ac ipsos proconsules et consules, ciues et familiares reddidit totaliter inculpabiles, inscios et innocentes, ac reuocauit expresse omnes et singulos ipsius Johannis procuratores ad huiusmodi causam seu causas ac negocium et in eis quomodolibet constitutos, ac notificauit et inhibuit eisdem, si qui erant, ne in huiusmodi sopitis causis et negociis nomine ipsius Johannis Flos agere presumant aut agant aut quidquam aliud faciant vel attemptent, quod si facerent aut aliquis faceret, pro nunc prout ex tunc nomine ipsius Johannis Flos et vt procurator ad hoc reuocaret, cassaret et annullaret, ac reuocauit, cassauit et annullauit. Quibus sic factis et propositis prefatus dominus cardinalis omnia et singula facta et proposita per eundem dominum Henricum prepositum admisit et michi Arnoldo, notario suo infrascripto, huiusmodi procuratorium tradi mandauit et fecit, vt in meum prothocollum redigerem et si et ac, cum opus fuerit, inde conficerem publicum instrumentum. Acta sunt hec in camera paramenti dicti domini cardinalis, de anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, domino Hogero Valke, canonico Stendaliensi Halberstadensis dyocesis, Jacobo Lupi de Traiecto ac Marco de Glusiano, Leodiensis et Mediolanensis diocesis clericis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Digitized by Google

(Notariatszeichen.) [1]Et ego Arnoldus Prel de Heppenart, clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Johannis tituli sancti Marci presbiteri cardinalis predicti, scriba, premissis omnibus et singulis, dum sic fierent, vna cum prenominatis testibus interfui et hoc instrumentum publicum ad rogatum dicti domini Henrici Biscop, procuratoris, et de prefati domini cardinalis auctoritate et mandato exinde retinui, quod alijs occupatus per alium scribi feci hicque me manu propria subscripsi et signum meum consuetum apposui in testimonium eorundem.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCXVIII.

Johann Trutenow, Lübeckischer Procurator, substituirt sich den Nicolaus von Bard. 1367. Jun. 30.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC sexagesimo VII, indictione quinta, mensis Junij die vltima, hora prime uel ‖ quasi, in domo habitacionis discreti viri Jacobi dicti Robele, ciuis Lubicensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia ‖ pape quinti, anno quinto, in mei notarii publici subscripti et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus commendabilis vir, magister Johannes ‖ Trutenowe, clericus Wratislauiensis diocesis, procurator honorabilium et discretorum virorum, dominorum proconsulum, consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubicensis, ac eciam Johannis Hammaa senioris, ciuis de vniuersitate ciuitatis predicte, habens ab eisdem in mandatis alium uel alios procuratorem uel procuratores loco sui substituendi, substituit meliori modo et forma, quibus fieri potuit, discretum virum Nycolaum de Bard, clericum Zwerinensis diocesis, presentem et onus substitucionis in se sponte suscipientem, ad omnia et singula faciendum tam in judicio quam extra, que idem constituens quibuscunque modis et forma dinoscitur habere in mandatis, transferens totaliter in eum vices suas, donec eas ad se duxerit reuocandas. Acta sunt hec anno, indictione et alijs, quibus supra, presentibus discretis viris Ludolfo de Rode, clerico Bremensis diocesis, et Jacobo Robele predicto, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

1) Von anderer Hand, welche auch in einigen Correcturen der Urkunde erkennbar ist

Digitized by Google

(Notariatszeichen.) Et ego Fredericus Rubowe, clericus Zwerinensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, huiusmodi procuratoris substitucioni et ratihabicioni omnibusque alijs et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, presens publicum instrumentum inde confeci, quod manu mea propria fideliter conscribendo signo et nomine meis solitis et consuetis signaui in testimonium premissorum requisitus.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCXIX.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter welchen Hermann Hofnagel einen Hopfengarten vor dem Häxterthore an Detlev Mane verkauft und zugleich wieder von demselben gepachtet hat. 1367. Jul. 4.

Notum sit, quod Hermannus Hofnaghel, ciuis Lubicensis, recognouit lucide coram testibus infrascriptis, se pleno consensu ‖ suorum heredum proximorum necnon omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et racionabiliter ‖ vendidisse discreto viro Detleuo Manen, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus vnum ortum humuli, proprie loquendo ‖ enen hoppengarden, extra valuam Huxariam situm, perpetuis temporibus possidendum et habendum, pro LX marcis lubicensibus per dictum Hermannum Hofnaghel integre receptis et in vsus suos necessarios omnimode expositis et conuersis. Ceterum Detleuus et Hermannus prescripti concordauerunt coram testibus subscriptis per hunc modum, quod Detleuus Hermanno Hofnaghel locauit seu dimisit dictum ortum pro debita hura ad colendum, quamdiu dicto Detleuo satisfacere poterit pro eodem, ita videlicet, quod Hermannus Hofnaghel dicto Detleuo in die beati Michaelis singulis annis dabit de prescripto orto VI marcas lubicenses ad huram et II marcas cum IIII solidis lubicensibus pro censu seu pensione dominorum, tali condicione interposita: si Hermannus Hofnaghel non persoluerit dicto Detleuo annuatim debito termino, vt premittitur, suam huram cum censu dominorum integre et expedite, extunc omnia prouerbia seu condiciones prescripte penitus nullam vim habebunt, sed Detleuus prescriptus dictum ortum vni alteri locare et committere poterit ad colendum, cuicunque voluerit, et simpliciter cum ipso facere et dimittere poterit, quicquid decreuerit, sine impeticione et contradictione cuiuscunque. Testes sunt domini

Digitized by Google

Holt de Alen et Brûn de Warendorpe senior, litteras memoriales habentes de premissis. Actum anno Domini MCCCLX septimo, in die beati Odalrici confessoris.

In dorso: Littera memorialis Detleui Manen et Hermanni Hofnaghel.

Litterae memoriales auf der Registratur.

DCXX.

Hartwig, Abt des Klosters Reinfeld, überträgt dem Propste zu Segeberg die Ausführung der päpstlichen Bulle, nach welcher Lübeckische Bürger nicht ohne besonderen päpstlichen Befehl vor auswärtige geistliche Gerichte gezogen werden dürfen. 1367. Jul. 13.

Das theilweise zerstörte Original, an welchem das jetzt abgeschnittene Siegel des Abtes hing, und das vom Notar Nicolaus von Bard beglaubigt ist, enthält die Urk.-B. I., 237 abgedruckte päpstliche Bulle und unterscheidet sich übrigens in keinem wesentlichen Stücke von andern derartigen Schreiben Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXVII, ipso die Diuisionis Apostolorum, testibus Holt de Alen, consule, Johanne Trutenowe, jurista Lubicensi, necnon Gerhardo Lentzen, clerico et perpetuo vicario sancti Nicolai in Stend(al).

Original auf der Trese.

DCXXI.

Arnold, Propst des Klosters Zeven, verzichtet auf Ersatz der im Processe gegen die Bürger von Lübeck aufgewandten Kosten, so wie auf die gegen den Abt von Reinfeld eingelegte Appellation, und entsagt aller aus diesem Processe erwachsenen Feindschaft gegen die Stadt Lübeck und den Abt von Reinfeld. 1367. Sept. 10.

Nos Arnoldus, prepositus monasterii sanctimonialium in Tzeuena. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, ‖ quod expensas in causa nostra et ciuium Lubicensium in Reyneuelde per nos factas a nullo vnquam simus petituri, sed eas ‖ volumus habere quitas et solutas. Necnon appellacioni nostre et per nos interposite omnimode renunciantes, nec prosequi eandem ‖ volumus quouis modo in futurum nec vniuersitati ciuitatis

Digitized by Google

seu ciuibus singularibus eiusdem seu abbati in Reyneuelde, qui processus contra nos in dicta causa fulminauit, uel omnibus in dicta causa exponentibus volumus nec debemus nocere, sed eos per nos et nostros vndique locorum promouere, Johanne Hamma penitus excluso. In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum presentibus tergotenus est impressum. Datum Tzeuena, anno Domini MCCCLXVII, decima die mensis Septembris.

Nach dem Originale auf der Trese; das auf der Rückseite befindlich gewesene elliptische Siegel ist abgesprungen.

DCXXII.

Kaiser Karl IV. beauftragt den Rath von Lübeck, die Streitigkeiten zwischen den Herzogen von Stettin, Bogislav dem Aelteren, einerseits, und Wartislav dem Aelteren und Wartislav und Bogislav den Jüngeren, andererseits, entweder durch freundschaftliche Verhandlung zu vermitteln oder in kaiserlichem Auftrage zu entscheiden. 1367. Sept. 17.

Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex.

Fideles dilecti. Sciat vestra fidelitas, quod omnem dissensionis materiam et discordiam vertentem inter illustres Boguslaum ‖ seniorem, socerum nostrum carissimum, ab vna, necnon Warczlaum seniorem, eius fratrem, Warczlaum et Boguslaum juniores, ‖ fratrueles ipsorum, parte ab alia, duces Stetinenses, principes et sororios nostros karissimos, vobis vna cum quibusdam ‖ principibus et nobilibus, quibus eciam hoc nostris litteris scripsimus, de consensu parcium predictarum concordandam seu diffiniendam commisimus in via iusticie uel amoris, statuentes propterea predictis partibus certum terminum, videlicet diem dominicum primum ante festum Omnium Sanctorum primo nunc venturum, ad ciuitatem Stetinensem sine more dispendio veniendi. Vt ergo omnium litium sopiatur materia, et partes predicte vt veri consangwinei valeant inantea optata tranquillitate gaudere, vestram fidelitatem requirimus vobisque precipimus firmiter et mandamus, quatenus ad predictum locum in supradicto termino vna cum principibus et nobilibus sine contradictione venire curetis ad querendum sollicite omnem viam et modum, quibus predicta dissensio inter predictas partes valeat amicabiliter concordari, vel saltem, si hoc esse non poterit, in via iusticie iuxta predictarum parcium allegaciones et probaciones auctoritate imperiali vna cum principibus fine debito decidatis.

Digitized by Google

In casum vero in quem predictus dux Warczlaus cum fratruelibus supradictis iusticiam et concordiam huiusmodi temere vellent contempnere, vel staret per eos, quominus predicta dissensio posset, ut premittitur, terminari, extunc iterato vestram fidelitatem requirimus et volumus, quatenus predicto socero nostro auxilio et consilio in suis juribus modis omnibus assistere debeatis. Et quia generalem pacem in partibus Saxonie fiendam nostra disposuit serenitas, ideoque volumus, quod vna cum principibus et nobilibus in predicto termino cogitetis sollicite et omnem adhibendo diligenciam, vt predicta pax generalis perficiatur et suum sorciatur effectum. Datum Prage, die XVII. Septembris, regnorum nostrorum anno vicesimo secundo, imperij vero terciodecimo.

In dorso: . . Magistroconsulum et . . consulibus ciuitatis Lubicensis, nostris et imperij fidelibus dilectis.

Nach dem in Briefform zusammengelegten Originale auf Papier, auf der Registratur. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

DCXXIII.

Heinrich, Herzog von Meklenburg, bekennt, von dem Rathe zu Lübeck 800 m℔ zur Ausrüstung einer dem Herzog Albrecht nachzusendenden Verstärkung empfangen zu haben. 1367. Sept. 27.

Wy Hinrik, van der gnade Godes hertoge to Mekelenborch, greue to Zwerin, to Stargarden ⸗ vnd to Rozstok here. Bekennen vnd betûgen openbare in desseme breue, dat de erbaren ⸗ lude, borgermester vnd raetlûde der stad to Lubeke, vs gegeuen hebben in vrûntscop vnd ⸗ vmb vorderinghe willen achte hundert mark lubescher penninghe to hûlpe der vthverdinghe ghoder lude na vnseme vadere, hern Alberte, hertogen [Alberte] van Mekelenborch, in desser wys, als hir na gescreuen is: Were dat vnse vader vorbenomet eder wi jenige voreninghe anghinghen mit deme koninghe van Denemarken tûschen hir vnd sunte Nicolaus dage, de negest kumpt, dat wi denne scolen vnd willen sunder voretoch den vorbenomeden raetmannen de vorbenomeden achtehundert lubesche mark to willen vnd to gude wedder geuen. To tûge desser dingh hebbe wi vse ingesegel hanghen laten vor dessen bref, de geuen is to Gnewesmolen, na Godes bord drutteynhundert jar in deme seuen vnd sostigesten jare, des Maendages vor sunte Mychilis dage.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel ist vom Siegelbande abgesprungen.

Digitized by Google

DCXXIV.

Wilhelm, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, bezeugt, dass die Grafen Ludolf und Ludwig von Wunsdorf für sich und ihre Erben den Rath von Lübeck von einer Forderung von 3 mk Silbers, die sie wegen Stellung Gewaffneter an ihn machten, gegen Empfang eines Pferdes freigesprochen haben. 1367. Sept. 28.

Wy her Wilhelm, van der gnade Ghodes herteghe to Brunswich vnde to Luneborch. Bekennet openbare an desser jeghenwardeghen scrift, dat de erleke man, vnse truwe meyster Johan van Boytin, heft ghedeghedinghet vor vns myd deme eddelen manne, greuen Ludelue van Wynstorpe, vmme alle schelinghe, dar de sulue greue Ludelf vmme schuldeghede den rat to Lubeke, by namen vmme vif lodeghe mark, de he deme rade to Lubeke vor schaden rekende vnde vor kost van den wapenden luden, de he en scholde vort hebben, alse Arnolt van Kymmen ghedeghedinghet hadde. Der leet he se los vnde alle schelinghe, dar he se vmme schuldeghede, vnde he vnde Lodewich, syn broder, vnde alle ere eruen willet se dar nicht mer vmme schuldeghen vnde anspreken. Hir vore ghaf en de vorbenomde mester Johan en pert, dar se eme vnde deme rade vore danckeden, vnde willet den suluen rat to Lubeke vnde alle ere borghere truweliken vorderen, wor se moghen. Hir ouer hebbet myd vns ghewesen vnse leuen truwen ratgheuen, de erleken lude, her Hinrik, prouest to Lune, Seghebant van dem Berghe, riddere, Kersten van Langheleghe, vnse kokemester, vnde Wolbrant van Reden, knapen, vnde vele anderer ghuder lude, de dar to gheeschet worden. To eyner grotteren betughinghe alle desser vorescreuenen stucke hebbe we vnse ingheseghel ghehengt laten an dessen bref, de gheuen is na Ghodes bort drutteynhundert jar an deme seuen vnde sosteghesten jare, an deme hilghen auende sunte Michahelis des ertzeengheles.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel

Digitized by Google

DCXXV.

Der Rath von Lübeck bevollmächtigt seine Mitglieder Johann Meteler und Bruno Warendorp den Aelteren zu Verhandlungen vor dem Decan Johann Clendenst und dem Domherrn Johann Blücher in der Streitsache mit Johann von Helle. 1367. Oct. 10.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC sexagesimo VII, indictione sexta, decima die ‖ mensis Octobris, hora primarum uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia ‖ pape quinti, anno quinto, in consistorio ciuitatis Lubicensis, in mei notarii publici subscripti testiumque infrascriptorum ‖ presencia personaliter constituti honorabiles et discreti viri et domini Johannes Pertzeual et Bertrammus Vorrad, proconsules ciuitatis Lubicensis predicte, nomine tocius consulatus Lubicensis eorum veros et legitimos fecerunt, constituerunt et ordinauerunt procuratores, actores, factores et negociorum gestores ac nuncios speciales honorabiles et discretos viros, dominum Johannem Metheler et dominum Brunonem Warendorp seniorem, eorum consulatus socios, presentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed, quod vnus eorum incepit, alter prosequi, mediare valeat et finire, in causa, que uertitur seu verti speratur inter honorabiles et discretos viros, dominos .. consules Lubicenses, parte ex vna, et discretum virum, dominum Johannem de Helle, presbiterum Sleswicensis diocesis, parte ex altera, coram venerabilibus viris et dominis Johanne, decano, et Johanne Blucher, canonico Lubicensi, in hac parte commissis, ad agendum, defendendum, libellum seu libellos ac alias peticiones quascunque dandum et recipiendum, excipiendum, replicandum, litem contestandum, de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius sacramenti iuramentum in animas ipsorum prestandum, ponendum et articulandum, posicionibus et articulis respondendum, testes et instrumenta et quecunque alia probacionum genera producendum et producta reprobandum, crimina et defectus opponendum, testes aduerse partis iurare videndum, in ipsos et eorum dicta dicendum, excepciones cuiuscunque generis proponendum, sentenciam seu sentencias interlocutorias et diffinitiuas audiendum, appellandum, appellacionem seu appellaciones prosequendum, si necesse fuerit, beneficium restitucionis in integrum et absolucionis simpliciter et ad cautelam tociens, quociens opus fuerit, petendum et obtinendum. vnum uel

Digitized by Google

plures procuratorem uel procuratores loco eorum et alterius ipsorum substituendum, substitutos ipsosque reuocandum, quando et quociens ipsis aut alteri eorum videbitur expedire, necnon generaliter omnia et singula alia faciendum et pertractandum, que circa premissa aut quodlibet premissorum fuerint necessaria uel quomodolibet oportuna, eciam si mandatum exigant speciale; promittentes se gratum et ratum habituros, quidquid per dictos ipsorum procuratores seu eorum alterum aut substitutum uel substitutos ab ipsis uel eorum altero in premissis et premissorum quolibet actum fuerit uel alias quomodolibet procuratum, volentesque iidem constituentes dictos procuratores suos et eorum quemlibet et substitutum uel substitutos ab eis uel eorum altero ab omni satisdacionis onere releuare, promiseruntque michi notario infrascripto ut publice persone legitime stipulanti vice et nomine omnium, quorum interest uel interesse poterit, judicio sisti et judicatum solui cum omnibus suis clausulis, sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum. Acta sunt hec anno, indictione et aliis, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis magistro Johanne Trutenowe, jurista consistorii ciuitatis Lubicensis, necnon Bernardo Plescowe et Johanne Schepensteden, consulibus Lubicensibus, et aliis quam pluribus testibus ad premissa.

(Notariatszeichen.) Et ego Fredericus Rubowe, clericus Zwerinensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictorum procuratoris faccioni, constitucioni, ordinacioni, ratihabicioni omnibusque aliis et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui, necnon omnia et singula premissa fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi, quam meis signo et nomine solitis et consuetis signaui in testimonium omnium premissorum requisitus.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCXXVI.

Heinrich, Herzog von Meklenburg, verpflichtet sich, die von dem Rathe von Lübeck empfangenen 800 mk zurückzuzahlen, falls sein Vater in Schweden durch die Noth dazu getrieben werden sollte, sich vor dem nächsten Nicolai-Tage mit dem Könige Waldemar zu versöhnen. 1367. Oct. 12.

Wy Hinrik, van der gnade Ghodes hertoghe to Mekelenborch, greue to Zwerin, to Stargarde, to ‖ Rozstok here. Bekennen vnd betûghen oppenbare in desser scrift, dat wy opgheboret vnd ‖ entfanghen hebben van den erliken

Digitized by Google

luden, ratmannen der stede, als Lubeke, Wysmer, | Rozstok vnd van Stralessonde, achte hondert mark lubesscher penninghe, de se vs ghegheuen hebben to hûlpe den kosten vnser vnd vnses vaders, hertoghen Albertes to Mekelenborch. Des hebbe wy en wedder ghelouet vnd louen an desser scrift, dat vse vader noch wy vs nicht vorzonen scholen myt deme konighe to Denemarken tusschen hir vnd sonte Nicolaws daghe, de neghest to komende is. Were ouer dat vse vader myt macht vnd myt nôt in Sweden dar to drûnghen worde binnen desser tid, dat he sik myt deme konighe zonen moste, vnd dat redelken bewysen mochte, dat he van nodes weghen dar to drûnghen wart, zik myt eme to zonende, so schole wy den vorbenomeden de achte hondert mark penninghe lubesch to Paschen, de neghest to komende is, in der stat to Lubeke myt reden pennighen sonder yenegherleyhe vertoch betalen. To merer betûghinghe desser dingh zo hebbe wy vse ingheseghel vor dessen bref ghehenghen laten, de screuen vnd gheuen is to Gnewesmolen, na Godes bort drutteynhondert jar an dem souen vnd sosteghesten iare, des Dingsedaghes na sonte Dyonisius daghe. Tûghe desser dingh sint vse leuen truwen, her Marquart Berman, prouest to Rene, vnd Johan Berchteheyle, vse ammetman vnd voghet to Zwerin, vnd mer lude noch, de trûwe vnd tûghes werdich synt.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem kleinen Siegel.

DCXXVII.

Inscription über zwei von der Stadt angekaufte Häuser an der Ecke der Königs- und Fleischhauerstrasse. 1567. Nov. 11.[1]

Notum sit, quod ciuitas Lubicensis per consules ad hoc de consilio ordinatos emit a Johanne Stuuen de Godebus, dum adhuc viueret, duas domos quondam Nicolai Visch, sitas in platea carnificum in angulo in platea regis, sicut iacent prope domum Rolofi Thoben, quas eis filia dicti Johannis cum marito suo Lamberto de Godebus et pueris coram consilio resignauit.

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1367, Martini.

1) Der Ankauf dieser Häuser geschah zu dem Zwecke, um sie zu einem Münzgebäude umzubauen.

Digitized by Google

DCXXVIII.

Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, erklärt, dass alle Rechnungsverhältnisse zwischen ihm und seinem verstorbenen Bruder Albrecht einerseits und dem Rathe von Lübeck andererseits vollständig ausgeglichen seien, so dass die von beiden Theilen desfalls ausgestellten Documente keine Gültigkeit mehr haben, mit Ausnahme jedoch der der Stadt Lübeck gegebenen Verpfändungsbriefe über die Stadt Mölln und den Zoll daselbst. 1367. Nov. 15.

Vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis, audituris seu percepturis nos Ericus, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et | Westfalie, illustris quondam principis, domini Alberti, ducis Saxonie, filius, notum esse volumus, sincere palamque protestantes in hijs scriptis, | quod nos sub anno Domini millesimo CCCLXseptimo, quinta decima die mensis Nouembris, que fuit vttunc secunda feria proxima post | Martini, hora tercia vel quasi, presentibus strennuo milite, domino Detleuo de Belendorpe, domino Bartholomeo, plebano in Molne, Marquardo de Tzûle, famulo, et Alberto, notario nostro, fidelibus nostris, necnon honestis viris, dominis Johanne Pertzeuale, proconsule, Bernhardo Plescowe ac Johanne Schepenstede, consulibus et kamerariis ciuitatis Lubicensis, constituti in ciuitate Lubicensi in superiori consistorio in loco kamerarie Lubicensis, visis, auditis et in lumine oculorum nostrorum positis atque pertractatis omnibus et singulis debitis et computacionibus, que inter inclitum Albertum, quondam ducem Saxonie, fratrem nostrum karissimum pie memorie, ac nos, ex vna, necnon inter honorabiles viros, dominos .. consules Lubicenses, parte ex altera, pendebant, mortificauimus, deleuimus et sopiuimus ex vtraque parte omnes et singulas huiusmodi computaciones atque debita, quas et que vsque in presentem diem et horam memoratus dux Albertus, frater noster, et nos cum consulibus Lubicensibus, quasque et que ipsi nobiscum habebamus et habebant, specialiter quoque de illis duobus milibus marcarum monete Lubicensis, in quibus ipsi fratri nostro, duci Alberto, specialiter obligati fuerant, de quibus ipsi fratri nostro mille et septingentas marcas alias persoluebant; residuis vero trecentis marcis per ipsos nobis solutis dimisimus ac presentibus dimittimus pro fratre nostro et nobis, pro heredibus ac successoribus nostris dictos consules necnon ciues Lubicenses perpetuo quitos, liberos et solutos. Istis igitur et omnibus alijs debitis et computacionibus hactenus inter fratrem nostrum et nos ac ipsos, vt premittitur, habitis ex vtraque

Digitized by Google

parte sic sopitis et extinctis littere, que hinc inde super hijs confecte et date fuerant, de mandato et consensu vtriusque partis annullate sunt et rupte, saluis tamen sepedictis dominis, . . consulibus Lubicensibus, litteris originalibus et priuilegijs super opido et theloneo Molne ac suarum appertinenciarum loquentibus in omni suo robore et vigore per omnes suas condiciones in singulis suis clausulis et contentis. Actum et datum Lubeke, anno, mense, die, hora, loco ac presentibus, quibus supra.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DCXXIX.

Bürgermeister und Rath von Lübeck bevollmächtigen den Johann Trutenow, dem Johann von Helle sicheres Geleit zu einer Reise nach Lübeck und zu friedlicher Verhandlung zu versprechen. 1367. Nov. 25 [1]

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCĈ sexagesimo septimo, indictione sexta, ‖ mensis Nouembris die vicesima quinta, hora completorij uel quasi, in consistorio ciuitatis ‖ Lubicensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Vrbani digna Dei ‖ prouidencia pape quinti, anno quinto, in mei notarij publici subscripti ac testium infrascriptorum presencia personaliter constituti honorabiles et discreti viri, domini Johannes Perczeuale nec non Bertrammus Vorrad, proconsules, ceterique consules ciuitatis Lubicensis eorum verum et legitimum fecerunt, constituerunt et ordinauerunt procuratorem, actorem, factorem et negociorum suorum gestorem ac nuncium specialem honorabilem ac discretum virum, magistrum Johannem Trutenowe, eorum iuristam, presentem et onus procuratoris huiusmodi in se sponte suscipientem, dantes et concedentes eidem plenam ac omnimodam potestatem ad dandum et concedendum securitatem et liberum conductum honorabili et discreto viro, domino Johanni de Helle, presbitero Sleswicensis diocesis, Lubeke cum omnibus suis veniendi et ibidem ad tempus manendi nec non de amicabili composicione inter predictos dominos consules et dominum Johannem de Helle placitandi et pertractandi et ad propria recedendi pre omnibus causa et amore ipsorum facere nel dimittere volentibus. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem prefati domini consules a me notario

1) Vgl. .M 614 fg. 625.

Digitized by Google

publico ipsis instrumentum publicum fieri humiliter pecierunt. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis magistro Johanne Dannenbergh et magistro Jacobo Cynnendorp, notariis predictorum dominorum consulum, nec non Bertoldo de Holthusen, ciue Lubicensi, et aliis quam pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Fredericus Rubowe, clericus Zwerinensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, predicti procuratoris constitucioni potestatisque conducendi dominum Johannem de Helle concessioni omnibusque aliis et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam meis signo et nomine solitis et consuetis signaui, rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCXXX.

Der Rath von Lübeck ersucht den Rath von Stralsund, ein in Livland erlassenes Verbot des Handels mit den Russen den in Stralsund anwesenden Lübeckern zur Nachachtung mitzutheilen. O. J. (1367.)[1]

Sapientibus et honestis viris, dominis consulibus Stralessundensibus, suis amicis presinceris, consules Lubicenses fauorabili, amicabili et complacibili salutacione non pretermissa. Sciat vestra dilectio, nos ob inhibicionem in Lyuonia factam, videlicet ne aliquis aliqua bona, videlicet sal et allec, ipsis Ruthenis adducere presumat, nostris inhibuisse conciuibus, ne et ipsi eis allec aut sal apportent aut eos visitent, hoc tamen eis concesso et indulto, quod ipsi vsque in Reualiam licite velificare poterunt, et audito a commendatore vel a consulibus, quod eis licitum sit dictos Ruthenos accedere, extunc id efficere poterunt sine delicto. Vnde rogamus vos instanter, quatinus nostris conciuibus vobiscum existentibus nostro nomine referatis, vt ipsi sibi precaueant,

1) Dem obigen Schreiben geht im Copiarius № 604 vom 21. Dec. 1366 vorher, hinter welchem № 583 nachträglich eingeschoben ist. Es folgen zwei undatirte, welche unter № 631 und 632 abgedruckt sind, dann № 639, welches dem Jahre 1368 angehört. Der obige Brief, von Sartorius II, 227 in das Jahr 1366 gesetzt, kann also nur 1367 geschrieben sein, da er sich auf eine Jahreszeit beziehen muss, in der Schiffahrt Statt fand. Vgl. auch № 587.

Digitized by Google

ne huiusmodi bona adducant Ruthenis predictis sub modo premisso. Quod autem vos vobiscum cum vestratibus facere decreueritis in premissis, hoc per vos consilio inito bene inuenietis. Datum nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 76a.

DCXXXI.

Der Rath von Lübeck erklärt sich gegen den Rath von Hamburg bereit, die Ausgleichung einer Differenz zwischen Letzterem und dem Grafen Adolf von Holstein zu übernehmen, falls ihm eine endgültige Entscheidung übertragen werde. O. J. (1367.)[1]

Amicabili salutacione premissa. Noscat vestra dilectio, quod interlocuti sumus de factis super discordia inter dominum Adolfum, comitem Holzacie, et vos, vobis rescribentes, quod, si vobis placeret, in nos arbitrari secundum modum per conconsulares nostros ad hoc deputatos conceptum, in quem eciam consiliarij domini comitis consens[i]erunt, videlicet, quod essemus potentes, huiusmodi causam, secundum quod nobis iustum et equum videretur, et prout eciam nos ad hoc ad informacionem bonorum virorum et prudencium melius possemus instruere, in jure uel amicicia per modum conceptum terminare, libenter nobis onus assumeremus, sed aliter nullo modo videtur nobis assumendum. Quocirca, quid sit de voluntate vestra, vltimate nobis rescribatis, vt nos dicto domino comiti notificemus, quia hucusque tenuimus in suspenso, quod nullum responsum de hiis volumus intimare. Valete in Christo. Datum nostro sub secreto.

Consulibus Hamburgensibus.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 76a.

DCXXXII.

Der Rath von Lübeck schreibt den Geschwornen, Schliessern und Rathmännern des Landes Ditmarschen, dass er seine Bürger nicht hindern könne, geistliche Gerichte anzugehen, und bittet sie, das bisher bestandene gute Einvernehmen aufrecht zu halten. O. J. (1367.)[1]

Premissa salutacione sincere dilectionis cum beniuolencia in omnibus complacendi. Intelleximus vestre dilectionis litteram, vos scire desiderantes,

1) Vgl. die Anm. zu № 630.

Digitized by Google

quod summe dolemus de discordia, que vertitur inter vos et quosdam conciues nostros. Noscit enim vestra prudencia, quomodo alias multas amicabiles litteras vobis scripsimus, quibus vos rogauimus pro satisfactione bonorum eisdem ablatorum, prout ipsi a nobis desiderauerunt, et postquam iidem nostras litteras sencierunt non prodesse, in jure spirituali agere contra vos inceperunt, et sic huiusmodi factum non est in manibus nostris, nec aliquem volentem agere contra quemcunque in foro ecclesiastico possumus aliquatenus prohibere, ymo nos ipsos tales actiones contra nos et nostros cum sentenciis et processibus eciam oportet sustinere. Quare dilectioni vestre studiose supplicamus, quatenus istud nobis non inuertatis, cum non sit in potestate nostra et nos oporteat permittere quemlibet vti suo jure, vt isto non obstante maneat inter nos amicicia mutua, sicut hucvsque fuerat, quia Deo teste vobis desideramus omne bonum, vt eciam vos nobis et nostris conciuibus simile faciatis, de hoc nobis amicabile responsum rescribendo. Valete in Christo.

Honorabilibus et discretis viris, juratis, clauigeris, consulibus, consiliariis, aduocatis, vniuersitati tocius terre Ditmarchie, amicis nostris sincere dilectis, missa est littera predicta.

Nach dem Brief-Copiarius. Fol. 76ª

DCXXXIII.

Der Ritter Eccard Bülow ersucht den Rath von Lübeck, den Ritter Benedict von Ahlefeld zur Zahlung einer Summe Geldes anzuhalten, für welche derselbe sich gegen ihn verbürgt habe. O. J. (Spätestens 1367.)[1]

Salutacione amicabili premissa. Vos consules vniversi ciuitatis Lubeke. Vestram honestatem, ‖ intime quam valeo, deprecor per presentes, quatenus dominum Benedictum de Aneuelde, militem, ‖ consiliarium regis Dacie, dignemini verbis et peticionibus vestris expedire, qui michi pro ‖ quadam summa pecunia[2] fidefragus exstitit, super qua tamen michi suam patentem litteram

1) Benedict von Ahlefeld heisst in dem Schreiben Rath des Königs von Dänemark. Vgl. die Verträge von 1362 und 1365. (№ 440. 542.) Im Jahre 1368 schliesst er sich aber dem Bündnisse gegen Waldemar an (№ 641). Das obige Schreiben kann also nicht später, als 1367, fallen, und wird eher mehrere Jahre früher anzusetzen sein, da Raven Barnekow, nach der Grösse des aufgedrückt gewesenen Siegels zu schliessen, derselbe ist, welcher an № 311 sein Siegel gehängt hat, ein seit 1349 erwähnter Rath des Herzogs Albrecht von Meklenburg, der nicht über das Jahr 1362 hinaus vorzukommen scheint. Vgl. Mekl. Jahrb. XVII. S. 313. 2) l. pecunia.

Digitized by Google

erogauit. Alias ipsum, si monicionibus non wlt acquiescere vestris, licet invite, ipsum[1] monere volo nunc prout exnunc,[2] quod incongruum, si vir probus esset, quod tamen non est, suo videretur honori. Scripta domini Rauonis Barnekowe sub sigillo, proprio non presente. Responsum peto michi, quantocius poteritis, litteratorie reformari.

Ex parte domini Eghardi Bylowe, militis.

In dorso: Viris prouidis, dominis consulibus vniuersis ciuitatis Lubeke, detur hec.

Nach dem Originale auf der Treve. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel ist nur ein unkenntlicher Theil erhalten.

DCXXXIV.

Der Rath von Lübeck meldet dem Herzoge Bugislav von Stettin, dass der verstorbene Lübecker Rathmann Hermann Gallin seine unbeweglichen Güter in gesetzlich vorgeschriebener Weise zu fahrender Habe gemacht und dadurch die Befugniss gewonnen habe, frei darüber zu verfügen. O. J. (1367.)[3]

Ingenuo et illustri principi ac domino, domino Buxslauo, duci Stetynensi ac principi Ruyanorum, suo fautori presereno, proconsules et consules ciuitatis Lubicensis ad queuis beneplacitorum et obsequiorum genera pronam in singulis voluntatem. Recepimus reuerenter intelleximusque diligenter vestre dominacionis litteras, quibus scribitis, dominum Hinricum, canonicum in Belbuk, et Henninghum, fratres dictos de Molendino, et eorum amicos coram vobis fore conquestos, quod ipsi super hereditate domini Hermanni Gallynes, nostri quondam conconsularis, nullum consequi valeant compotum[4] aut racionem, et quod in jure Lubicensi nemo stantes hereditates aut jacencia funda donare possit, nobilitati vestre super hijs reformantes, quod dictus dominus Gallyn, mediante nostro jure municipali, omnia et singula sua bona, mobilia et immobilia, cum consensu sui fratris transtulit et fecit mobilia, quod in hoc varende dicitur, et illa de jure dare potuit tam alienis quam proximis, ac quibuscunque sibi placebat, sine alicuius contradictione. Aliquis enim in jure nostro sua bona sic faciens mobilia potest illa auferre suis propriis pueris et

1) L ipse oder wegzulassen. 2) l. extunc. 3) Dem obigen Schreiben geht № 608 vorher, es folgt darauf № 646. — Bürgermeister Herm. Gallin soll zwar nach der Rathsmatrikel 1365, Dec. 17. (fer. IV. in IV tempp. Adv. Christi) gestorben sein (von Melle Nachricht S. 51), er kommt aber noch 1366, Jan. 6 vor (№ 547). 4) = computum.

Digitized by Google

dare alienis, et quibuscunque sibi placet, siue eciam talia bona sint stantes hereditates, siue in fundis siue in aliis quibuscunque existencia, dummodo facta sint mobilia, ut prefertur. Cum igitur memoratus dominus H(ermannus) Gallyn omnia sua bona, ut premissum est, fecerat mobilia, ipse ea donare potuit, cui voluit, de jure, prout et fecit de facto. Quapropter dominacioni vestre supplicamus, quod nullam aduersum nos indignacionem geratis, sed nos et nostrates dignemini, prout consueuistis, promouere, vnicuique enim iusticiam nostram realiter sine sinistreitate in perpetuum (faciemus). Aliter vero vos informans non recte dicit. Quare, si dicti de Molendino aliquam ad bona sepedicti domini H(ermanni) Gallynes habere possent justiciam, faueremus eis valde bene ipsosque ad ea promouere vellemus et inuice(m) inpedire. Dominus vos conseruet feliciter et longeue, nobis in omnibus precipientes. Datum nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 49 b.

DCXXXV.

Der Rath von Mölln berichtet an den Rath von Lübeck über einen von mehreren Bewohnern von Roggendorf auf der Rückkehr von dem Markte zu Mölln begangenen Excess. 1368. Jan. 15.

Honorabilibus viris ac multum disertis[1] dominis, dominis nostris preamandis, dominis proconsulibus et ‖ consulibus ciuitatis Lubicensis, consules in Molne se ad omnia genera seruiminum beni‖uolos et paratos. Vestre dominacioni presentibus insinuamus, quod quadam vice accidit, quosdam ‖ villanos de Roggendorp forum nostrum in Molne visitare. Quibus finito foro Molne exeuntibus, quemdam nostrum conciuem ante valuam nostram austere vulnerabant, ita vt vix non interfectus euasit. Idem vero, eructuans famam, quod volo dici te[2] iodute, coram aduocato vestro et nobis cum illatis vulneribus comparuit. Quapropter Eghardus Lůchowe, cum vestri nomine capitaneus in Molne extiterat aduocacieque prefuit, eosdem super publico forefacto et fuga illico insequebatur volebatque eos arrestasse cum iure. Quod si admisisse et fecisse voluissent, fortasse ea, que acciderant, ita non euenissent. In huius rei testimonium nostrum duximus secretum tergotenus imprimendum, anno Domini M̊CC̊CLXVIII̊, sabbato post octauas Epyphanye.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

1) l. discretis. 2) l. quod vulgo dicitur.

Digitized by Google

DCXXXVI.

Der Eutinische Bürger Marquard Jageto bekennt sich dem Lübeckischen Bürger Detlev Broge für 140 mk Pf. schuldig, auf vergangenen Martini über drei Jahre zurückzubezahlen. 1368. Febr. 1.

In Ghodes namen amen. Ich Marquart Jagheto, en borgher to Oytin, bekenne vnde betughe | openbar an dessem breue, dat ik schuldich bin Detelef Broghen vnde sinen rechten eruen | hundert mark vnde verthech lubescher pen(n)inghe, vppe sunte Mertens dach, de nu was, vort | ouer dre jar to betalende binnen der stat to Lubeke, ofte an sinen minnen to bliuende. Vor dit vorbenomede ghelt hebbe ik Marquart, vnde Volquin Parsow, Hartwich Brocdorp vnde Sak Parkentin, knapen, ghelouet vnde louen an dessem jeghenwardighe breue deme suluen Deteleue vnde sinen rechten eruent vnde Eler Rantzow, enem borgher to Lubek, vnde Clawes Aluerstorpe, de sin lof an desseme jeghenwardighe breue mede vntfanghen. To euer betughenisse so hebbe wy vnse inghesegele an dessen ieghenwardighen bref ghehenghet. Datum Oytin, anno Domini M̊CC̊C̊ sexagesimo octauo, in profesto Purificacionis Marie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Siegeln; das vierte (des Sak Parkentin) ist vom Bande abgesprungen.

DCXXXVII.

Der Rath von Lübeck beklagt sich bei dem Markgrafen Otto von Brandenburg über die von dem Könige Waldemar verübten Gewaltthätigkeiten und Ungerechtigkeiten, und bittet ihn, nicht dem Könige, sondern der Stadt Lübeck mit Rath und That beizustehen. 1368. Febr. 2.[1]

Illustri et magnifico principi ac domino, domino Ottoni, terrarum Brandenburgensis et Luzacie marchioni, duci Bauarie et Karintie, sacri Romani imperij archikamerario, suo promotori et fautori gracioso, consules ciuitatis Lubicensis paratissimam ad queuis beneplacitorum, reuerenciarum et obsequiorum genera voluntatem. Ad illustris ingenuitatis vestre noticiam, necessitate compulsi, meste et querelose deducere cogimur presencium serie litte-

1) Das Schreiben scheint ursprünglich im Namen der in Lübeck versammelten Seestädte ausgestellt gewesen zu sein, denn im Copiarius stand am Eingange: Consules ciuitatum maritimarum in data presencium Lubeke congregati, und am Schlusse: Sigillo consulum Lubicensium, quo omnes vtimur in presenti. Dafür sind die Worte: Consules ciuitatis Lubicensis, und: Nostro sub sigillo, nachträglich hineingeschrieben.

Digitized by Google

rarum, qualiter nos in annis et temporibus quibusdam retroactis ob violencias et iniurias grauissimas, quas alias dominus Woldemarus, rex Danorum, vna cum suis nobis et nostratibus ac communi mercatori in capcione, vinculacione, incarceracione, detalliacione, strage, occisione, bonorum, nauium et rerum priuacione acriter, iniuriose et iniuste intulerat, que omnia, dum, quia prolixius proferre[1] non poteramus, contra eundem pro nostra et justicie nostre tuicione congressi fueramus, litigando[2], que siquidem lites et gwerre, licet inter ipsum et nos postmodum pacate et sopite fuissent bona, statuta et integra, firma, perpetua composicione per ipsum et suos sponsa sev promissa suoque et suorum in regno suo episcoporum, ducum ac militum sigillo et sigillis roborata, eandem cum nobis composicionem non per sex ebdomadas complete ratam seruauit, ast eam violans irritam et cassam fecit, quum nos et nostrates ac communem mercatorem contra justiciam et racionem stante pace et securitate ac in bona composicione sine diffidacione dampnificauit ac spoliauit corporibus et rebus cum illacione captiuitatum, wlnerum, incarceracionum et malorum infinitorum, que omnia fecit et adhuc facit diatim ex et in suis castris, propter que ipsum crebro et pluries tam per nostros nuncios quam litteras monuimus et cum eo placita seruauimus, ad ea per suos episcopos, milites et ambactiatores multociens euocati et inducti; nobis vero ad ea venientibus non aliud quam verba pulchra, quibus in re nichil correspondet, occurrebat, sed quod perdidimus expensas et labores. Inhumanitus eciam bona naufraga nostra et nostratum vna cum suis rapuit et rapit, vbi et quantum potest, quod non ad regem, verum ad tyrannos et piratas spectat. Cum igitur talia dampna intollerabilia, violenciam et iniuriam grauissimam difficilimum sit nobis diucius perferre, oportuit nos ea dominis principibus et amicis querulari, propter que eciam si dominorum et amicorum amminiculo quid facere possimus, vestra intime, quesumus, dominacio generosa pro egro non velit acceptare nec dicto regi quod[3] suis contra nos et nostrates velitis presidium consilij aut facti prebere sev conferre, sed magis dignemini nos et nostrates gracia et promocione prosequi et fauore tamquam fautor serenus dominusque graciosus. Vnde vestre dominacioni volumus in singulis gratuitis complacencijs, obsequijs et reuerencijs toto nisu ad ampliora obligari. Altissimus vos consernet cum longeua corporis et rerum felicitate, nobis iugiter precipientes confidenter. Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXVIII, in festo Purificacionis beate Marie virginis, nostro sub sigillo.

1) l perferre 2) Hier etwa ausgelassen: finire studuimus. 3) l. et.

Digitized by Google

Notandum, quod littere eiusdem tenoris litterarum premissarum querimoniales contra regem Danorum misse sunt regibus, principibus, episcopis et dominis istis, qui subscribuntur:

Casimiro, regi Polonie.

N.,[1] regi Anglie.

Frederico, marchioni Mysenensi.

Alberto, duci Bauarie, comiti Hollandie, Hannonie, Zelandie, et dominij Frisie gubernatori.

Ludowico, duci Brabancie et comiti Flandrie.

Roberto, duci de Heydelberghe et comiti Palantino.

Ottoni, duci Brunswicensi.

Magno, duci Brunswicensi.

Alberto, duci Brunswicensi.

Wilhelmo, duci Brunswicensi et Luneburgensi.

Rudolpho, duci Saxonie.

Barnym, duci Stetynensi, Cassubie et Pomeranie.

Buggislao, duci Stetynensi ac principi Ruyanorum.

Wartislao seniori et Wartislao juniori, ducibus Stetynensibus, Slanie, Cassubie et Pomeranie.

N., duci Glogouie.

Item Hinrico, landgrauio Hassie.

Engelberto, comiti de Marka.

Nycolao, comiti de Thekeneborgh.

Johanni et Gherardo, comitibus de Hoya.

Symoni, nobili de Lippia.

N., dominis de Werla.

Wedekindo, nobili de Monte.

Item Conrado, archiepiscopo sancte ecclesie Treuerensis et tutori ecclesie Coloniensis.

N., sancte Moguntynensis ecclesie archiepiscopo.

Alberto, sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo.

N., episcopo Padeburnensi.

Gherardo, episcopo Hildensemensi.

Johanni, episcopo Camynensi.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 33a.

1) Statt des ausgelassenen Namens; bei einigen der folgenden stand es ursprünglich auch, ward aber hinterdrein ausgestrichen und der Name ergänzt.

Digitized by Google

DCXXXVIII.

Die in Lübeck versammelten Raths-Abgeordneten der Städte Lübeck, Rostock, Stralsund und Wismar schreiben dem Könige Waldemar von Dänemark, dass die von ihm angebotenen Vergleichsverhandlungen nicht annehmbar seien, dass sie vielmehr über sein feindseliges Benehmen bei andern Fürsten und Freunden Klage zu führen sich gezwungen sähen. 1368. Febr. 5.

Domino Woldemaro, regi Danorum, consules ciuitatum maritimarum Lubeke, Rozstock, Stralessund et Wismer, in data presencium in ciuitate Lubicensi congregati infrascripta. Noueritis, quod Hartwicus Hummersbûttel et Rigmannus, nuncij et legati vestri, ad nos in presenti congregacione constitutos egerant et negociabantur ex parte vestri pro aliis placitorum terminis vobiscum obseruandis. Quibus diximus respondendo, quemadmodum vobis asscribimus per presentes, quod, si illa potuissent nobis obuiasse super termino Purificacionis Marie, secundum quod in Colonia fuimus separati, videlicet dampnorum nostrorum refusio, equitatis pro illata iniuria restauracio, et ne amplius talia contingerent, preseruacio, libenter ea recepissemus. Quod quia nobis hec non obuiauerunt, et cum dicti vestri nuncii nobis dicebant, quod oporteret vos super nobis querulari domino nostro pape, domino nostro imperatori, dominis principibus et amicis, diximus eis et vobis asscribimus per presentes, quod, cum vos cum vestris nos et nostrates corporibus, rebus et bonis ac nauibus priuastis, captiuastis, detalliastis et infinita nobis mala intulistis et adhuc talia et eorum similia faciatis dyatim, que omnia fecistis et facitis in bona securitate et conposicione, quam vos ipse cum vestris episcopis, ducibus et militibus nobis promisistis et sigillastis, difficile et grauissimum est nobis talia diutius tollerare seu perferre, sed oportebit et nos ea conqueri dominis principibus et amicis. Et, si quid propter ea econtra faceremus, vellemus nos in hoc in honore habere preseruatos.[1] Datum Lubeke, anno Domini MCCCLXVIII, in die beate Agathe virginis, sub secreto consulum Lubicensium, quo omnes vtimur ista vice.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 32b.

1) Vgl. Sartorius II. S. 617.

Digitized by Google

DCXXXIX.

Die in Lübeck versammelten Abgeordneten der Seestädte geben dem Rathe von Cöln Nachricht, dass König Waldemar zwar von Neuem Vergleichsvorschläge gemacht habe, jedoch zugleich fortwährend feindselig verfahre, und ersuchen um baldige Einsendung des Absagebriefes. O. J. (1368.) Febr. 5. [1]

Laudedignis et industriosis viris, dominis proconsulibus, scabinis et consulibus ciuitatis Colonie, nostris amicis singularibus dilectis, presentetur per consules ciuitatum maritimarum in data presencium Lubeke congregati [2] cum omnis reuerencie, fauoris et complacencie exhibicione, lympidissima preambula salutacione. Domini et amici sincerissimi dilecti. De tam benignis amicabilibus tractatibus et beneficijs per vos hijs diebus nostris dilectis conconsularibus apud vos constitutis tam hilariter et efficaciter exhibitis vestre dilectioni ad infinitas assurgimus graciarum actiones, affectantes id erga vos et vestrates tempore et loco se offerentibus benigniter deseruire, reuerenciam vestram presentibus agnoscere desiderantes, quod super festo Purificacionis Marie nouissime retroacto habuit rex Danorum suos ambassiatores et nuncios nobiscum in Lubeke, qui ex parte sui nichil aliud egerunt, quam quod desiderabant alios placitorum dies et vlteriores cum rege seruandos. Nobis vero nichil obuiare potuit pro dampnis et iniurijs nostris, quam verba pulchra, que fuerunt et sunt quasi chimera, cui in re nichil correspondet. Ipse eciam rex cum suis post tempus nostri recessus a vobis tres vel quatuor naues nobis et nostratibus iterum abstulit de nouo et adhuc dampna infert diatim. Huiusmodi dampna et iniuriam grauissimam diucius perferre non valentes, oportet nos Dei auxilio contra dictum regem et suos hostiliter procedere pro nostra et justicie nostre tuicione, attente vos rogantes, nobis vestras litteras diffidatorias sibi et suis mittendas quantocius transmitti. Altissimus vos conseruet feliciter et longeue, nobis vestris specialibus amicis quecunque vestra volita significantes. Datum in die beate Agathe virginis, sub secreto Lubicensi, quo omnes vtimur in presenti.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 76b.

1) Vgl. N. 638 und Sartorius II. S. 616. 2) l. congregatos.

Digitized by Google

DCXL.

Der Rath von Duderstadt ersucht den Rath von Lübeck, die namentlich aufgezählte, von Sander Noyr in Lübeck hinterlassene Habe dem Ueberbringer dieses Briefes verabfolgen zu lassen. 1368. Febr. 5.

Viris circumspectis, dominis . . consulibus in Lubek, amicis nostris sinceris, . . consules Duderstad seruicium indefessum. Litteris vestris intellectis, quod huiusmodi bona infra scripta in vestra ciuitate relicta sunt per Sanderum Noyr, nostrum conciuem, scilicet I panzer, I mitra, I ysernhout, II jope, I tunica de corio, VI armorum partes videlicet pedum et brachiorum, I pileus, I rethe auium. I hamus, I pellicium, I capucium, I taga,[1] I cyroteca de calibe, I cingulus argenteus, XII antiqui grossi, I malige, III floreni in albis denariorum lubicensium cum II albis denariorum: quare rogamus, vt bona pretacta exhibitori presencium presentari faciatis, quia plenam ac omnimodam cauconem et respectum ad nos habere debetis, quod de premissis bonis actio uel monicio vlterior fieri non debet aliqualis. In cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis tergotenus est appressum. Datum anno Domini MCCCLXVIII. in die beate Aghate martiris et virginis.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

DCXLI.

Heinrich und Nicolaus, Grafen zu Holstein und Stormarn, nebst genannten Rittern und Knappen, verbinden sich mit den Städten Lübeck, Rostock, Stralsund und Wismar gegen Waldemar, König von Dänemark, und Hako, König von Norwegen. 1368. Febr. 20.

Wy Hinrik vnde Nicolaus, brodere, van der gnade Ghodes greuen thô Holsten vnde thô Stormeren; vnde wy Stych Anderssen, Nicolaus van dem Lembeke, Luder van dem Lembeke, Anders Offessen, Iwer Nikkelssen vnde Benedictus van Anequelde, riddere; Ghodschalk Scharpenbergh vnde Hartwich Pogghewisch, knapen. Bekennen vnde bethughen openbare in desser schrift, dat wy nnid uzen helperen dor mengherleye vndrechtliken schaden vnde vnrechtes willen, dat vs koning Woldemar van Denemarken ghedaan heft vnde noch alle daghe deyt zunder vnderlaat binnen vrede vnde binne

1) l. toga.

Digitized by Google

velycheyt, vs hebben vorenet vnde vorbunden mid den erachteghen luden, den radmannen der nagheschreuenen stede, Lubeke, Rostok, Stralessund vnde Wismer, vnde alle eren helperen vppe den vorebenomeden koningh van Denemarken vnde koningh Haquyn van Norweghen vnde vp alle ere helpere. Vnde desse vorbindingghe schal anstan nu des Zondaghes thû Vastelauende vnde schal waren wente nv thû Paschen, (de) naghest kumpt, vord ouer twe jar, alzo dat wy vns binnen der voreschreuenen thyd desser vorbindinghe mid den vorbenomeden koninghen vnde eren helperen nummer sonen, daghen, vreden edder vorworden willen, wy endûn dat mid ghantzen willen vnde vulbord der radmanne der vorbenomeden stede edder der ghenner, de des van erer weghene vnlle macht hebben. Desse vorschreuenen stukke loue wy in ghûden trnwen stede, vaste vnde vnghebroken thû holdende, znnder arghelist, vnde hebben thû bethuchnisse vze inghezeghele an dessen breef ghehenghet, de ghegheuen is na Ghodes boord dritteynhundert jar in de(me) achtevndezesteghesten iare, des Zondaghes vor Vastelauende.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden neun Siegeln, und einem Siegelbande, an welchem das Siegel des Stig Andersen (№ 3) hing.

DCXLII.

Herzog Erich der Aeltere von Sachsen, Engern und Westfalen, schliesst für sich und seinen Sohn Erich mit der Stadt Lübeck auf zwei Jahre Waffenstillstand. 1368. Febr. 25.

Wy Erik, van Godes gnaden herthoghe thû Zassen, thû Engheren vnde thû Westfalen, de olde, vnde vse zone Erik. Bekennen in desseme openen breue vor alle den yenen, de ene zeen edder horen lezen, dat wy vnde al, de dor vsen willen dôn vnde laten willet, schollen vnde willen mit der stat van Lûbeke[1] vnde den borgheren van Lubeke holden enen velighen vrede van desser thyd an vort ouer twe jar, also dat wy noch neen man van vsen sloten edder dar in dor vse lant, de wy hebbet in dvtschen[1] landen, ze vorvann schollen mit yenegherleyge stûken hir in dvtschen[1] landen. Ok scholle wy nemande steden ouer thû varende ouer vse vere, dor vse lant thû ridende mit willen vnde mit witschop in Dennemarken bynnen dessen twen jaren, ane mit rade vnde vûlbord der ratmanne van Lûbeke.[1] Were it auer dat vser manne welk zik vorweghen wolde zynes ghûdes vnde wolde ryden edder varen

1) Das u und v in obigen Wörtern sind, wie sonst das o (*o*), durchstrichen.

Digitized by Google

in Dennemarken bynnen dessen twen jaren vp der van Lůbeke[1] schaden, den wille wy nicht vordeghedinghen noch zynes lyues noch zynes ghůdes, men it schal vorbroken wesen yeghen de heren vnde stede, de in desser vorbyndinghe zynt, vnde de moghen zik des ane vse wyd vnderwynden, vnde dar en schal desse vorschreuene vrede nicht mede ghebroken wesen. Were, dat God vorbede,[2] dat desse vorschreuene vrede ghebroken worde van vs edder van den vsen, de dor vsen willen dŏn vnde laten willen, zo scholle wy vnde vse naschreuene medelouere edder also danne lůde[1], de vse macht dar ane hebben, bynnen den ersten verteynachten[2] dar na, wan de rat van Lůbeke[1] dat eschet, ryden vp ene stede, dar wy in beydent zyden velich komen moghen by vser beyder lantschede in dŭtschen[1] landen, vnde dŏn vnme de vredebrake also vele, alse lik is. Desse vorschreuene stůcke loue wy vorschreuene herthoghe Erik vnde vse zone Erik vnde wy medelouere, her Detlef[2] Parkentyn, her Wasmod Schacke, her Vicke van Hydzaker, riddere; Vollard van Tzvle,[1] Henneke Schacke, Volkquyn Scarpenberch, Hinrik van Crummesse, Bredehouet Tzabel, Ekghert Wůlf vnde Werneke Rŏkswale, knapen, den ratmannen thů Lůbeke,[1] herthoghen Alberte van Mekelenborch, greuen Hinrike vnde ghreuen Clawese van Holsten thů erer hant in trůwen[1] stede vnde vast thů holdende, zunder arghelist. Thů thůghe[1] vnde bekantnisse desser deghedynghe hebbe wy vnse inghezeghel vnde vses zones inghezeghel mit vser medelouere inghezeghele(n) mit willen vnde mit witschop thů dessem breue ghehenghet laten, vnde is ghescheen na Godes bord dritteynhundert jar in deme achte vnde zosteghesten jare, in Sůnte Mattias daghe des hilghen Apostoles.

Nach dem Originale auf der Trese, mit zwölf Siegelbändern, an welchen noch acht Siegel hangen. Es fehlen die Siegel von Volq. Scharpenberg, Hinr. v. Crummesse, Reccard Wulf und Wern. Rokswal (№ 8. 9. 11. 12).

DCXLIII.

Die Stadt Lübeck lehnt die Aufforderung des Kaisers Karl IV., ihn auf seinem Römerzuge zu begleiten, ab. O. J. (1368.) Febr. 28.[3]

Serenissimo ac gloriosissimo principi, domino Karolo, Romanorum imperatori semper augusto et Boemie regi, deuoti consules ciuitatis Lubicensis cum humili recommendacione beniuolam obedienciam ad omnia genera mandatorum. Vestre celsitudinis litteras ea reuerencia, que[4] decuit, gratanter

1) Die Buchstaben n und v sind in obigen Wörtern durchstrichen, wie S. 687 Anm. 1. 2) Das e in *vorbede*, *verteynachten* und *Detlef* ist gleichfalls durchstrichen. 3) Das Schreiben, welches im Copiarius zwischen № 565 und № 649 steht, kann nur in das Jahr 1368 fallen. Vgl. Mantels der zweite hanseat. Pfundzoll S. 20. 4) l. qua

Digitized by Google

recepimus et ipsarum tenorem vna cum relacionibus honorabilis et discreti viri, domini Johannis Saxonis, vestre serenitatis legati, qui tam sollicite et prudenter vestram nobis voluntatem exposuit, intelleximus diligenter. Vnde non immerito vestre celsitudini referimus immensas graciarum actiones, eo quod, non obstante paruipotencia et modicitate nostra, excellentissime vestre maiestatis comitiue in transitu versus Romanam nos sociare curauistis, quod nobis, quamuis indignis, ad honorem et profectum discernimus esse factum, sicut hactenus vestram serenitatem inuenimus nobis in omnibus graciosam. Quapropter vestram commendabilissimam et fructuosissimam in hoc facto voluntatem feruentissime pro possibilitate nostra desideraremus adimplere, sed, prochdolor, pro presenti tot inpedimentis, tribulacionibus, insidijs et futuris periculis vestre ciuitati Lubicensi et nobis imminentibus et verisimiliter euenientibus, in casu quo gloriosus Deus ipsam ciuitatem Lubicensem de sua benigna gracia specialiter non preseruauerit, nisi nos eciam magnis laboribus et expensis, ymo cum hoc expeditorum hominum adiutorio, viriliter resistamus, sumus inuoluti, quod hoc vestre celsitudini litteratorie non sufficimus ad plenum explanare, sed prenominatus dominus Johannes de hiis sufficienter instructus non solum ex nostris relacionibus, verum eciam ex fama publica et nonnullorum aliorum veredicorum hominum intimacione vestram magnificenciam plenius informabit. Supplicamus igitur deuotissime, quatenus, si in premissis ad presens vestre celsitudini conplacere non possumus, hoc vestra magnificencia non habeat pro ingrato, sed vestra serenitas in benigno fauore et gracia nos habere dignetur sibi recommendatos. Deus gloriosus pro sua pia misericordia dignetur celsitudinem vestram regimini imperij sacri conseruare longeuam et felicem. Datum penultima die mensis Februarij, nostro sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 24a.

DCXLIV.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, verheisst den Städten Lübeck, Stralsund, Greifswalde, Stettin, Colberg, Stargard, Rostock und Wismar sicheres Geleite und freien Verkehr in seinem Lande. 1568. März 1.

Wy Albert, van Godes gnaden hertoghe to Mekelenborg, greue to Zwerin, to Stargarde vnd Rozstok here. Bekennen vnd betughen openbare in dessem breue, dat wy alle borghermestere, ratmanne vnd borghere desser

Digitized by Google

nascreuen stede, Lubeke vnd Stralesent, Gripiswolt, Stettin, Colberghe vnd Stargarde, vnd ‖ vortmer ok vnse borghere vser stede Rozstok vnd der Wysmer, oft se is bedoruen, vnd alle desser vorbenomeden stede hulpere, de mede in vnser vorbyndighe synt, vnd erer aller-denere leyden vnd velighen in dessem breue, bynnen vnsem lantde velich to wanckende vnd to wesende vnd ere werf to handeldende, vor alle de gene, de dor vsen willen don vnd laten willen. Weret auer, dat Got vorbede, dat yement syn leyde bynnen der tid wytliken vorwrachte, de scülde desser velicheyt nicht brûken. Dit leyde vnd desse velicheyt scal waren vnd macht hebben alle desse tid vt, de wyle wy vs myt dessen vorbenomeden luden vnd eren hulpere verbonden hebben. Wan auer de tid der sûluen vorbyndinghe vt is, so scal dit leyde vnd desse jeghenwardige bref machtloes wesen, daer wy to tôge vse inghe-seghel an ghehenghet hebben, de gheuen is to Gnewesmolen, na Godes bort drûtteyn hondert jar in deme achte vnd sosteghesten jare, des Mytwekens vor deme sondaghe, alsme singht Reminiscere.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

DCXLV.

Von Rostock eingesandter Entwurf der Verpflichtung eines (oder mehrerer nicht genannter) Fürsten, den Feinden des Herzogs Albrecht von Meklenburg und der ihm verbündeten fürstlichen Städte im gegenwärtigen Kriege mit Dänemark keinerlei Vorschub leisten zu wollen. O. J. (1368)[1]

Ok scole wy dat bewaren, dat vt vsem lande noch van vsen sloten noch vt vnsen ‖ hauenen nement, noch vnse man noch gheste, noch de dor vnsen willen doen vnde ‖ laten willen, noch nement, he sy we he sy, varen scole to Denemarken, deme ‖ koninghe van Denemarken edder den sinen jeneghe hulpe to doende jeghen hertoghen Alberte van Mekelenborgh edder jeghen vnse stede edder jeghen ere hulpere jenich, se syn we se syn. Were ouer dat jement were, de ouer varen wolde, deme wy id nicht beweren kunden, dat scole wy vmbeden hertoghen Alberte edder sinen sonen, ok vnsen eghenen steden, de hertoghen Albertes hulpere dar ane synt, vnde so scholen se bynnen den ersten vee(r)teynachten dar na, dat wy se dar to eschen, to vns komen edder vns also sterken, dat wy id weren moghen. Wolden ouer

1) Der Entwurf muss in den Februar oder März d. J. 1368 fallen. Vgl. M 642. — Die Fürsten, welche die Verpflichtung ausstellen sollten, können wohl nur Herzoge von Pommern sein.

Digitized by Google

de stede dit nicht wlborden, also dat se dar tho nicht volghen wolden, dat scal desse jeghenwardighe deghedinghe nicht breken, men hertoghe Albert edder de sine scolen jo dar to volghen myt gantzen truwen. Willen id ok de stede weren helpen, ift wy ouer varen wolden na deme koninghe van Denemarken, also vorescreuen is, so scole wy dat den steden bebreuen, vnde de stede scholen id vns wedder vorbreuen, wenne se dat eschen. Vortmer scole wy van stade an vntbeden al vsen mannen vnde vnsen deneren, de alrede in Denemarken sint, der wy gheweldich syn, by vseme hoghesten bode, dat se wedder to lande komen binnen den ersten ver wekenen dar na, dat id en ghekündeghet wert, ift id en wedder edder wynt edder liuesnod nicht beneme, vnde also drade, alse se wedder vnd wint hebben moghen, so scholen se komen. Were dat se des nicht en deden, so scal id dar vort vmme gaan, als id en recht is. Vortmer scal neman binnen vnsem lande edder sloten edder vt vnseme lande edder vt vnsen sloten edder vt vnsen hauenen hertoghe Albertes edder vnse stede, de to desser tyd sine hulpere syn, edder anderer erer hulpere scaden werden mit vnser witscop edder mit vnsem willen. Were dat id we dede, dat scole wy weren vnde keren mit ganzen trùwen.

In dorso: Honorandis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

Nach einem auf der Trese bewahrten Entwurfe auf Papier, mit rückwärts aufgedrücktem Secret der Stadt Rostock.

DCXLVI.

Der Rath von Lübeck giebt in seinem, des Herzogs von Meklenburg und des Grafen Heinrich von Holstein Namen dem Grafen Adolf von Holstein ein Geleitsschreiben zur Reise nach Dänemark und zurück. 1368. März 9.

Vniuersis et singulis, quibus presentes exhibite fuerint, nos consules ciuitatis Lubicensis notum esse cupimus lucide testificantes in hijs scriptis, id de et cum illustrium dominorum, ducis Magnopolensis et Hinrici comitis Holtzacie, ac nostro fore consensu et voluntate, quod nobilis Adolphus, comes Holtzacie, prout nuper per nuncium suum ad dictos dominos et nos egit, ad partes Dacie transeat et inde redeat infra hinc et dominicam Judica proxime futuram, rogantes vniuersos predictorum dominorum ac nostri causa quidquam facere sev dimittere volentes, quatenus medio tempore predicto domino, comiti

Digitized by Google

Adolpho, et suis, qui secum transierint et redierint, nichil sinistri facere aut inferre presumant, presentibus post lapsum dicte diei dominice Judica minime valituris. Datum anno Domini M°C°C°LX octauo, feria quinta post Reminiscere, sub secreto nostro presentibus in premissorum testimonium dorsaliter affixo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 50a.

DCXLVII.

Albrecht und Heinrich, Herzoge von Meklenburg etc., bekennen von den von der Stadt Lübeck vertragsmässig zu Johannis 1369 zu zahlenden 400 m̃ schon 150 m̃ empfangen zu haben. 1368. März 9.

Nos Albertus et Hinricus, eius filius, Dei gracia duces Magnopolenses, comites Zwerinenses, Stargardie et Rozstock domini. Vniuersis et singulis presencia visuris seu percepturis notum esse volumus lympide protestantes litteras per presentes, nos ab honorabilibus viris, proconsulibus, consulibus et vniuersitate ciuitatis Lubicensis, de illis quadringentis marcis lubicensium denariorum, quas ipsi nobis secundum placita inter nos et eos ad quatuor annos ordinata dare tenerentur, de vltimo anno illorum quatuor annorum, videlicet de anno Domini M°C°C°LX nono, in Natiuitate sancti Johannis Baptiste, jam actu subleuasse et bene pro nostra contentatiua voluntate percepisse centum et quinquaginta marcas lubicensium denariorum nobis per ipsos in prompta et numerata pecunia in data presencium solutas et presentatas. Tenentes nos inde bene pagatos et contentos, dimisimus per presentes et dimittimus dictos proconsules, consules ac vniuersitatem Lubicensem pro nobis et nostris heredibus et successoribus de premissis centum et quinquaginta marcis perpetuo liberos, quitos et solutos. In premissorum testimonium duximus sigilla nostra presentibus appendenda. Datum et actum Lubeke, anno Domini M°C°C°LXVIII°, feria quinta post Reminiscere.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Secreten.

Digitized by Google

DCXLVIII.

Der Rath von Lübeck beklagt sich bei dem Papste Urban V. über die von König Waldemar des abgeschlossenen Friedens ungeachtet der Stadt Lübeck und den übrigen Seestädten zugefügten Gewaltthätigkeiten und bittet um dessen Schutz. 1368. März 12.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Vrbano, sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, domino suo graciosissimo, humilimi deuotissimique proconsules, consules, ciues ac vniuersitas ciuitatis Lubicensis inferioris Almanie cum omni deuocione et reuerencia debita deuotissima pedum oscula beatorum. Beatissime[1] pater. Ad aurium vestrarum tynnitum benignissimum, angustijs et doloribus, prochdolor, perplexi, necessitate nos compellente, deducere cogimur querelose, quod, licet huiusmodi dissensionum et gwerrarum disturbia, que nos et cetere ciuitates maritime, nostre vicine et coadiutrices in hac parte, alias in annis et temporibus quibusdam retroactis contra dominum Woldemarum, regem Danorum, ob violenciam et iniuriam grauissimas, quas ipse vna cum suis in hac parte complicibus nobis et nostratibus ac communi mercatori in captiuitatibus, vinculacionibus, incarceracionibus, detalliacionibus, stragibus, homiscidijs et innumeris malis acriter, iniuriose et violenter intulerat, pro nostra et insticie nostre tuicione hostiliter mouebamus, fuissent nuper inter ipsum et suos ac nos et nostrates treugata et pacata, reconciliata et amicabiliter sopita bona, ordinata, integra, firma, racionabili composicione, perpetuo duratura, per ipsum et suos, regni sui episcopos, ducem, milites et consiliarios juratos, nobis et nostratibus vota, sponsa, promissa atque litteris et priuilegijs sub multis libertatibus articulatim positis, nobis et nostratibus eodem jure, quod apud nos hansa Theotonica dicitur, participantibus per ipsum in suis portubus et regno traditis et indultis, sigillata et communita, idem tamen rex eandem composicionem et libertates inibi comprehensas non per sex ebdomadas complete inmiolatas obseruabat. Ipse enim cum suis nos et nostrates ac communem mercatorem contra premissam composicionem, stante pace et securitatis fide, absque vlla diffidacione contra justiciam et racionem dampnificauit ac priuauit corporibus atque rebus, auferens nunc, prout, hev, semper consueuerat nec auferre desinit, ymmo suis vasallis et seruitoribus auferre precipit. naues, merces, res et bona quecunque indifferenter nobis et nostratibus ac communi mercatori,

1) Davor steht am Rande: Reuerendissime.

Digitized by Google

tam in terra quam in mari, nec sue racionis oculus parcit cuiquam, ita quod, sanctissime[1] pater, mercator orientalis, occidentalis, australis et septentrionalis jam boant contra regem tam enormem, principes eciam, duces, comites, terrarum domini, milites, famuli ac sui ipsius vasalli et subditi, quos singulos offendit, querulantur contra eundem. Inhumanitus eciam et inmisericorditer rapuit et indesinenter rapit et suis rapere mandat bona naufraga nostra et nostratum, afflictis addens afflictionem, contra leges et jura, contra proprias suas litteras et promissa, vbi oppositum sigillauit et promisit, que non ad regem, ast ingiter ad pyratas spectare videntur et tyrannos. Propter hec autem et horum similia ipsum crebro et quampluries tam per nostros conconsulares, notarios, nuncios, quam litteras monuimus et ea gracia pacis et spe boni longe diuque sustinuimus, sperantes semper, nobis equitatem pro illata iniuria per ipsum resarciri. Cum ipso eciam multa placita celebrauimus, ad ea per suos episcopos, milites et ambactiatores sepius euocati et inducti, nobis vero ad ea venientibus non aliud quam colorata verba chymere comparabilia occurebat[2] in effectu, sed[3] quod fecimus inutiles expensas et labores, quamuis tamen sibi libentissime omnem reuerenciam et honorem impendissemus, si Dominus sibi gloriam pacifice regnandi nobisque graciam commodo et quiete gaudendi contulisset. Cum igitur, sanctissime pater, difficilimum sit nobis, huiusmodi dampna intollerabilia, enormitates excellentes iniuriamque granissimam prolixius perferre sev sustinere, necessarium fuit, vt ea sanctitati vestre et domino nostro imperatori gloriosissimo, item principibus et dominis et vniuersis bonis hominibus, iusticie dilectoribus et iniurie emulis, insinuaremus querulando. Propter que eciam, si, diuina nobis suffragante gracia et dominorum ac amicorum assistente juuamine, vrgente necessitate, pro nostra et justicie nostre defensione quid contrarij fecerimus, vestra, intime quesumus, veneranda ac metuenda sanctitas non velit pro egro aut indignanter acceptare. Cum enim nos quasi imitantes vestigia nostrorum predecessorum, qui semper tamquam filij obediencie conati sunt sancte sedi Romane omnibus beneplacitis et reuerencijs obedire, vestri et sancte sedis apostolice sinus grex humilis, subditus et deuotus, dignetur vestra sanctitas de nobis sanctam sollicitudinem gerere et curam, nobis super premissis de remedio prouidentes salutari, predictum regem Danorum talem habendo exhortacione efficaci, ut ipse errorem suum et excessus enormes recognoscat,

1) Am Rande steht: reuerendissime. 2) l occurrebant. 3) Im Copiarius steht sz (= set); l sic.

Digitized by Google

ablata restituat, diruta restauret, equitatem pro iniuria refundat et ab enormitatibus suis quiescat, et alia, que pro nostra et nostratum indigencia expedire videritis, in hijs facientes. Pro quibus sanctitati vestre et sancte Romane sedi volumus, prout nichilominus merito et ex debito tenemur, omnibus reuerencijs, obsequijs et obediencijs ad omnia volita et requisita inherencius ac feruencius iugiter subiugari. Sanctam personam vestram Altissimus pro regimine ecclesie sue sancte dignetur conseruare incolumem, felicem et longeuam. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊L̊X octauo, die beati Gregorij pape, nostre vniuersitatis maiori sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius. Fol. 1b.

DCXLIX.

Gleiches Schreiben an den Kaiser Karl IV. 1368. März 12.

(Lautet mutatis mutandis dem Vorigen unter № 648 gleich bis) contulisset. Ceterum censum annuum, quem vobis et imperio soluere tenemur, dicto regi per vos deputatum, de anno nouissime preterito, de annis Domini minoribus LXVII, eidem non soluimus, sed distulimus. Quod indignanter recipere non velitis, tum quia litteras quitanciales, vt juris, racionis et moris est, nobis inde reddere recusauit, tum quia in litteris vestris imperialibus nobis asscriptis exprimitur et mandamur,[1] vt sibi huiusmodi censum vestro et imperij nomine soluamus, si et in quantum nobis contrarius non exstat, tum quia inimicos nostros robustare non esset nobis proficuum, tum quia semper et hactenus de vestre serenitatis gracia habuimus, quod, quicunque dominus censum vestrum sic per vos sibi deputatum leuabat, tenebatur nobis et nostris conburgensibus ac vniuersitati consilijs et proplacitacionibus fideliter assistere et preesse. Iste autem directe facit oppositum, retribuens malum pro bono, nititur vestram ciuitatem Lubicensem, prout manifeste percepimus et in effectu sentimus, a manibus vestris et imperij alienare, laborans non solum ad nostram, verum ad aliarum ciuitatum maritimarum ac communis mercatoris deperdicionem. Huiusmodi igitur dampna intollerabilia, perniciem enormem iniuriamque grauissimam diucius perferre non valentes, nos et alie ciuitates maritime parcium nostrarum vna cum illustribus principibus, dominis Alberto, Zwecie rege, Alberto, duce Magnopolensi, Hinrico et Magno, eius filijs, Hinrico

1) Davor ausgestrichen: cauer-

Digitized by Google

et Nycolao fratribus, comitibus Holtzacie et Stormarie, cum nonnullis eciam militibus et famulis de Jucia, ipsius regis vasallis, item cum ciuitatibus Pruscie, necnon Zelandie, Hollandie et de mari Meridiano, quos omnes idem rex cum suis offendit iniuriose et violenter, quandam contra dictum regem Woldemarum et suos iniuimus confederacionem. Si igitur, diuina permittente gracia et dominorum et amicorum amminiculo, propter tam enormem iniuriam et violenciam pro nostra et iusticie nostre defensione quid fecerimus, vestra, cordintime supplicamus, mansueta serenitas non velit pro egro acceptare. Vtinam, domine graciosissime, esset situs noster vestre celsitudinis sedi adeo propinquus, quod ad tuendum gregem vestrum pusillum sic desolatum possetis nobis viris armatis subuenire, bene quidem exigeret indigencia nostra oportuna. Necessarium eciam bene fuisset, quod propterea pociores nostri consulatus ad aulam vestram imperialem legassemus, sed propter epydimiam et mortalitatem validam, que, heu, isto anno medietatem personarum nostri consulatus et innumerositatem ciuium absorpsit et ob premissa disturbia, quibus inuoluimur, eorum presencia carere non valentes, oportuit nos hoc dominacioni vestre magnifice in litteris reserare, maiestatem vestram excellentissimam presentibus humiliter exorantes, quatenus super nobis, subditis vestris deuotis, intenti et solliciti esse dignemini, et ne lupus gregem vestrum depredetur, nobis super premissis de remedio salubri prouidentes et oportuno, et quod dignemini dirigere litteras vestras principibus nobis vicinis, videlicet dominis Alberto, duci Magnopolensi, Hinrico et Nycolao, comitibus Holtzacie et Stormarie, item Wilhelmo, duci Luneburgensi, Barnym, duci Stetynensi, necnon Wartislao seniori et Wartislao juniori, ducibus Stetyn et Slauie, ipsos exhortando, vt isti, videlicet Magnopolensis et comites Holtzacie, nobis et nostratibus fideliter assistere, et illi nobis fauorabiles domini esse dignentur, nullum aduersus nos et nostrates sepedicto regi Danorum presidium consilij aut auxilij prebendo. Pro quibus volumus celsitudini vestre reuerencijs, subiectionibus et obsequijs, prout merito et ex debito tenemur, ad omnia iugiter obedire. Personam vestram regiam et imperialem ad honorem sacri imperij et pro gubernacione sui populi longeuam et felicem conseruet Rex sempiternus. Datum anno Domini MCCCLXVIII, die beati Gregorij pape, nostre vniuersitatis sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 24b.

Digitized by Google

DCL.

Die Rathmänner von Rostock, Stralsund und Wismar versprechen dem Rathe von Lübeck Ersatz für die auf die Verwaltung und Bewachung der Stadt und des Schlosses Wittenburg zu verwendenden Kosten. 1368. März 14.

Vniuersis et singulis, ad quorum intuitum seu auditum deuenerit presens scriptum, . . proconsules et consules ciuitatum Rozstock, Stralessund et Wismer salutem et omnis boni optatum. Vniuersitatem vestram agnoscere cupimus lympide presentibus profitentes. nos velle honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis nostris diutinis et sinceris, expensas superstites, si quas in gubernacione et custodia opidi et castri Wittenborgh, ipsis et nobis per illustres principes, dominos Albertum, Hinricum et Magnum, eius filios, duces Magnopolenses, nuper obligati, quod ad se suo atque nostro nomine acceptarunt gubernandum. fecerint, extendentes se vltra guldam et redditus eisdem opido et castro adiacentes, secundum contingenciam quemlibet nostrum pro sua parte respicientem reddere et refundere plene et expedite. Quod ipsis promittimus sincerius litteras per presentes, quas pro premissorum maiori euidencia et cancione cerciori fecimus nostrorum appensionibus sigillorum communiri. Actum et datum anno Domini millesimo sexagesimo octauo, feria tercia proxima post dominicam Oculi.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden drei Secreten.

DCLI.

Albrecht, Herzog von Meklenburg etc., verpflichtet sich, am dritten Donnerstage nach nächsten Ostern sich mit dreihundert Rittern und Knechten in Warnemünde bereit zu halten, um bei erstem günstigen Winde in den Oresund abzugehen. 1368. Apr. 3.

Wy Albert, van Godes gnaden hertoghe to Mekelenborch, greue to Zwerin. to Stargarde vnd to Rozstok here. Bekennen vnd betughen openbare in dessem breue, dat wy des Dûnredaghes in den Paschen, de nû neghest kompt, vort ouer verteynnacht scholen vnd willen rede wesen to Warnemonde myt dren hondert riddern vnd knechten van den dusenden, de konigh Albert van Sweden vnd wy voren scholen, als wy vore vorbreuet hebben den rat-

Digitized by Google

mannen der stede Lubeke, Rozstok, Stralessûnt vnd Wysmer, vnd willen dar na myt deme ersten wynde, des wy bruken moghen, vt der Warnowe in den Nôressûnt to seghelde, voren myt den eren in den Nôressônt in de heruart vp vse vnd ere vigende. Vnd wan wy komen sint in den Nôressûnt myt dessen vorbenomeden drenhonderden, so scal desse bref mer machtlos wesen, vnd desse bref scal in den breuen, de wy vore vnderlangh ghegheuen hebben, noch vns noch en nicht schaden. Vnd to tughe desser dingh is vnse inghe-seghel ghehenghet an dessen bref, de ghenen is na Ghodes bort drutteyn-hondert jar in dem achte vnd sosteghesten jare, des Mandaghes in der Stille weken.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

DCLII.

Wilhelm, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, quitirt den Rath von Lübeck über den Empfang von 60 mk. Silber. 1368. Apr. 9.

Wilhelmus. Dei gracia dux de Brunswich et Luneborch. Cupimus fore notum, quod honorabiles et discreti viri, consules Lubicenses, de anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo octauo, in festo Pasche, sexaginta marcas puri argenti nobis integraliter persoluerunt, de quibus predictos consules quitos dimittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DCLIII.

Aufzeichnung über den Verkauf eines Gehölzes, genannt zum Brande, abseiten des Rathmannes Johann Schepenstede an Johann Stuke und Cöneke Zorge. 1368. Apr. 16.

Notandum, quod Johannes Stûke et Conekinus Zorghe emerunt a domino Johanne Schep(enstede) ligna dicta tho dem Brande, prout ipsis ea in eorum distinctionibus demonstrauit, sicut jacent, quibus, sicut in ipsa ventus flat, vti debent ad quinque annos, et eciam in sexto anno, si opus eis fuerit, pro quingentis marcis coniuncta manu sibi inde debitis, persoluendis

Digitized by Google

intra quinque dictos annos, videlicet quolibet anno C marcis, videlicet in proximo Michaeli L marcis et tunc in proximo Pascha L marcis, et sic per ordinem terminorum. Si vero ante consummacionem illorum V annorum dicta ligna secarent, extunc eciam debent sibi dictas Vc. marcas prius et ante persoluere, ita quod ante eorum totalem sectionem sibi sint persolute. Et debet dictus dominus Johannes Schep(enstede) ipsis dicta ligna et eorum vias, paschua, stadia, hoc est hudas et theloneum, cum omni jure et libertate libertare.

Später hinzugefügt: De premissis soluit ei Stûke IIIc. marcas LXX anno, Pasche. Item persoluit IIc. marcas, ita quod adhuc C marce restant persoluende de totali summa. Iste C marce eciam sunt persolute.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches v. J. 1368, Quasimodogeniti.

DCLIV.

Der Ritter Heinrich Buchwald tritt der von den übrigen Angehörigen der Familien Buchwald und Parkentin mit der Stadt Lübeck geschlossenen Sühne bei. 1368. Apr. 19.

Allen den genen, de desse jeghenwordighe scrift seen efte horen lesen, ek Hinrik Bokwolde, anders gheheten vanme Snykrode, ridder, beghere witlik to wesende vnde bekenne openbar mit dessem jeghenwordighen breue, dat ek my mit den erliken mannen, den heren den radmannen, borgheren, deneren vnde gantze menheit der stad tho Lubeke, vmme alle schelunghe vnde twydracht, de twyschen en vnde my ghewesen heft bet an dessen jeghenwordighen dach, vruntliken vorenet vnde vorsûnet hebbe na lude de(r) sûne, de myne vrûnde vnde vedderen, de Bokwoldere vnde Parkentynere, myt en hebben, de van worde tho worde lud aldus: *(Folgt № 327).* Desse vorscreuen sûne anname ek Hinrik van Bucwolde vorbenomet vnde loue den vorbenomeden heren, dem rade, borgheren, deneren vnde menheyt der stad tho Lubeke, in ghuden truwen stede vnde vaste vnde vnghebroken ewichlik tho holdende sunder arghelist, vnde hebbe des tho orkunde myn inghezeghel vor dessen bref ghehenget, de ghegheuen vnde ghescreuen is tho Lubeke, na Gades bort dritteynhundert in deme achte vnde sesteghesten iare, des Middewekens na dem sondaghe, alse men singhet Quasi modo geniti.

In dorso: Composicio domini Hinrici Bokwolde, militis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

DCLV.

Der Rath zu Danzig urkundet über sein gemeinsam mit Thorn zum Behufe der Pfundgeldscheine angefertigtes neues Siegel. 1368. Jun. 16.[1]

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum. Nos cum consilio consulum ‖ Thorun sigillum nouum ad sigillandum cartas pecunie libralis propter magis comodum ‖ nostre ciuitatis vnanimiter duximus faciendum presentibus infra infixum, rogantes, quatinus ‖ ea firma, cum ad vestram presenciam peruenerint, dignemini obseruare. Datum Dantzik, anno Domini MCCCLXVIII, feria sexta post Viti et Modesti.

Consules ciuitatis Dantzik formauerunt hec.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit untergedrücktem neuen Signum und rückwärts aufgedrücktem Secret.

DCLVI.

Magnus Magnusson, Schlosshauptmann in Falsterbode, bezeugt, dass Nicolaus Holzata sein ihm des Krieges halber genommenes Schiff wieder eingelöst habe. 1368. Jun. 17.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus Magnusson, capitaneus castri Falsterbotha, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes, virum discretum Nicholaum Holzata, presencium exhibitorem, a me nauem suam cum bonis vniuersis in ipsa naui existentibus, quam in manifesta et vera discordia inter dominum meum, regem W(oldemarum), et ciuitates existente sumpsi et habui, pro viginti marchis argenti, sabbato, videlicet die beati Botulphi, emisse et redemisse et in suam prouisionem suscepisse. Quod coram omnibus lucide protestor et manifeste. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis virorum discretorum Magni Pætærson de Maklathorp et Thordonis Jønson, proconsulis in Falster(bo)tha, presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCLX octauo, sabbato et die Botulphi.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit anhangenden drei Siegeln.

1) Ueber das Pfundgeld vgl. N 659 und Mantels Ueber den zweiten hanseat. Pfundzoll. Lüb 1861.

Digitized by Google

DCLVII.

Der Rath von Lübeck schreibt dem Herzoge Rudolf von Sachsen, dass er dessen Wunsche, die Lübeckische Reichssteuer zu erheben, gern nachkommen wolle, sobald der Kaiser die Weisung, sie an den König Waldemar von Dänemark zu zahlen, werde zurückgenommen haben. O. J. (1368.) Jun. 25. [1]

Illustri, generoso et magnifico principi ac domino, domino Rudolpho, duci Saxonie, sacri Romani imperij archimarscallo, suo promotori ac fautori speciali et sincero, proconsules et consules ciuitatis Lubicensis promissimam in desiderijs obsequendi ac complacendi venerandique voluntatem. Princeps illustris. Vestre magnificencie litteras super censu annuo, quem sacro Romano imperio annuatim soluere tenemur, vobis per invictissimum principem, dominum nostrum, Karulum imperatorem, deputato et, vt scribitis, assignato, nobis per vos missas reuerenter, prout decuit, recepimus ac intelleximus luculenter, dominacioni vestre presentibus reformantes, vestre satis patere nobilitati, huiusmodi censum domino Woldemaro, Danorum regi, alias per dominum nostrum imperatorem fore deputatum, cui eciam litteras super eo dedit robustas et efficaces per nos visas et auditas, de quibus vobis copiam vnius transscribimus verbatim in hec verba: *(Folgt № 498).* Cum igitur, princeps gloriose, nos tam fortes litteras tantumque mandatum transgredi non deceat, non possumus dictis et notis dictarum vestrarum litterarum nobis super huiusmodi censu imperiali legatarum vobis dando tam simpliciter pro hac vice obtemperare, quod vestra, cordintime quesumus, mansueta dominacio non velit egre acceptare. Cum enim predicte littere et alie dicto regi Danorum super huiusmodi censu percipiendo indulte domino nostro imperatori gloriosissimo representate seu per eundem renocate et penitus annullate fuerint, et nos in hoc bene cauti et preseruati fuerimus, cui tunc maiestati sue placuerit, eidem premissum censum libenti animo et sine quauis contradictione beninole soluemus, restitucione annalium litterarum quitancialium juxta antiquam et diutinam obseruatam consuetudinem nobismet dandarum annuatim nobis salua,

1) Die Jahreszahl ergiebt sich aus der Stellung des Briefes zwischen № 646 und 672, bei welchem letzteren Schreiben die Jahreszahl 1368 am Rande bemerkt ist.

Digitized by Google

extunc eciam huiusmodi censum nulli principi tam libenter dabimus et soluemus, sicut vobis, cum vos pre ceteris nouimus et semper sensimus nobis et nostratibus promotorem graciosissimum specialissimumque fautorem, qui apud aulam imperialis maiestatis nostros nuncios, facta et negocia promouere atque dirigere semper consueuistis, cui non immerito ideo assurgimus ad infinitas [assurgimus] graciarum actiones, cupientes nobilitati vestre in singulis nobis possibilibus efficacius complacere. Altissimus vos conseruet salubriter, incoluminter et longeue. Datum in vigilia Natiuitatis sancti Johannis Baptiste, nostre vniuersitatis minori sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 50a

DCLVIII.

Marquard Berman, Propst in Rehna, bekennt, von den 400 mk, welche der Rath von Lübeck dem Herzog Albrecht von Meklenburg vertragsmässig Johannis 1369 zu zahlen habe, 250 mk Namens des Herzogs empfangen zu haben. 1368. Jun. 24.

Coram vniuersis et singulis presencia visuris seu audituris ego Marquardus Bereman, prepositus in Rene, recognosco publice protestans in hijs scriptis, me nomine, vsu et ex parte illustris principis, domini me(i) Alberti, ducis Magnopolensis, recepisse et percepisse in prompta et numerata pecunia ab honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, ducentas et quinquaginta marcas lubicensium denariorum, quas ipsi vna cum centum et quinquaginta marcis dicto domino, duci Alberto, in proximo festo Natiuitatis Johannis Baptiste, in anno Domini M̂CCĈLXIX venturo, juxta priora placita dare tenerentur, prout ipsi eciam habent super huiusmodi pecunia duplices a domino meo, duce Alberto, litteras quitanciales, dimittens eos inde penitus et omnino quitos et solutos. In quorum testimonium duxi sigillum meum presentibus apponendum. Datum anno Domini M̂CCĈLXoctauo, in Natiuitate sancti Johannis Baptiste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

DCLIX.

harinch, den men schepet vmme lant der den Orssvnd, de is neynes tolnen plichtich, men dat schip, dar men den harinch in schepet, dat ghift tho tolne eluen schillinghe grote vire grote myn, dar mede is de harinch vri. Van eyner last soltes van deme lande twintich penninghe schonesch tho tolne. Een deker ossenhude edder kohude teen schonesche penninghe. Een punt speckes tho tollen teen schonesche penninghe. Eyne tunne kovlessches twe penninghe schonesch. Eyne tunne boteren tho tolne teen schonesch penninghe. Vor eyn leuendich rint, dat men ouer de see voren wil, teen schonesche penninghe. Eyne schimmese twintich schonesche penninghe tho tolne. Een pert tho tolne, dat bouen twintich mark ghecoft is, twe ore; dat pert, dat beneden twintich mark ghecoft is, twe artich. Een stucke wandes van twintich lakenen edder dar bouene schal gheuen tho tolne twe ore. Een stucke wandes beneden twintich lakenen een ore tho tolne. Vortmer alle dudesche koplude, de dar tho Schonore vnde tho Valsterboden eyghene erde hebben, de scholen der bruken vri vnde vnbeworren. Vortmer, were dat yemand storue in deme vorbenomeden rike vnde lande, so mach ere dudesche voghet, edder we de moghenste van en is, des doden mannes ghût antworden den rechten erfnamen, edder, weren dar neyne erfnamen yeghenwardich, so mach he dat voren tho lande vnde antworden dat den, de dar recht tho hebben. Vortmer schal desse bref nicht hinderlik wesen allen eren anderen breuen vnde vriheyt, de se van koninghen hebben, vnde der scholen se bruken, vnde alle desser vorscreuenen vriheyt schal waren tho ewighen tiden. Vnde tho tûghe aller vorscreuenen stucke hebbe wij koninch Albert vorbenomed mit vulbort vser rikes rade vse ingheseghele mit vser nascreuenen raatgheuen ingheseghelen gheheughet an dessen bref. Vortmer wy Karle Olfson van Tuftûm, Tuuo Ghallen, Karle Vlfson van Wulfasum, Anders Jacobsson, Erik Karlson, riddere; Arwider Gustauerson, Hasse Tuvesson vnde Fyniwider Findeson, knapen, betûghen, dat wij oner dessen vorscreuenen deghedinghen sint ghewesen, vnde dat vs desse deghedinghe witlik sint. Vnde des tho tûghe hebbe wij vse ingheseghele mit vses vorbenomeden heren, koninch Albertes, ingheseghele ghehenghet an dessen bref, de gheuen is tho Va(l)sterboden, na Ghodes bort drutteynhundert iare in deme achte vnde sestighesten iare, in sente Jacobs daghe des hilghen apostols.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden neun Siegeln.

Digitized by Google

DCLXIV.

Ritter Heinrich von Scheding[1] *und gesammtes Gefolge quitiren den Rath von Lübeck über empfangenen Sold und Ersatz aller sonstigen aus ihrem der Stadt geleisteten Kriegsdienste erwachsenen Forderungen. 1368. Oct. 3.*[2]

Nos Hinricus de Schedinghe, miles; Thidericus de Rôde, Daam de Wesselen, Johannes de Hûlsen, Engebertus de Loon, Hinricus de Rechchede, Johannes de Albertynchusen, Johannes de Heyen, Hinricus et Euerhardus fratres dicti van der Leytene, Conradus et Godehardus dicti de Rûden, Hey[n]denricus de Scharpenbergh, Ludekinus de Andoppen, Rabodo de Beek, Johannes Wetynghdorp, Ernestus de Kallendorpe, Godehardus de Cubbenrôde, Hartmannus de Brylen, Vlricus de Gheseke, Ludekinus Holthoye, Engelbertus Vyncke, Lambertus de Berembeke, Hinricus Blanckensteen, Reynekinus de Scheuen, Engelbertus de Asselen, Johannes de Vytinchoue et Hermannus de Beyginchone, famuli. Recognoscimus publice protestantes in hijs scriptis, nobis et cuilibet nostrum comitiue nostre per honorabiles viros, dominos consules ciuitatis Lubicensis, pro seruicio nostro, quod eis in gwerris eorum impendimus, super stipendio nostro et de omni alio, in quo nobis tenebantur, fore totaliter satisfactum. Tenentes nos bene pagatos et contentos, dimisimus ac presentibus dimittimus ipsos et eorum ciues, familiares ac vniuersita-

---

1) Ein auf der Trese bewahrtes Verzeichniss führt die Söldner nach den drei Lübeckischen Kriegshauptleuten des Jahres 1368 (Sartorius II. S. 619 fg.) auf. Nach ihr gehören zur Genossenschaft *(societas)* des Bruno Warendorp, welcher selbst mit 5 Bewaffneten erscheint *(qui est met sextus)*: Ritter Heinrich von Scheding mit 28 Waffnern *(est met viccsimus nonus)* und 40 Knechten *(servi)*; Eler Ranzau mit 6 Waffnern *(habet VI armigeros)* und 9 Knechten *(famuli)*; Brokhof mit 1 Waffner *(est met secundus)* und 3 Knechten; Heinr. von Offenbusen mit 2 Knechten; Tyleman Constantin, Peter und Heinr. Clingenberg, Waffner. Zur Genossenschaft des Gerh. von Attendorn *(met VIus armatus)* gehört Lubbert von Arnholt mit 31 Waffnern und 30 Knechten. Zur Genossenschaft des Joh. Scheyenstede *(qui est met VIIIus armatus)*: Hermann von Hörde *(Vgl. № 667)* mit 14 Waffnern und . . . Knechten; Eberh. Stenbek (von welchem Soldquitungen von 1369—70 unten folgen) mit 3 Waffnern und 5 Knechten; Arnold von Laathusen mit 24 Waffnern und 20, die für 10 gerechnet werden (*et XX computati pro X armigeris*), und 33 Knechten. — Ein zweites Verzeichniss der Söldner (*stipendiarii*) enthält ausser mehreren der Obigen noch: Rabodo Wale, habet XXIIII armigeros et alios XXIIII; Joh. vanme Hagbene IIII armig.; Lamb Bokwolde X armig.; Ludeus Rantzowe VI armig. (vielleicht derselbe mit Eler Ransau, welcher hier fehlt); Helr. Wesenbergh V armig.

2) Gleiches bescheinigen:

18. Oct. (Luce): 1. Helricus Wesenbergh, fam., pro me et quolibet de comitiua mea, vid. tribus armigeris, me inter alios computando, et duob. sagittariis. (Siegel ein anderes, als an № 424 A. 1 sub 2.)

19. Oct. (erast. Luce): 2. Joh. Brückhof et Joh. Zegbelhorst, fam. (zwei Siegel) 3. Fred. de Verne, Flore de Zassendorpe, Wilh. de Nattele, Ellegrus de Driborgh, Ghodsch. Hottorpe, Hinr. de Rameshusen, Thom. de Smerleke, Conr. de Padelborne, fam. (acht Siegel).

Digitized by Google

tem ciuium Lubicensium de premissis seruicio et stipendio ac de quolibet emergenti seu incidenti necnon de singulis alijs causis perpetuo quitos et solutos, ita quod nec per nos ipsos nec per seruitores nostros debeat eos subsequi aliqua iterata monicio quomodolibet in futurum occasione premissorum. Sumus enim integro fine ab ipsis separati, referentes eorum honestati multiformes graciarum actiones. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus ex certa nostra sciencia sunt annexa. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̂CCĈLX octauo, in profesto beati Francisci confessoris.

Nach dem Originale auf der Tresse, mit 28 anhangenden Siegeln, von welchen die des Ritter Heinr. von Scheding und des Gotthard von Cubbenrode (№ 1 u. 15) vom Bande abgesprungen sind.

DCLXV.

Gertrud, Priorin, und gesammter Convent des Klosters in Eldena, geben dem Lübecker Rathmanne Johann Lange und allen Uebrigen, die zu einem Geschenke von 20 m̃ zur Reparatur des Daches des Klosters beigetragen haben, Antheil an allen im Kloster geschehenden guten Werken. 1368. Octbr. 10.

Vniuersis et singulis, quorum interest, et specialiter vobis, honorabili viro, domino Johanni Langhen, consuli ciuitatis Lubeke, liqueat tenore presencium, ‖ quod nos Ghertrudis, priorissa, totusque conuentus monasterii in Eldena Razeburgensis dyocesis, ordinis sancti Benedicti, publice recognoscimus‖ lucide protestantes, quod ille viginti marce lubicensium denariorum ad reparacionem tectorum nostri monasterii ex caritatiua assignacione ob spem ‖ diuine retribucionis nobis legate et expedite persolute sunt in precium laborancium integraliter et multo amplius exposite. Pro quibus vos, honorabilem virum, dominum Johannem Langhen, necnon omnes et singulos, quorum elemosine sunt et fuerunt, presentibus reddimus participes omnium oracionum, vigiliarum, castigacionum, missarum et generaliter omnium bonorum operum, que per nos die noctuque pro viuis fiunt et defunctis. In quorum omnium et singulorum euidencius testimonium sigillum nostri conuentus presentibus tergotenus est inpressum. Datum Eldena, anno Domini M̂CCĈLXVIII̊, in die Gereonis et sociorum eius, martirum gloriosorum.

Nach dem Originale auf Papier auf der Tresse, mit aufgedrücktem Siegel, von dem nur die Umschrift grösstentheils, vom Bilde wenig erhalten ist.

Digitized by Google

DCLXVI.

Der Knappe Dose Godendorp verkauft den Grafen Heinrich und Nicolaus von Holstein seinen Erb- und Pfandbesitz in Curau und das halbe Dorf Krumbek. 1368. Oct. 16.[1]

Ik Doze Godendorp, knape. Bekenne vnde betughe openbare an dessen breue, dat ik vnde myne rechten ‖ eruen mid willen vnde wlhord hebben vorkoft vnde vpghelaten den edelen heren, Hinrike vnde Clawes ‖ brodere, greuen to Holstten vnde to Stormeren, vnde eren rechten eruen dat gud to Korouwe, also sosteyn ‖ mark gheldes to erue kope an deme gude vnde veer mark gheldes to enem pande, desse veer mark moghen myne vedderen losen vor vertich mark, oft se willen, lubescher pennynghe, dyt gut heft Radeke Douendeghe haat to enem pande; vortmer dat halue dorp to Krumbeke, also dat bynnen siner veltschede beleghen is, mid al sineme belaghe, alse dat de van Godendorpe gy vrygest hadden vnde besethen, myd aller rechtiheyt, vryheit, nvt, erue vnde leen, ewichliken to besittene vnde to hebbende vor en erue, sunder ienegherleyghe weddersprake vnde besperinghe, dyt gud to warende vnde to vryende den vorsprokenen heren, also in deme lande en recht ys Dat loue ik mid mynen medeloueren, also Hinrik Rixstorpen, Hinrik Blokke vnde Eler Kalen, entruwen den vorscreuenen heren stede vnde vast to holdene svnder ienegherleyghe arghelyst. To welker bekantenisse vnde betughinghe myn inghezegel mid myner medelouere inghezeghele(n) is ghehanghen vor dessen breef, de ghegheuen vnde screuen is na Godes bort drutteyn hvndert jaar in dem acht vnde sosteghesten iare, an svntte Gallen daghe.

Nach dem im K. Geh.-Archive zu Kopenhagen bewahrten Originale mit anhangenden drei Siegeln, vom vierten (des Eler Kale) ist nur das Band vorhanden.

---

1) Angeführt in Niederstedt's Repertorium der Gottorper Documente (Falck's Sammlungen III S. 302).

Digitized by Google

DCLXVII.

Soldquitung des Knappen Hermann von Hörde, als Hauptmanns einer Compagnie, für sich, Hermann Anruchte, Johann von Heperen und übrige Genossen. 1368. Nov. 8.

Ego Hermannus de Hoerde, famulus, capitaneus in hac parte. Protestor publice ‖ recognoscens in hiis scriptis, michi et Hermanno Anruchten necnon Johanni van Heperen ‖ pro seruicio nostro, quod dominis consulibus et ciuitati Lubicensi exhibuimus, pro dampnis, expensis, diuisione spoliorum, que butinghe dicitur, necnon vniuersaliter pro omnibus nobis debitis per honorabiles viros, dominos consules dicte ciuitatis Lubicensis supratactos, esse plenarie et sufficienter satisfactum, tenentes nos contentos et bene pagatos de nostro stipendio et omnibus supratactis. Recognosco eciam ego Hermannus de Hoerde supradictus, quod de bona voluntate mea et beneplacito meo est, quod aliis omnibus de comitiua mea iam per eosdem consules Lubicenses similiter est super stipendio et omnibus aliis eis debitis plene satisfactum, regracians eorum honestati. Promisi eciam et presentibus promitto dictis consulibus, eorum ciuibus, familiaribus et omnibus, quorum interest seu intererit, quod ipsis nec per me nec per aliquem de dicta comitiua mea. amicos eciam et seruitores pro premissis aliqua monicio quouis modo subsequetur, sed ab omni impeticione quiti perpetuo erunt et soluti. In cuius rei testimonium sigillum meum cum plena voluntate mea et certa sciencia presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊LXVIII̊, in octaua Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem runden Siegel, welches einen aufgerichteten Löwen zeigt.

DCLXVIII.

Inscription über die Erbfolge in einen in der Stadt Lübeck belegenen Hof und die dazu gehörigen Ländereien vor dem Mühlenthore. 1368. Nov. 11.

Notum sit, quod ad Johannem Thisenhusen per uxorem suam Mechtildem, domini Thidemanni de Warendorpe filiam, deuoluta est hereditarie medietas curie et domorum, videlicet domus et curie inhabitacionis et curie

Digitized by Google

agricultorie, et omnium agrorum ad dictam curiam spectancium extra valuam molendinorum iacencium, et specialiter tres domus et omnes bode in platea textorum site, ad dictam curiam inhabitacionis adiacentes integraliter. Que sibi tali iure iussit consilium sic asscribi ex obitu dicti domini Thidemanni et vxoris sue deuoluta, saluo vxori sue Mechtildi specialiter iure suo, vt scriptum est supra anno LXVI, Marci.

Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1368, Martini.

DCLXIX.

Soldquitung des Ywan Rasdorf. 1368. Nov. 12. [1]

Witlich sy al den, de dessen brif seen of horen lesen, dat ik Ywan Rasdorp bekenne openbar | in dessen breue, dat ik hebbe vpghebort XV marc lubesch van mynen solte van hern Brûne Warendorpe, deme borghermeyster. Vnde dat gelt hebbe ik vntphanghen sodder der tyt, dat ik | to lande quam. Vnde scal des wis wesen, dat ik edder myne erfnamen ene dar nümmermer vmme manen wille edder dar vp saken. An orkvnde desser ding so henghe ik myn ingheseghel vor dessen brif, an den iare Godis M̂C̊C̊C̊ vnde LXVIII. iare, des neghesten Svndaghes nach sente Mertens dach, to Lubeke an der stat.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel

DCLXX.

Der Knappe Emeke Hake bekennt sich dem Lübecker Detlev Broge für 110 m̄ lüb. Pf. schuldig auf nächsten Martini zurückzubezahlen. 1368. Dec. 12. [2]

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, ego Emekinus Hake, armiger, cupio fore notum | per presentes publice protestando, me et meos veros heredes teneri ex iusto debito prestita | fide discreto viro Detleuo

1) Auf der Trese befinden sich noch zwei Soldquitungen dieses Jahres, beide mit anhangendem Siegel, ausgestellt: **1.** Dec. 15. (fer. 6. p. Lucie) vom Knappen Lüder Langelow; **2.** Dec. 20. (Vig. Thom.), vom Knappen Marq. Ratlow über 30 ℔.

2) Derselbe bekennt laut einer in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-S. II, 411 abgedruckten, gleichfalls auf der Trese bewahrten, mit seinem und seiner Mitbürgen, R. Tymmo Marute, R. Heinr. v. Buchwald und des Knappen Otto Wensin des Aeltern, anhangenden Siegeln versehenen Verschreibung vom 1. Sept. 1368, von Detlev Broge 200 ℔ lüb. Pf. empfangen zu haben.

Digitized by Google

Brogen, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus in centum marcis ℔ et decem marcis lubicensium denariorum proximo festo sancti Martini sine dilacione longiori et absque vllo impedimento intra ciuitatem Lubeke cum parata pecunia vel cum tantis pigneribus prosecutis, de quibus suam pecuniam recipere valeat expedite, integraliter persoluendis, fraude et dolo necnon auxilio alicuius racionis preexclusis penitus in premissis. Super hiis sic firmiter seruandis vna·mecum insolidum coniuncta manu dataque fide compromiserunt honesti viri Volquinus Partzowe, alias dictus Oldeweynighe, Hartwicus Brokdorp et Detleuus de Bockwolde, alias dictus Snore, famuli, in omnibus condicionibus prenarratis. Ceterum profitemur, nos promisisse Elero Rantzowe et Nicolao Aluerstorp ad fideles manus dicti Detleui Brogen suorumque heredum iustorum. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis meorum compromissorum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊CLXVIII, in profesto beate Lucie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden vier Siegeln.

DCLXXI.

Gemeinsamer Beschluss der Städte Lübeck, Hamburg, Rostock, Stralsund, Wismar, Greifswalde und Stettin über das Giessen der Grapen. 1368.[1]

[Vnde] In dem iare Godes M̊CC̊CLX̊VIII sint de vorbenomeden stede (Lubeke, Hamborch, Rozstock, Stralessund, Wysmer, Gripeswold vnde Stetyn) ouer eyn geworden, dat men de gropen ok wol gheten mach van gudeme hardem lödighem koppere; dar mach men to don olde spize, alse half eynen vnde half andere, also dat des olden also vele mach wesen, alse des nygen. Dar mût men to don bly also vele, alse dar to behof is, vnde des en mach dar io nicht af wesen: aldus mach men de gropen ok wol gheten also lange, bet de vorbenomeden stede anders wes to rade werden.

Nach dem einem hamburgischen Codex von ca. 1375 entnommenen Abdrucke bei Sartorius II. S. 431. 2.

1) Vgl. *M* 193.

Digitized by Google

DCLXXII.

Der Rath von Lübeck meldet dem Burggrafen Johann von Stromberg, dass er sich nie geweigert habe, dem Cölner Bürger Heinrich Bischof in seinem Streite gegen den Lübecker Bürger Johann Gronre nach Lübischem Rechtsbrauche Recht zu sprechen, und ersucht zugleich den Burggrafen, Heinrich Bischof von allen Gewaltthätigkeiten gegen Lübecker abzumahnen. 1368.[1]

Nobili et generoso domino, domino Johanni, borghgrauio de Stromberghe, fautori suo presincero, proconsules et consules ciuitatis Lubicensis cum omni reuerencia paratam in singulis obsequendi complacendique voluntatem. Recepimus honorifice litteras vestre dominacionis continentes, quomodo Hinricus Bischop, ciuis Coloniensis, vobis conquestus sit, quod ei non possit iusticia obuiare super Johanne Gronre, nostro conciue, super debitis, in quibus, vt asserit, sibi obligatur, et quod huiusmodi debita non valeat probare, nisi per aliquos nostros consulares. Super quibus duximus nobilitati vestre presentibus rescribendum, quod nos in ciuitate nostra quoddam habemus jus municipale, quo non solum nos et nostrates vtimur, verum eciam quamplures ciuitatenses et alij homines vtuntur, quod ipsis et singulis id requirentibus beniuole impartimur, nemini denegantes. Quod eciam jus nostre ciuitatis dicto Hinrico Bischop, cum contra dictum Johannem Gronre nuper querelas coram nobis mouisset, manifeste prebuimus nec vnquam hoc ei negauimus, licet hoc tamen recipere minime curauit, quamuis tamen in eodem jure nostro ciuitates et alij boni homines bene contentantur. In hoc eciam, quod dicit, quod nullus aliquem possit contractum probare, nisi per aliquos de consilio nostro, dicit minus recte, nec sibi in hoc credere velitis, cum singuli boni viri possint in jure nostro suo modo, videlicet juxta qualitatem et modum juris et exigenciam rei, bene testari et aliquid probare. Cum igitur sibi nunquam jus nostrum negauimus, sed proni fuimus, sicut adhuc parati sumus, si et quando requisiti fuerimus, sibi hoc beniuole impartiri, rogamus dominacionem vestram quam attente, quatinus eundem Hinricum informare curetis in effectu, vt vltra premissa nos non molestet aut grauet, sed dimittat nos et

1) Anno LXVIII. steht am Rande der Urkunde, und vor dem Schreiben folgende Worte: Sequitur copia littere misse borchgrauio de Stromberghe, de qua eciam materia grani in simili tenore misse sunt alie littere consulibus in Colonia, item domino Hunoldo juniori de Pletteubracht, militi, item Johanni, prefecto maioris castri Patbergh, et Hinrico Wend, famulis. — Vgl. № 676 fg.

Digitized by Google

nostrates pacificos et quietos. Vos eciam, prout esse consweuistis, dignemini (noster) ac nostratum persistere fautor efficax promotorque graciosus, prout de vestra benigna confisi sumus nobilitate, cupientes ideo dominacioni vestre in singulis nobis possibilibus ad amplius effectiue complacere. Dominus vos preseruet nobis precipientes confidenter. Datum nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 50b.

DCLXXIII.

Mirislawa, Gräfin von Holstein, verwendet sich bei dem Rathe von Lübeck für ihren daselbst in Folge eines von ihr erlassenen Verbotes der Hühner- und Eier-Ausfuhr angehaltenen Unterthanen Jacob Korner. O. J. (1359—68) [1]

Nos Mirizslaua, Dei gracia comitissa Holsacie.

Salutacione fauorabili omni cum dilectione penitus prenarrata. Witlich zy iu, dat wy boden hadden, dat dar nummen hŏner edder eyger vt vnseme lande voren scholde. Des weren dar sulcke, de des bodes nicht en achteden vnde vorden dar bouen vt deme lande, wesse tŏrade worden. Do vns dat tu weten wart, do lete we se hynderen vnde leten em de eyger nemen. Dar na quam vnser borgher en in iuue stat, dede heten ys Jacob Korner, vnde ys vmme de suluen sake hynderet. Hyr vmme bidde wy iu, dat gy so wol dûn vnde berechten den gennen, de ene hynderet heft, dat he nicht vorvnrechtet werde, wente he nenerleyge schult en heft, men wes hyr ane schen ys, dat hebben vnse dener dan na husem hetén. Tû ener waren betûghinghe zo hebbe we vnse hinghesegel tû rugke vp dessen bref ghekleuet. Valete in Dei genitricem.

In dorso: Honorabilibus viris ac discretis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, hec littera presentetur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit rückwärts aufgedrücktem Secret.

---

1) Gräfin Mirislawa, Gemahlin des Grafen Johann III, hatte als Leibgeding Plön und Oldenburg erhalten Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-S. II., 179. Oldenburg besass sie noch 1368. Ebd. 408. Also würde die Urkunde zwischen 1359, als dem Todesjahre des Gr. Johann III, und mindestens 1368 zu setzen sein.

Digitized by Google

DCLXXIV.

Miroslawa, Gräfin von Holstein, ersucht den Rath von Lübeck, seinen Bürger Otto von Retem zur Bezahlung von ihr gekaufter fünf Drömt Gerste anzuhalten. O. J. (1359—68.)[1]

Salutacione amicabili premissa. Weten schole gy erlyken heren van Lûbeke, ‖ dat we leten vorkôpen jvem borghere Otten van Retem ‖ vyf drômet ghersten, vnde der vns nycht betalen wyl. ‖ Hyr vmme bydde we yv, dat gy en des berechten, dat he vns vze ghelt gheue. Were dat he des nycht en dede, zo wyl we yt maken, wo we moghen, dat we em dat ghelt af manen. Valete in Christo.

Nos Myricsclauica, Dei gracia comitissa Holtzacie.

In dorso: Honorabilibus viris ac discretis, dominis proconsulibus et consulibus Lubicensibus, detur.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese, mit Resten des aufgedrückten Siegels.

DCLXXV.

Bericht über den durch den Brand einer von Peter Voge geführten Kogge verursachten Schaden. O. J. (1368—69.)[2]

Also de kogghe brant wart, den Peter Voghe vorde to ‖ Konegallen, dar was mede Goswin Ludekenssone, borgermester ‖ to Campen, dar was her Euert Vos, dar was Wolter Wolterssone, ‖ de was en hoñetman, mede Brant vnde Ryken, Bûdel vnde Johan Smolt vnde Amolt. Do Peter Voghe seghede, de kogghe were van Lubeke, dat do Johan Smolt zeghede, de kogghe scholde bernen. Vnde hadde he kostet int Swen L punt grote. Vnde de vrucht was also gût, dar de kogghe mede vruchtet was, alse XXX punt grote. Des is dar inne vorbrant: IIł last botteren, de to den koghen horde, vnde II tunnen talghes vnde alsulke vitalie, alse en koghe plecht tô hebbende. Vortmer so

1) Vgl. .M 673.

2) Einem Peter Vöge wurde 1367 vom Könige Hako von Norwegen ein Schiff mit 49 Last Bier genommen. Sartorius II. S. 687. Von den Obengenannten kommen Berth. Nyenborch 1366—85, Ludeke Wilstede 1365—88, Hinze von Stade 1354—80 im Ober-Stadtbuche vor. Goswin Ludekenson und Diedrich Brand von Campen werden 1368—70 genannt. Sartorius II. S. 621. 57. 61. 63. 69. 75. 99. Ein Rathmann Richard Rike von Reval ebd. S. 621 630. Einer Fehde mit Campenern geschieht ebd. S. 697 Erwähnnng.

Digitized by Google

hadde ik Bertolt Nyenborch dar inne I last botteren. Vortmer Ludeke Wilstede ½ last botteren. Vortmer Hinse van Staden ½ last botteren. Ok hadde Ludeke Wilstede dar an I pert. dat wart dar na vorderfüet. Dat dede de schiphere, de na den koghen ret in Prûcen, vnde dat pert hadde kostet X marc. lub. Vnde de schiphere de vorterede V marc., do de heren to zamende weren in Prûcen na den koghen.

Nach einer gleichzeitigen Aufzeichnung, auf der Treve.

DCLXXVI.

Der Rath von Lübeck meldet dem Grafen Engelbert von der Mark seine volle Bereitwilligkeit, dem Cölner Bürger Heinrich Bischof in dessen Streit gegen den Lübecker Bürger Johann Gronre Recht zu sprechen, und ersucht ihn, dahin zu wirken, dass Heinrich Bischof sich dem Lübeckischen Recht unterwerfe und von allen Gewaltthätigkeiten gegen Lübecker abstehe. 1369. Jan. 6. [1]

Spectabili et altegenito domino, domino Enghelberto, comiti de Marka, fautori suo singulari et sincere dilecto, consules ciuitatis Lubicensis pronam iugiter obsequii, reuerencie ac beneplaciti voluntatem. Generose domine. Quia super litteris vestris nuper pro Hinrico Biscop, ciue Coloniensi, nobis legatis vobis responsum nostrum per nuncium vestrum remandare nequiebamus, alijs protunc arduis negocijs inbrigati, duximus ut nunc super eisdem vestris litteris responsum nostrum per proprium nostrum nuncium per presentes reformandum hoc modo, dictum Hinricum Bisschop in hoc, quod conqueritur et dicit, sibi a nobis irrogari iniuriam et dilacionem iusticie ac impedicionem solucionis suorum debitorum, conqueri et dicere non recte, cui eciam in hoc credere non velitis. Nos enim habemus jus municipale, quo non solum nos et nostrates vtimur, verum eciam quamplures ciuitates et alij boni homines priuilegio et auctoritate imperiali vtuntur, quod vtique nemini negare solemus, ast vnicuique id poscenti beniuole impartimur. Illud eciam jus dicto Hinrico Bisschop sepius exhibuimus, et cum nuper constitutus in Lubeke querularetur contra Johannem Gronre, nostrum conciuem, sistebamus eum sibi juri et

1) Am Rande steht anno LXIX., und über dem Briefe: Sequitur copia litterarum missarum comiti de Marka, item domino Adolpho de Marka, domino Wilhelmo de Guylche, comiti de Monte et Ratensberg, domino Goswino de Treuele et domino de Dollendorp, nec non domino Engelberto Zobben, militi. — Vgl. № 672.

Digitized by Google

audiuimus vtriusque partis querelas et responsa. Super quibus cum postea sentencias nostras ferre deberemus, dictus Hinricus abijt et recessit, jus et judicium nostrum refutans, quamuis tamen ciuitates et alij boni homines in jure nostro bene stent contenti. Cum igitur sibi nunquam iusticiam negauerimus, sed semper proni et parati fuerimus, sicut adhuc sumus, sibi jus nostrum beniuole impartiri; quociens et quandocunque requisiti, rogamus dominacionem vestram presentibus perobnixe, quatinus predictum Hinricum Bisschop talem efficaciter habere dignemini, vt in jure nostro contentetur, quomodo alij boni homines coram nobis causantes in eo contentantur. A quo eciam nulli principes, domini, ciuitates aut alij nos nisi sunt auellere nec quomodolibet vltra hoc angariare. Dignemini ergo ipsum et dominos ac alios, qui pro parte sua diffidarunt, licet iniuste, sic informare, vt nos et nostrates vltra premissa non grauent nec aliqualiter molestent, sed dimittant pacificos et quietos. Et vos precipue, qui nos (et) nostros semper promouere consueuistis, noster et nostratum graciosus dominus et fautor benignus esse et persistere curetis in effectu, prout vtique de singulari vestra gracia, quam ad nos geritis, vt speramus, plene confisi sumus, volentes ideo dominacioni vestre ad queuis volita iugiter inherencius complacere, petentes inde vestrum nobis per presentem nuncium reformari responsum graciosum. Omnipotens vos perhennet fideliter et longeue, nobis in omnibus precipientes confidenter. Datum in Epyphania Domini, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius. Fol. 51.

DCLXXVII.

Der Rath von Lübeck beschwert sich bei dem Rathe von Cöln über den Cölner Bürger Heinrich Bischof, welcher dem Rechtsspruche des Rathes von Lübeck nicht habe Folge leisten wollen. O. J. (1369.) Jan. 6.[1]

Alloquio sinceritatis cum desiderio sospitatis ac omnis boni iugiter exintimis preoptato. Amici karissimi. Cum super litteris vestris pro Hinrico Bisschop, ciue vestro, nobis vltimo directis nequiuerimus, prout tunc vobis litteratorie declarabamus, responsum nostrum expeditum per vestrum nuncium sagacitati vestre reformare, duximus vt nunc huiusmodi responsum nostrum

1) Vgl. № 676

super eisdem litteris vestris per nuncium nostrum presentibus rescribendum hoc modo, quod, cum alias Hinricus Bisschop, vester conciuis, apud nos Lubeke constitutus querimonias contra Johannem Gronre, ciuem nostrum, moueret, nos eundem Johannem, ciuem nostrum, eidem vestro ciui juri sistebamus et pro tribunali sedentes audiebamus hincinde actionum querelas et responsa. Postea vero, cum super hijs sentencias nostras ferri fuisset oportunum, dictus Hinricus, vester conciuis, quasi jus et iudicium nostrum refutans resilijt et recessit causa huiusmodi manente indiscussa, quamuis tamen multe et quamplures ciuitates et alij boni homines imperiali priuilegio et auctoritate jus nostrum querunt et eo nobiscum participantes in ipso merito contentantur. Quod licet ipse aspernatus fuerit, vnum tamen ex superhabundanti, et non ex debito, ymmo solo vestri amoris intuitu, ad hoc addidimus in hoc, quod recedente Hinrico, ciue vestro, Johannem, ciuem nostrum, protunc omnino inprouisum et inopinatum, vna dierum per nonnullos nostros consulares specialiter ad hoc deputatos super causa illa diligenter et funditus examinari fecimus, qui in veritate non aliud experiri poterant, quam quod ipse magnis pluribusque debitis sit obligatus. Quare sic ab eo fideiussoriam caucionem de non recedendo recepimus, ita quod eum oporteat dicto Hinrico, vestro ciui, si et quando ipsum per se uel per aliquem procuratorem super aliquo incusare decreuerit, respondere et facere, quidquid dictauerit nostri juris ordo. Cum igitur, karissimi amici, sepedicto Hinrico, vestro conciui, nunquam justiciam negauerimus, sed semper proni fuerimus, prout adhuc sumus, sibi, sicud vnicuique illud poscenti, jus nostrum beniuole impartiri requisiti, duximus honorificencie vestre circumspecte presentibus deuotissime supplicandum, quatinus, hec intra vosipsos voluentes, vnum precipue pre oculis habentes, quod est, si aliquos contingeret ciues vestros pro aliquo incusare vobiscum, quod illos vtique oporteret, sicuti credimus, in vestri juris dictamine merito contentari, non velitis ergo nos vltra hoc aggrauare, ast ciuem vestrum efficaciter inducere, vt in nostro jure contentetur, quomodo ciues nostros incusantes vestrates coram vobis in vestro jure contentari oportet. Nulli enim principes, terrarum domini, ciuitatenses aut alij quicunque nos ab huiusmodi nostri juris et consuetudinis obseruancia vnquam nisi sunt euellere aut vltra hoc quomodolibet angariare. Dignemini ergo dictum Hinricum Bisschop, conciuem vestrum, seriose compescere hocque vna cum eo apud dominos et alios, qui sua pro parte nos diffidarunt, licet minus iuste, disponere effectiue, vt nos et nostrates vltra premissa non grauent nec molestent, ast dimittant

Digitized by Google

pacificos et quietos, vos quoque vna cum ipsis nostri et nostratum promotores et benigni fautores, quemadmodum fore consueuistis, persistere curetis, sicuti de vestra honestate industriosa et amicicia plene confisi sumus singulari, petentes vestrum benignum et amicum responsum nobis inde reformari nuncium per presentem. Dominus vos conseruet incolumes, salubres et longeuos. Datum in Epyphania Domini, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 76b.

DCLXXVIII.

Magnus, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, zeigt dem Rathe von Lübeck an, dass der dänische Reichsrath und Adel die Vermittelung des Herzogs Erich von Sachsen im obwaltenden Kriege angerufen habe, und bittet, dieselbe nicht abzulehnen. O. J. (1369.) Jan. 27.[1]

Mangnus, Dei gracia dux in Brunswich et Luneborch.

Vnsen fruntliken grot to voren. We biddet ju to wetene, dat des rikes rad | vnde man to Dannemarken ere warhaftighen boden by vnseme ome, hertheghen | Erike van Sassen, ghehad hebbet vnde hebbet ene vlitliken bidden laten, dat | he sik erer wille vnderwinden vnde vordeghedinghen se, alze se syneme vadere beualen weren, vnde he erer mechtich wesen sculle vnde des rikes to like vnde to rechte. Des heft he sik anghenomen vnde hopen, dat he ju vnde anderen heren vnde alle den steden, de in der veyde yeghen dat ryke to Dannemarken begrepen sint, wille lik vor vngelik helpen, vnde biddet ju, dat gy dat nicht vorlegghen vnde dat rike to Dannemarken dar enbouen nicht vorvnrechten. Dat wille we gherne vorschülden. Datum Luneborch, sabbato die post Pauli, nostro sub secreto.

Des bidde we juwe antwerde.

In dorso: Honorabilibus ac circumspectis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis nobis dilectis, detur.

Nach dem Originale auf Papier auf der Trese, mit schwachen Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

1) Sartorius II. S. 658. Vgl. Ebd. S. 603 und Fock Rügensch-Pomm. Geschichten III. S. 187 fg. Anm.

Digitized by Google

DCLXXIX.

Der Rath von Lübeck schliesst einen Contract mit dem Knappen Otto von Ploen über zu leistende Kriegsdienste. 1369. März 1.[1]

Sciendum, quod inter dominos consules ciuitatis Lubicensis, ex vna parte, et Ottonem ‖ de Plone, famulum. parte ex altera, taliter est concordatum, quod dictus Otto seruiet ‖ predictis dominis consulibus et ciuitati Lubicensi in eorum gwerris cum quatuor bene ‖ expeditis armigeris se ipsum connumerando et vno bono sagittario. Quorum cuilibet armigero pretacti consules dabunt infra hinc et festum beati Michaelis proxime futurum decem marcas puri, quamlibet marcam puri pro tribus marcis lubicensibus computando, et illi sagittario quinque marcas puri sub eadem forma, ita vt vnus sagittarius pro dimidio armigero in omnibus computetur, et cum hoc ipsis facient omnia, que fuerint juris militaris. Si eciam eueniret, quod pretacte gwerre infra hinc et festum Natiuitatis beati Johannis proxime futurum per trengas aut composicionem interciperentur, tunc sepedicti domini consules prenominato Ottoni et suis complicibus non deberent vltra medietatem huius stipendij, videlicet pro rata temporis vnius quartalis anni, aliquatenus obligari. Et si contingeret, sepetactum Ottonem vltra pretactum festum beati Michaelis cum sua comitiua in sepedictorum dominorum consulum seruicio ad octo dies aut quindenam uel circa perseuerare propter contrarietatem venti aut specialem indigenciam siue eciam quamcumque necessitatem, pro illo residuo, quod hoc modo facient, ipsi domini consules sibi et suis in nichilo debent obligari. Preterea condicionatum est, quod, si sepenominatus Otto aut aliquis de suis aliquam reysam faceret sine consensu capitaneorum consulum predictorum, vnde dampnificarentur, pro huiusmodi dampno sepedicti domini consules nemini debebunt respondere. Actum Lubeke, anno Domini MCCĈLXIX̆, feria quinta ante dominicam, qua cantatur Oculi.

Litterae memoriales auf der Registratur.

---

1) Derselbe erklärt in einer auf der Trese bewahrten, mit anhangendem Siegel versehenen Quitung vom gleichen Tage (fer. 5. a. Dom Oculi), für sich und seine Gefolgschaft 45 ℔ Lüb Pf. voraus bezahlt erhalten zu haben. Desgleichen quitirt in einer ebenfalls besiegelten Urkunde der Trese der Knappe Hartwig von Plön für sich, seinen verstorbenen Bruder Otto und die gesammte Gefolgschaft von vier Waffnern und einem Schützen über schuldigen Sold, Schaden und Kosten, am 18. Oct. (Luce) 1369.

Digitized by Google

DCLXXX.

Soldquitung des Knappen Iwan Rasdorf. 1369. März 13.[1]

Vniuersis presencia visuris seu audituris ego Iwanus Rastorp, armiger,| cupio fore notum per presentes lucide protestando, quod discretus vir, dominus | Bruno Warendorp antiqus, proconsul Lubicensis, michi bene ad meum velle | integraliter persoluit illas vltimas quinque marcas lubicenses de meo sallario, van myneme solte proprie. De quibus consulatum Lubicensem, dominum Brunonem Warendorp et suos heredes pro me et pro meis heredibus vniuersis dimitto quitos penitus et solutos nil amplius causando super ipsos tempus in futurum premissorum racione. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini M̊CC̊CLXIX, tercia feria proxima post dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel fehlt vom Bande.

DCLXXXI.

Hartwig, Abt von Reinfeld, theilt allen geistlichen Behörden und Personen die Bullen des Papstes Alexander IV. mit, nach welchen die Lübecker nur kraft päpstlichen Specialmandates mit Bann und Interdict belegt werden dürfen, trägt ihnen auf, die Ausführung derselben zu überwachen und, auf geschehene Weisung des Abts, dessen Stelle hierin zu vertreten. (Mit angefügter notariatlicher Erklärung über die beim Lüb. Capitel am 27. April vollzogene Ueberreichung dieses Instruments.) 1369. Apr. 21.

Reuerendis in Christo patribus ac dominis, Dei gracia . . Bremensi[s], . . Magontinensi, . . Magdeburgensi et . . Lundensi archiepiscopis, ac . . Lubicensi, . . Caminensi, . . Raceburgensi, . . Zuerinensi, . . Verdensi, . . Halberstadensi, . . Hildensemensi, . . Mindensi, . . Sle(s)wicensi, . . Ripensi | et . . Roschildensi ac alijs episcopis omnibus et singulis, et vniuersis et singulis venerabilibus viris, dominis

1) Auf der Trese befinden sich noch folgende Soldquitungen aus diesem Jahre:

1. Nov. 23. (Clementis pp.) Joh. Stenbeke, nauclerus, ciuis Hamburgensis, quitirt den Lüb. Rath ex parte liburni, quem nomine eorum duxi (Siegel: Hausmarke).
2. Dec. 4. (Barbare). Amelius Schere, fam., quitirt ex parte seruicij, quod exhibui usque ad tempus date presencium (Siegel: Scheere).

Digitized by Google

abbatibus, prepositis, decanis, prioribus, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, thesaurarijs, prelatis, canonicis, personis et clericis secularibus et regularibus, ‖ ac plebanis, rectoribus, vicerectoribus, vicarijs perpetuis et temporalibus, altaristis et eorum loca tenentibus, et religiosis monachis ac prioribus, gardianis et fratribus quibuscunque cathedralium, regularium, parochialium et aliarum ecclesiarum et capellarum ac monasteriorum, ‖ et officialibus curiarum quarumlibet per prouincias, ciuitates et dioceses predictas et ubicunque alibi constitutis, necnon illi seu illis, ad quem uel quos aliqua potestas, auctoritas seu facultas cuiuslibet ecclesiastice censure in ciuitate Lubicensi et personis eius pertinet et poterit pertinere, quemque et quos presens processus tangit et tangere eciam diuisim poterit in futurum, frater Hartwicus, abbas monasterij in Reyneuelde Cistersiensis ordinis Lubicensis diocesis, executor vnicus ad infrascripta speçialiter a sede apostolica deputatus, denocionem oracionum et mandatis apostolicis presentibus firmiter obedire. Litteras apostolicas, vnam graciosam cum filis sericis, et aliam executoriam cum cordula canapis more Romane curie bullatas, sanas et integras, omni suspicione carentes, pro parte dominorum . . consulum et vniuersitatis Lubicensis presentatas nobis, reuerenter recepimus sub hijs verbis: *(Folgen Urk.-B. I. 238 und 239, mit der einzigen Abweichung, dass zwischen* dati *und* possint *in beiden* non *gesetzt ist.)* Post recepcionem autem dictarum litterarum apostolicarum sepissime fuimus pro parte dictorum consulum et vniuersitatis ac instantissime requisiti, vt ad execucionem mandati facti nobis in dictis litteris procedere dignaremur. Nos igitur Hartwicus, abbas et executor antedictus, execucioni nobis, ut premittitur, iniuncte et tociens petite diucius supersedere non audentes, vos reuerendos in Christo patres et dominos omnes et singulos habentes uel habituros ecclesiasticam iurisdictionem ordinariam aut delegatam siue subdelegatam, necnon executores ac conseruatores presentes et futuros, seu quamcunque ecclesiastice censure, prolacionis et execucionis habentes et habituros potestatem, auctoritate apostolica requirimus et monemus communiter et diuisim primo, secundo et tercio et peremptorie vobisque nichilominus et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus, quatinus personas consulum et vniuersitatis dicte ciuitatis Lubicensis et vxorum ac filiorum suorum excommunicare et infra muros ipsorum interdicti sentencias proferre contra dictam graciam apostolicam minime presumatis nec facere promulgari, seu occasione cuiuslibet huiusmodi censure quomodolibet indebite molestare, quominus dicta

Digitized by Google

gracia integre, libere et pacifice gaudeant, seu inpedire valorem et effectum eiusdem gracie per vos uel alium seu alios, directe uel indirecte, publice uel occulte, neque taliter detis molestatoribus seu inpedientibus huiusmodi consilium, auxilium uel fauorem: alioquin in vos omnes et singulos supradictos, qui in premissis uel in aliquo premissorum deliqueritis aut in preiudicium dictorum consulum et vniuersitatis seu personarum eius premissarum, quominus gaudere possint et gaudeant effectu gracie prelibate, quidquam quomodolibet feceritis, necnon in contradictores quoslibet et rebelles et dantes ad huiusmodi inpedimenta consilium, auxilium uel fauorem, directe uel indirecte, publice uel occulte, exnunc ut extunc, si persone fuerint singulares, excommunicacionis, si capitula uel conuentus, suspensionis, si vero pontifices extiteritis, ut vestre dignitati deferamus in hac parte, interdicti quidem ingressus ecclesie, premissa canonica monicione sex dierum, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tercio et peremptorio termino ad parendum premissis assignamus, et elapso sentencias in hijs scriptis promulgamus. Ceterum, quia, nostris et monasterij nostri negocijs inpediti, semper execucioni premisse vacare nequimus, vobis alijs reuerendis patribus et dominis memoratis ac presbiteris, clericis et notarijs publicis prouinciarum et diocesium dominorum archiepiscoporum et episcoporum predictorum notificamus litteras apostolicas prenotatas cum contentis in eisdem, et cuilibet vestrum in solidum super execucione nobis iniuncta per ipsas committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, vobisque et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in quemlibet vestrum sex dierum a requisicione vestri computandorum canonica monicione premissa ferimus in hijs scriptis, si, que vobis in hac parte committimus, non inpleueritis, contumaciter, districte precipiendo mandamus, quatinus vos et quilibet vestrum, prout pro parte dictorum consulum et vniuersitatis fueritis requisiti, ad loca et personas tactas in dictis litteris et processu nostro presenti personaliter accedatis et ipsas litteras apostolicas et hunc nostrum processum et omnia et singula supradicta eis et alijs, quorum interest uel intererit, ubi et quando fuerit expediens, publicetis et omnia et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequamini, prout fueritis requisiti, ita quod in hijs exequendis vnus vestrum alterum non exspectet nec aliqualiter se excuset, sic eciam quod in preiudicium dictorum consulum et vniuersitatis seu personarum eius circa absolucionem uel suspensionem dictarum sentenciarum nostrarum nichil attemptetis. Prefatas autem litteras

Digitized by Google

apostolicas et hunc nostrum processum volumus penes nunctium dictorum consulum remanere et per vos uel aliquem vestrum seu quemuis alium contra voluntatem eiusdem nunctij minime detineri, facta tamen copia habere volentibus eorum sub expensis. In quorum omnium testimonium presens publicum instrumentum nostrum processum continens per notarium publicum subscriptum fieri mandauimus et sigilli nostri fecimus appensione muniri. Actum et datum Lubeke in aula curie nostre, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, die sabbati vicesima prima mensis Aprilis, hora vesperarum uel quasi, indictione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno septimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Wilhelmo de Pokelenthe, preposito Angermundensi Brandenburgensis, Sifrido Schiphorst, monacho monasterij nostri predicti, et discreto viro Johanne de Tilenborch, nostro notario, Lubicensis diocesis, pluribusque alijs testibus fidedignis specialiter vocatis et rogatis ad premissa.

(Notariatszeichen.) Et ego Hermannus Luchow, clericus Merseburgensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, presentacioni dictarum litterarum apostolicarum et date dicti processus ac omnibus alijs premissis vna cum dictis testibus presens interfui et ipsum processum de mandato dicti domini . . abbatis et conseruatoris manu mea scriptum in hanc formam publicam redegi, signo meo solito signans in testimonium requisitus.

Die Veneris XXVII^a^ dicti mensis Aprilis, in loco capitulari, hora summe misse, dictus dominus Wilhelmus, prepositus, publicauit dictas litteras apostolicas et hunc processum honorabilibus dominis, Johanni, preposito, et Johanni, decano, ac toti capitulo ecclesie Lubicensis, et requisiuit eos, non tamen sub penis suprascriptis, vt seruarent et seruari facerent dictis dominis consulibus et vniuersitati premissa priuilegia sua, dicens expresse, quod non intendebat eos uel aliquem ipsorum artare seu teneri penis antedictis. Et insuper me notarium predictum et Hinricum de Soltwedele, publicum notarium, requisiuit, presentibus magistro Jacobo Czinnendorp, clerico Brandenburgensis, et domino Johanne Crom, canonico Vthinensi Lubicensis diocesis, testibus vocatis et rogatis ad premissa.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel des Abts.

Digitized by Google

DCLXXXII.

Der Rath von Reval meldet dem Rathe von Lübeck, dass der Schiffer Hermann Parchem von dem Grafen Heinrich von Holstein für die ihm auf Befehl des Raths von Lübeck während des verflossenen Sommers mit seinem Schiffe geleisteten Dienste nur 20 mk empfangen habe, und knüpft daran die Bitte, dem Ueberbringer des Briefes das für solche Dienstleistungen Uebliche reichen zu lassen. 1369. Apr. 25.

Viris permaxime virtutibus ac margaritis sapiencie decoratis, dominis proconsulibus et consulibus ‖ ciuitatis Lubicensis, nos consules Reualienses salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium vestre ‖ discrecioni insinuamus, quot coram nobis Hermannus Parchem, nauclerus bone memorie,‖ constitutus cum alijs, qui societatem et partem in liburno suo habuerunt, [qui] viua voce fatebatur, quod ex toto seruicio, quod fecerat ex iussu vestro estate preterita nobili ac virtuoso comiti, domino Hinrico de Holsten, non subleuasset plus quam viginti marcas lubicenses ex parte liburni eiusdem. Vnde vestram honestatem virtutisque nobilitatem rogamus, quatenus amore nostri Thydemanno Clingenberghe, presencium ostensori, de tanto prouidere faciatis, sicut alijs cum consimilibus nauibus prouidere fecistis. Quod curabimus grata vicissitudine in simili uel maiori promereri requisiti. De vlteriori monicione vos certificamus, quia ab eis recepimus sufficientem caucionem. In cuius testimonium secretum nostrum atergo est appressum. Datum anno Domini M̊CCC̊LXIX, in die sancti Marci ewangeliste.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

DCLXXXIII.

Willkür zwischen den Knochenhauern und den Garbratern. 1369. Mai 10.

In deme iare Godes dusent drehundert neghen vnde sestigen, vp vses Herren Hymmelvart, wart myt der herren vulbort gemaket twischen den knokenhowern vnde den garbredern desse wilkore vnde vpsat, als hyr na ghescrewen steyt:

Tho deme irsten, dat dy garbredere moghen hebben sponverkene, se syn luttik eder grot, dy mogen sy howen in achte stucken, vnde an gewellik

stucke scollen sy sticken eynen sticken vnde scollen dat ghar seyden: dot sy des nicht, so scollen sy dat wedden myt dren marken suluers.

Vortmer hebben sy gan van oldinges vnde moghen noch gan twischen den boden der knokenhowere vnde kopen on af schinken, dar sy braden afe snyden; ok moghen sy kopen swins houede, dar sy sulten afe maken; ok moghen sy van on kopen rintfleys, dar sy gropen braden afe seden; ok moghen sy van on kopen scapes leuern, dy willen sy en gheuen allet iar vt tho pennighen, dy sy vor tho tven pennighen vnde tho dren scherven pleghen tho kopenne.

Vortmer moghen sy kopen in den boden swinenfleys vnde rintfleys, dar sy metworste van maken, dy sy sellen vor den wynkeller.

Vortmer moghen sy gan vp dat kutherhus vnde kopen dar ynsthere, dy moghen sy vor den wynkeller vt reden gar, vnde nicht ro dar van vorkopen.

Vortmer, alse sy van oldinghes ghedan hebben, so moghen sy noch kopen ghose vnde honre vnde schollen dy gar maken.

Vortmer moghen sy den knokenhowern af kopen twischen den boden lammesbuke vnde syden, dy moghen sy seyden vnde braden vnde vorkopen dy gar vor den wynkeller. Dar tho heft en de rad van gnaden weghen tho ghegheuen, dat sy moghen kopen in der stad lammere tho rechthen markede, als sy don van Paschen bette sunte Johannisdaghe. Weret aver dat sy dy lammere kofthen buthen der stad vnde doch bynnen der veltmarke, so schollen sy dat wedden by dren marken suluers; kofthen sy sy aver buten der velthmarke in der dryft, so scollen sy dat wedden glike den knokenhowern, alse myt thyghen marken suluers.

Sodane dynk, alse hyr vor schreuen stet, moghen sy sellen vor den wynkellere, vnde anders nicht.

Alle disse vor schreuen stucke vnde en gheuelk van en, alse sy vor schreuen synt, by dren marken suluers tho holdenne, vnde breke dar wy ane, dy schal dat bethern na der heren gnade.

[1] Vortmer so scholen de garbrader kopen gronen al vnde maken den gar vnde vorkopen den, vnde ander neynen al moghen se hir vorkopen.

Aeltestes Wettebuch, Fol. 10b.

1) Späterer Zusatz.

Digitized by Google

DCLXXXIV.

Johann Samekow überträgt auf seinen Sohn, den Priester Johann Samekow, eine Forderung an den Rath von Lübeck von 180 mk 4 ß. 1369. Mai 28.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis millesimo CCC sexagesimo (nono, indictione) ‖ septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia ‖ pape quinti, anno septimo, vicesima octaua die mensis Maij, hora completorii vel ‖ quasi, in dote sancti Nycolai Wismariensis, Ratzeburgensis dyocesis, in presencia honorabilis viri, domini Thiderici de Warne, officialis generalis curie Razeburgensis, mej notarij publici ac testium infrascriptorum et ad hoc vocatorum constitu(tu)s discretus vir Johannes Zamekow, laicus Lubicensis dyocesis, ex certa sciencia, libere ac sponte, simpliciter et irreuocabiliter, ac pure propter Deum cessit, tradidit et donauit discreto viro, domino Johanni Zamekowe, presbitero dicte Lubicensis dyocesis, suo filio legitimo et carnali, centum et octoginta marcas cum quatuor solidis lubicensium denariorum, quas sibi domini proconsules et consules ciuitatis Lubicensis ex iusto debito racione mutui et veraciter extant obligati, ponens et statuens eundem dominum Johannem in locum suum veluti principalem actorem itaque, quod ammodo contra dictos dominos proconsules et consules antedicte ciuitatis (Lubicensis) aut quamlibet personam ecclesiasticam vel secularem pro eisdem quomodolibet legitime (con)uenientes agere, excipere, replicare ac petere valeat antedictam summam (ce)ntum et octoginta marcarum cum quatuor solidis denariorum lubicensium. Dictusque Johannes (Zam)ekow, laicus, asseruit illud constanter et bona fide, quod de huiusmodi (tradi)cione seu donacione sic, vt premittitur, dicto domino Johanni Zanekowe,[1] (presbi)tero, spontanee ac pure propter Deum facte[2] nullum speraret lucrum se(u e)molimentum, sed promisit michi notario subscripto sollempni stipulacione recipienti vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest seu quomodolibet interesse poterit tempore affuturo, quod prenotatam cessionem, tradicionem, [donacionem] et donacionem gratam, ratam atque firmam perpetuis temporibus velit habere et reseruare (et) ex nulla causa ingratitudinis reuocare. Acta sunt hec indictione, anno, pontificatu, mense, die, loco, hora, quibus supra, presentibus discretis viris et dominis Johanne Ketel, rectore ecclesie ad sanctum Nycolaum Wysmariensis, Deghe-

1) l. Zamekowe. 2) l. facta.

Digitized by Google

nardo et Lamberto Gartze, presbiteris Razeburgensis, Ottoniensis et Zwerinensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notarialszeichen.) Et ego Hinricus Baltze, clericus Zwerinensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, dictis donacioni, translacioni, cessioni ac stipulacioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic fierent et agerentur, (vna) cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et au(diui) et in hanc formam publicam redegi, quam signo solito et consueto requisitus, cum appensione sigillorum, videlicet officialis, dicti Thiderici, et Johannis Zamekow, sepedicti donato(ris, signaui in) euidenciam omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden beiden Siegeln. Die in runde Klammern gesetzten Worte ergänzen durch Mäusefrass zerstörte Stellen des Instruments.

DCLXXXV.

Albrecht, Herzog von Meklenburg u. s. w., überlässt dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck die ihm bis dahin noch zuständig gewesenen Rechte und Hebungen im Dorfe Warnekenhagen. 1369. Mai 31.

Nos Albertus, Dei gracia dux Megapolensis, comes Sverinensis, Stargardie et Rostoch terrarum dominus. Universis et singulis, ad quorum notitiam presentes littere pervenerint, notum esse volumus earundem tenore limpide et publice protestantes, nos matura nostra deliberacione previa et de nostro et heredum nostrorum beneplacito plenoque consensu ac fidelium consiliariorum nostrorum consilio rite et racionabiliter vendidisse ac dimisisse honorabilibus viris, dominis Jacobo Pleskove et Bertramo Vorrad. provisoribus, Hermanno, magistro, ac utriusque sexus personis domus Sancti Spiritus in Lubeke ad usus eiusdem precarias nostras, sive [tales] bede, sive overbede sive wynterbede sive zommerbede dicantur, nec non omne et totum illud, quas et quod habuimus, seu quod nobis quomodocunque competere poterat ultra eorum iusticias et libertates, quas ante habebant et adhuc habent in villa Warnekehagen, pro quadringentis marcis lubicensium denariorum nobis per ipsos plene, prompte et in numerata pecunia expedite persolutis et in usus nostros expositis et conversis. Qvas siquidem precarias prenotatas et omne et totum illud, quod, uti prefertur, nobis in dicta villa ultra eorum iusticias et libertates pristinas competere poterat quovis modo, ipsis rite et

Digitized by Google

legitime dimisimus et sincere dimittimus per litteras presentes, ita videlicet, ut nos et nostri heredes nihil omnino iuris, libertatis aut cuiusvis alterius rei nobis reservavimus in villa predicta. Ceterum nec nos nec heredes nostri nec advocati vel officiales nostri presentes et posteri nec eorum familiares nec aliqui nostrorum vasallorum debemus aut debent colonos eiusdem ville Warnekehagen pro aliquo vecture aut aliquorum serviciorum onere aut pro aliqua precaria qualitercunque dicta (molestare); item a terre defensione vulgariter loquendo landwere ac generaliter ab omni servicio (debent) esse liberi et penitus exempti, ita simpliciter quod ipsi ad nullam rem mundi nobis, heredibus nostris, advocatis seu officialibus nostris aut eorum familiaribus faciendam sint adstricti. Insuper nolumus, molendinarium aut tabernatorem aut aliquos colonorum dicte ville ministros ad solucionem decimarum denarii (?) nec pro aliquo alio per quempiam aliquatenus aggravari, volentes eciam, quod nuperi (?) molendino et aquis aqvarumque decursibus et generaliter omnibus et singulis sepe dicte ville appertinenciis et libertatibus quibuscunque libere, pacifice et quiete sine omni exactione, theloneo et impedimento quocunque perfruantur. Rursus concessimus et per presentes concedimus sepe dicte ville colonis, quod ipsi per terras ac iurisdictiones seu districtus nostros quoscunque eorum pecora, annonam et cetera sua bona vehere seu ducere possint, quacunque velint, libere, sine impedimento et theloneo, nulla eciam contradictione aut aliqua inhibicione obstante. Est tamen nobis et heredibus nostris libera reservata potestas, quod premissas precarias sepe dicte ville Warnekehagen et omne et totum aliud, quod nobis ultra priores iusticias et libertates, quas provisores, magister et persone utriusque sexus memorate domus Sancti Spiritus habebant prius et habent in villa prenominata, competere poterat, [uti possint] reemere poterimus pro quadringentis marcarum[1] lubicensium denariorum, qvandocunque nostre et heredum nostrorum placuerit voluntati, et quando [opus][2] provisoribus et magistro dicte domus, qui pro tempore fuerint, ad quartale anni illum[3] intimaverimus redemptionem. Preterea presentes littere debent prioribus litteris, quas memorati provisores, magister et domus Sancti Spiritus habent a nobis vel a nostris progenitoribus seu predecessoribus super villa Warnekehagen sepe dicta, in nullo esse aut fieri preiudiciales, verum illis et presentibus his coniunctim vel divisim in omni suo vigore per omnes earum clausulas et contenta provisoribus, magistro

1) L. marcis 2) l. ipsis? 3) l. illam.

Digitized by Google

et personis utriusque sexus domus Sancti Spiritus semper salvis. In premissorum omnium evidencius testimonium ac robur magis validum fecimus presentes litteras nostri appensione sigilli roborari. Actum et datum in civitate nostra Rostoch, anno Domini Mtrecentesimo sexagesimo nono, ipso die sacrosaucti Corporis Christi. Testes huius rei sunt fideles nostri, dominus Marquardus Beremann, prepositus in Rene, Johan Zwalenberg, noster cancellarius; Rodolphus Kerkdorp, Hinricus de Bulowe, Vicke et Henricus dicti Molteke, Otto de Dewize, milites; Gotschalcus de Atendorn, consul, et Jacobus Cynnendorp, notarius civitatis Lubicensis, et quamplures alii milites et famuli ac omni fide digni testes ad premissa.

Nach einer in den Copiarius des Heiligen-Geist-Hospitals von 1539, Fol. 123 fgg., von Dreyer's Hand eingetragenen Abschrift.

DCLXXXVI.

Wartislaus der Jüngere, Herzog von Slavien, Cassubien und Pommern und Fürst der Rügier, bestätigt alle den Lübeckern von seinen Vorfahren und Vorgängern hinsichtlich der Befreiung vom Strandrechte ertheilten Privilegien. 1369. Jun. 5.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Wartzlauus junior, Dei ‖ gracia Slauorum, Cassubie, Pomeranie dux et princeps Rûyanorum. Omnibus Christi fidelibus ‖ presens scriptum cernentibus salutem in eo, a quo progreditur omnis salus. Quos ‖ speciali amplectimur dilectione, specialiter illos tenemus et volumus in suis negociis promouere. Quapropter notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos de consensu et beneplacito dilecti fratris nostri Buggezlaui et consilio nostrorum heredum et consiliariorum fidelium dilectis nobis consulibus, ciuibus et vniuersis inhabitatoribus ciuitatis Lûbek propter multimoda seruicia nobis et nostris progenitoribus per ipsos sepissime exhibita et inpensa, concessimus et concedimus, annuimus et fauemus, cum grane sit afflictis et sollicitis afflictionem apponere, vt omnia et singula prinilegia nostrorum progenitorum et antecessorum, ducum Stetynensium et Rûyanorum principum, super bonis naufragis et ipsum naufragum dictum wrak ipsis concessa et indulta perpetuam firmitatem optineant et vigorem, confirmantes et ratificantes huiusmodi priuilegia super dictis bonis naufragis firmiter per hec scripta, ipsisque de nouo hanc graciam et libertatem in singulis nostris dominiis concedimus perhenniter duraturam, inhi-

Digitized by Google

bentes omnibus et singulis nostris aduocatis et officialibus, ne dictos consules, ciues, inhabitatores ciuitatis Lubicensis seu ipsorum familiares in dictis suis bonis naufragis seu ipsum naufragum dictum wrak, si, quod Deus auertat, in finibus seu terminis nostri dominii et districtus ipsos pati contingat, ac in suis rebus et personis contra hanc nostram graciam et libertatem ipsis indultam et concessam aliquatenus molestare vel inpedire presumant, sicut nostram euitare voluerint vlcionem. Vt autem hec nostra confirmacio et beniuola concessio perpetuis temporibus firma maneat et illesa, presentem paginam super hiis confectam sub appensione nostri sigilli duximus fideliter roborandam. Huius rei testes sunt honorabiles et famosi viri Wedegho Buggenhaghen, marscalcus noster dilectus, Nicolaus Colner, Hinricus de Osten van Plote, Hinricus de Yasmůnde, Conradus de Osten, Hennynghus de Calande, Johannes de Plone, Ghoten Mørder, Hennynghus Lepel, Dargheslauus Barnekowe, Ricquoldus Rotermund, milites; Euerhardus Rubenowe, proconsul[es] in Gripeswold, Hinricus Schůpplenberch et Sifridus de Lubeke, consules ibidem; Hermannus de Rode, Bertrammus Wlflam et Johannes Wreen, proconsules in Stralessund. Datum et actum ibidem, sub anno Domini MCCCLXIX, die dominica infra octauas Corporis Christi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangendem Siegel.

DCLXXXVII.

Gottfried, Graf zu Arnsberg, verwendet sich bei den Städten Lübeck, Rostock, Stralsund, Thorn, Elbing und Culm für Andreas den Rebbere, Bürger zu Soest, in Betreff einer demselben angefallenen, jedoch von dem Hochmeister in Preussen einbehaltenen Erbschaft seines Brudersohnes Albrecht. O. J. (1369.) Jun. 18.[1]

Wy Godert, greue to Arnsburg. Dot groten alle ersőme lude, koplude vnde borghere, de herren van Lubeke, van Rostok, van deme Stralzsůnde, van Thorun, van deme Elvynge, van deme Colmen, van allen steden vnde landen. Ghy solen weten, dat vns gheclaget heft Andreas de Rebbere, eyn

1) Graf Gottfried hat dieses Schreiben ohne Zweifel als Marschall von Westphalen erlassen, was er 1360 und 1369 war. Für 1369 spricht die Erwähnung der vor mehreren Jahren in Lübeck gehaltenen Versammlung zum Besten des gemeinen Kaufmanns von Deutschland, und die Bestimmung des Datums Der zweite Wochentag nach Vitustag würde nämlich im J. 1360 mit der Octave desselben zusammenfallen, und also wohl anders bezeichnet sein.

Digitized by Google

borgher to Sost, de vns to vordeghedyngende boret van vnses herren weghene van Kolne, dat eme ghewâlt vnde vnrecht schut vnde gheschen is van deme homeystere vnde den herren van Pruzen van gûdes weghene, dat eme vorstoruen is van synes broder sônes weghene, Albrachtes, wol seshvndert mark, dat he dicke vnde vile gheclaget heft allen gûden luden, kopluden vnde borgheren, also als her Johann de Schotte, borghermester to Sost, to der tyd van syner weghene claghede to Brucge vnde Johann van Lônen to Lubeke, dar de stede von Almanyen ghemeynliken ere vrônde hadden ghesant vmme sake deme ghemeynen kopmanne anligende, do et sich also ghevel, dat eyn synes broder sône, gheheyten Albrâcht Rebber, eyn kopman, starf tô Brûcge in Vlanderen vnde hadde ûppe dey tyd gûd in Pruzen vnde ander gûd, dat eme tô horde vnde syn was vnde was ûppe dem weghe to Pruzen wort, vnde dat gûd quam ûp tô Pruzen na syme dode. Ok en was syn neue vorghenant nyn borgher in Pruzen. Des vnderwant sich dey homester van Pruzen alle des gûdes vnde entheldet eme dat gûd, dar he rechte neste erue tô is, vnde de homester en heuet dar neyn recht tô vnde neyne rede, dan hey spreket, syn neue dycke vorghenant were vnechte kynd; dat wy meynet, dat hey eme dar vmme syn gûd nycht myt rechte efte myt besceydenheyt vorenthalden en mûghe, wante syn neue in Pruzen nycht enstarf ok dar keyn borgher was, vortmer dat gûd eyns deyles na syme dode in dat lant to Pruzen qûam. Darvmme bidde wy jû sametlike, dat ghy willen vnderrychten vnde vormanen den homester van Pruzen, dat hey eme dat vorghen(ande) gûd, dat hey eme mer dan veyr jar enthalden heuet, noch volghen late, wante hey, de vorghen(ande) Andreas, an den herren van Lubeke vnde an allen gûden steden gherne synes rechten blyuen hedde vnde noch solde, des wy syner wilt macht hebben, wo eme dat moghe gheschen vnvortoghet. Mach eme des nycht geschen, synt den male dat hey gûtlike wachtet heuet vnde wonde, of hey sych bedenken wolde, des noch nycht en is gheschen, so mûte wy Godert, greue to Arnsburg vorghenant, eme rechtes helpen, war wy moghen. Datum in castro nostro Arnsburg, sub nostro secreto tergotenus affixo, feria secunda post Viti.

Nach dem Originale auf der Trese. Das Siegel ist abgesprungen.

Digitized by Google

DCLXXXVIII.

Albrecht, Herzog von Meklenburg, quitirt für sich, seinen Sohn, den Herzog Heinrich, und seine übrigen Erben über ihm von der Stadt Lübeck gezahlte 250 mk. 1369. Jun. 23.

Nos Albertus, Dei gracia dux Magnopolensis, comes Swerinensis, Stargardie ac Rostok terrarum dominus, | vna cum Hinrico, filio nostro, et aliis nostris veris heredibus. Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, nos ab honorabilibus viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, ducentas cum quinquaginta | marcas Lubicensium denariorum integraliter recepisse, a quibus quidem denariis dictos proconsules et consules quitauimus et dimittimus solutos per presentes. Datum anno Domini MCCCLXIX, in vigilia sancti Johannis Baptiste, nostro sub secreto.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Secret.

DCLXXXIX.

Die vor Helsingborg lagernden Rathmänner und Hauptleute der Seestädte stellen den Gesandten nach Deutschland, Propst Peter Erikson von Opslo, Lorenz Biörnsson und Gotan Erikson, einen Geleitsbrief aus. 1369. Jul. 13.[1]

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos consules et capitanei omnium ciuitatensium, qui in presenti excercitu ante Helzinghburgh sunt constituti, in hijs scriptis pupblice recongnoscimus, quod honestos viros, dominum Petrum Ericsson, prepositum in Alse,[2] et Laurencium Borensson et Goten Ericsson cum seruitoribus eorum, ad quamcunque ciuitatem in partibus Almanie ipsos venire contingerit, accedendo et recedendo in nostrum conductum et securitatem recepimus ac in hijs scriptis recipimus, petentes vniuersos et singulos, cuiuscunque condicionis fuerint, [qui] causa nostri facere et dimittere volentes, vt promocionem eis (non) impediant, vbicunque fuerit opportunum, ac eciam in personis ac rebus nullatenus molestare (eos) presumant. In cuius rei testimonium ad maiorem euidenciam sigillum Brunonis Warendorp, quo[d] ad presens utimur, presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini MCCCLXIX, in die Margarete virginis gloriose.

Nach einer in M 691 aufgenommenen Abschrift.

1) Vgl. Sartorius II., 242. 243. 2) l. Aslo.

Digitized by Google

DCXC.

Eduard, König von England und Frankreich, ersucht den Rath von Lübeck, einige von dort stammende Kaufleute, welche des Königs Unterthanen eine Partei Schonischen Herings verkauft haben, dazu anzuhalten, dass sie denselben zur festgesetzten Zeit liefern. O. J. (1369.) Jul. 16.[1]

Per regem Francie et Anglie.

Amici dilecti. Cum dilecti ligij nostri Adam Stable, Rad(olf)us Knyghtoñ., Nich(ola)us Taillour et socij sui, mercatores de regno nostro Anglie, certam quantitatem allecis albi de Scone | nuper apud le Scone in Dacia de Macio Husted., Vout. de Falsterbuth et Bernardo Myntmaistre et alijs de partibus vestris emissent, eisdem ligijs nostris in mense Augusti | proxime futur(o) soluendam, prout per certas litteras obligatorias ex hac causa factas ac alias euidencias coram vobis per eosdem ligios nostros seu eorum procuratores exhibendas clarius poterit | apparere, dileccionem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus dictis ligijs nostris super satisfaccione allecis predicti virtute litterarum et aliarum euidenciarum predictarum eis mense predicto facienda plenam et celerem iusticiam fieri facere nostri consideracione velitis, vt ipsi de iusticie complemento, quam eis sic fieri feceritis, fidelitatem vestram laudare valeant, nobisque pro defectu iusticie materiam non habeant vlterius conquerendi. Velit itaque, quesumus, vestra amicicia tam ipsos quam alios ligios mercatores nostros quoscumque mercandisas et mercimonia, soluendo custumas inde debitas, in partibus vestris predictis libere emere et excercere permittere graciose. Nosque ex hac causa vobis ad acciones graciarum specialiter teneri volumus vestrisque conciuibus et mercatoribus ad regnum nostrum predictum causa mercandizandi futuris temporibus accessuris consimiliter iusticiam cum fauore fieri faciemus. Datum sub priuato sigillo nostro, apud palacium nostrum Westmonasterij, XVI. die Julij.

Nach dem Originale auf der Treve, mit einem Rest des Siegelbandes und des kleinen Secrets in rothem Wachs, welches den Brief schloss.

1) Ein unten folgendes Schreiben des Lübecker Raths an den König v. 21. Juli 1370 erwähnt im vergangenen Jahre vorgefallene Streitigkeiten oesterscher Kaufleute mit englischen in Schonen, zu denen der hier mitgetheilte Kaufhandel Veranlassung gegeben zu haben scheint.

Digitized by Google

DCXCI.

Der Rath von Rostock ersucht die in Lübeck versammelten Abgeordneten der Seestädte, für die in Rostock angekommenen Abgeordneten des Königs Hako von Norwegen sicheres Geleite bei dem Herzoge von Meklenburg auszuwirken und dann Jemand abzusenden, der sie nach Lübeck abhole. 1369. Jul. 21.

Sinceritatis salutacione preambula cum desiderio omnis boni. Reuerencijs vestrarum honestatum ‖ cupimus sub tenore presencium insinuare, quod quidam familiares speciales domini regis de Norwegia, ‖ videlicet regis Haken, coram nobis constituti, quandam litteram domini Brunonis de Warendorp sigillo ‖ sigillatam nobis porrexerunt et presentauerunt, cuius littere nobis sic exhibite tenor fuit et est talis: *(Folgt № 689).* Qua littera visa, audita, de verbo ad verbum lecta et probata, ad nos accedentes hijdem familiares ac nunctij singulares domini regis antedicti nobis exponendo enucliauerunt, quod placita per vos pronunc Lûbeke celebranda et seruanda[1] visitare vellent libentissime nomine sui regis et deberent, si ducatum et securitatem incliti principis, domini nostri, ducis Mangnopolensis, possent habere pacifice et quiete, et versus Lûbeke se transferre, si possent cum bona pace. Supplicamus igitur per presentes vestris intimis honorificencijs studiosius precibus affectiuis, quatenus hoc inpetrare et ordinare decreueritis, quocunque modo poteritis, quod dictus dominus Magnopolensis, dominus noster graciosus, consiliarios et familiares domini regis sepetacti per terras suas dignum ducat conducere et securare. Et si dictus dominus Mangnopolensis eis suum conductum et securitatem prestare voluerit, quod tunc aliquis nunctius certus seu ductor pacificus et sufficiens per dictum dominum Mangnopolensem vel saltim per vos ad nostram ciuitatem remittatur, qui eos ad presenciam vestrorum omnium saluis suis rebus et corporibus adducere valeat et apportare, quod nobis videtur bonum et consultum, et pro quo dictus rex et sui consiliarij pro nunc in sua legacione existentes nobis omnibus grata vicissitudine valeant requisiti conplacere. Petimus responsum finale et expeditum. Datum Rozstocke, anno Domini

1) Vom 13. Juli an. — Im Protokoll dieser Tagsatzung geschieht der Ankunft des norwegischen Abgeordneten keine Erwähnung, wohl aber in dem Waffenstillstands-Vertrage vom 3. August. Sartorius II. S. 661 ff. 671.

Digitized by Google

MCCCLXIX, ipso die Praxedis virginis, nostro sub secreto presentibus tergotenus in testimonium premissorum apposito et affixo.

Consules ciuitatis Rozstocke, vestri semper parati.

In dorso: Honorificis et multum commendabilibus viris, dominis proconsulibus et consulibus omnium ciuitatum maritimarum pronunc Lûbeke congregatarum, suis sinceris, debet hec.

Nach dem Originale auf der Trese, von welchem das aufgedrückt gewesene Siegel abgesprungen ist

DCXCII.

Bruno Warendorp und Thomas Morkerke, Rathmänner von Lübeck, ertheilen dem Rathe Auskunft über die bei ihnen befindliche Truppen-Anzahl O. J. (1369.) Jul. 22.[1]

Salutacione obsequiosa cum affectu omnis boni[2] premissa. Wetet, den breef den gy vns ghesant hebben, dat wy den wol vorstan hebben, wor inne dat gy vns enboden hebben[3] dat iu sere vorwndert, dat wy men drehundert gewapent[4] hebben vnde spysen XXIIc. lude. Wor vmme dat wy iuwer besedenheyt wedder scriuen, dat wy hir nicht mer enhebben wen twehundert vnd LX gewapent[5], vnd wy spysen over al, beyde en vnd ander vnd iunch[6] vnd old, nicht mer wen by XIc.. Vnd dit hebbe wy seluen over seen vnd rekend dar na, dat men spisede, dat dit[7] aldvs is. Vnd wetet vorwar ok, als gy screuen hebben, dat der stad cost vnnutliken vorteret wôrt als mid dem spysende, des scole gy weten, dat vns dat so led were, als iu, went wy vnser stad beste also[8] gerne beweten willen, als gyd gerne segen, vnd kvnd wy id mynneren, wy woldens nicht laten. Men wes wy dar ane secht hebben, als XXIIc. luden[9] to spisende, dat segghe wy noch, vm sake willen dat[10] wy

1) Schon Fock Rügensch-Pommersche Geschichten III. S. 209 Anm. 1. hat darauf hingewiesen, dass das obige von Sartorius II., 235 in d. J. 1368 gesetzte Schreiben ebenso gut erst 1369 abgefasst sein könne. Für 1369 spricht der Umstand, dass als Lüb. Hauptleute hier Bruno Warendorp und Thom. Morkerke auftreten, während für 1368 zu solchen neben Bruno Warendorp Joh. Schepenstede und Gerhard von Attendorn ernannt waren. Sartorius II. S. 619 fg. Auf der Tagsatzung vom 13. Juli 1369 waren Joh. Schepenstede und Gerh. von Attendorn in Lübeck anwesend, Bruno Warendorp lag dagegen gleichzeitig vor Helsingborg, welches noch nicht genommen war. Ebd. S. 661. 62. Lüb. Urk.-B. III., 689. Er starb am 21. August 1369 in Schonen. Die steinerne Grabplatte mit dem Bildnisse in ganzer Figur liegt noch jetzt innerhalb der den Hochaltar zu S. Marien umgebenden Schranken. Die metallene Umschrift, welche schon Reimar Kock (Grautoff I. S. 475) verzeichnet, ist ausgebrochen. 2) cum — boni fehlt. 3) to screuen. 4) nicht men IIIc. wapent. 5) IIc. vnd LX wapent. 6) ander, jvnk. 7) id 8) als. 9) lude. 10) vm dat.

Digitized by Google

nicht half so stark en sin,[11] als men want[12]. Vnd desse worde[13] de late wy luden vm mengerleyge sake willen, der wy iw nicht al scriuen[14] kvnnen. Vnd hopen, dat desse word nine spise vorteren, men dat se iu vnd vns to vromen scolen sin, oft God wil. Valete in Christo. Scriptum ante Helzingborch, die beate Marie Magdalene.

Per Brvnonem Warendorp et Thomam Morkerken.

In dorso: Honorabilibus viris ac discretis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, hec littera presentetur.[15]

Nach dem doppelt ausgefertigten Originalbriefe, welcher die Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels trägt, das ihn schloss. Die Abweichungen des zweiten Exemplars sind in den Anmerkungen angegeben.

DCXCIII.

Der Rath von Brügge macht dem Rathe von Lübeck Anzeige von Gewaltthätigkeiten, welche von Lübeckern zur See gegen Bürger von Brügge verübt worden seien, und ersucht, dem Bevollmächtigten derselben Arnulf Ersatz dafür zuzuerkennen. 1369. Jul. 31.

Viris prouidis et honestis, amicis nostris dilectis, proconsulibus et consulibus cyuitatis Lubicensis, burgimagistri, ‖ scabini et consules ville de Brugis amiciciam cum salute. Domini et amici dilecti. Anno nundum transacto vestri et ‖ vestrorum complicium naues excubias contra aduersarios aut inimicos vestros facientes ceperunt vi et eorum potencia in ‖ naui ab Arnoldo Hont, seruiente et familiari dilectorum nostrorum oppidanorum Jacobi Ruebs et Jacobi Visch, tria lasta cum dimidio allecium et dimidiam tonnam plenam carnibus, signo tali signatas [signum], cum vna sista, in qua erant tam in pecunia quam alijs rebus circiter triginta solidi[i] grossorum turonensium antiquorum ad dictos nostros oppidanos pertinentes. Que res seu maior pars earundem reseruate tunc fuerunt et disposite in coggone Steenbecs, vestri subditi, cuius coggoni(s) magister et in eodem existentes clauem dicte siste dicti Arnulphi *(sic)* vi ab eodem abstulerunt sine causa racionabili, imponendo eidem, quod contra edictum super hoc factum allecia apud Ellenboghe ante festum Sancti Michaelis sale parari fecerat,[16] quamquam contrarium verum erat, quod

11) sint. 12) als men vns holt in den velde. 13) word. 14) al to scriuen. 15) littera detur. 16) Sartorius II. S. 631 al.

Digitized by Google

se sufficienter probaturum obtulerat. Que premissa ad vestram producimus noticiam, vestras discreciones attencius requirendo, quatinus super hijs inquisita per vos veritate premissorum taliter ordinare curetis, quod dicto Arnulpho, exhibitori presencium, nomine et ad opus dictorum nostrorum oppidanorum de premissis satisfiat modo, quo per nos in consimili vestris conciuibus fieri velletis. Quem quidem Arnulphum predicti nostri oppidani quantum ad hoc suum coram nobis constituerunt procuratorem et nuncium specialem, dantes eidem plenam et liberam potestatem nomine ipsorum premissa prosequendi, satisfactionem eorum recipiendi et de eo, quod recepit, quittandi et quitticlamàndi ac pactum de non petendo vlterius faciendi ac omnia alia et singula faciendi et excercendi, que ipsimet facerent et facere possent et deberent, si premissis personaliter interessent, ad nos firmum respectum habentes, quod de hijs, que idem Arnulphus in premissis fecerit aut receperit et quittauerit, nulla impost(e)rum peticio subsequetur. Scriptum sub sigillo dicte ville de Brugis, anno Domini millesimo CCC sexagesimo nono, vltima die mensis Julij.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem Siegel.

DCXCIV.

Der Ruth von Lübeck giebt dem zu Reval Nachricht über den von den Hansestädten mit dem Könige von Norwegen geschlossenen Waffenstillstand. O. J. (1369. Nach Aug. 5.)[1]

Amicabili premissa salutacione. Sciat vestra dilectio, quod cum legatis regis Norwegie fecimus treugas pacificas, duraturas usque ad festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste futurum inter predictum regem et sua regna, ex vna, et nos et ciuitates nostras, parte ex altera. Super quibus treugis littere facte sunt vtrobique, et nos ad nostras litteras apposuimus sigillum nostre ciuitatis, pro vobis, sicut pro nobis ipsis. Quapropter rogamus studiose vestram discrecionem, quatenus istud conciuibus vestris generaliter intimetis, vt nobis in hoc caueatur, ne subditis aut alicui, qui dicto regi attinet, per vestros aliqua damna inferantur, stricte eciam precipiendo omnibus vestris, ne dictum regem[2] Norwegie visitent, antequam concorditer aliquod tempus ad hoc de-

1) Vgl. № 689. 691. Sartorius II., 243. 2) l. regnum.

Digitized by Google

creuerimus, quo nobis communiter conueniat dictum regnum visitare. Valete in Christo. Datum nostro sub secreto.

Consules ciuitatis Lubicensis.

In dorso: Prudentibus viris, amicis nostris, consulibus ciuitatis Reualiensis, presentetur.

Nach dem in Bunge's Lief-, Esth- und Curländisches Urkundenbuch III., 1060 aufgenommenen Abdrucke des im Revaler Archive befindlichen Originales.

DCXCV.

Der Rath von Lübeck bezeugt dem Grafen Robert von Nassau, dass die Beschwerden des Cölner Bürgers Heinrich Bischof gänzlich ungegründet seien, dass derselbe sich dem Lübeckischen Recht und Gericht zu unterwerfen habe, und es auch nicht statthaft sei, in besondere Verhandlungen mit ihm einzugehen. O. J. (1369.) Aug. 6.[1]

Spectabili et generoso domino, domino Roberto, comiti de Nassow, suo fautori gracioso, consules ciuitatis Lubicensis pronam vbilibet complacencie, seruiminis et reuerencie voluntatem. Vestre nobilitatis litteras pro Hinrico Bisscof, ciue Coloniensi, nobis destinatas, continentes eundem Hinricum vobis esse conquestum, qualiter nos et quidam noster concinis bona sua sibi alienauerimus et ipsum magnis dampnis et irrecuparabilibus noxijs per violenciam et contra iusticiam dampnificauerimus, propter quod ipse cupit nobiscum diem placitorum in Duderstad vel in Gotynghen vel in Frankenfort obseruare, reuerenter recepimus ac luculenter intelleximus, dominacioni vestre super hijs rescribentes, dictum Hinricum Bisschof in hoc, quod dicit, nos ei bona sua alienasse et dampna et violenciam intulisse, dicere minus recte et contra veritatem, nec in hoc verbis suis fidem Velitis adhibere. Nos enim raptores et iniur(i)atores non sumus, nulli quippe iniuriam, dampna seu violenciam contra iusticiam inferre solemus, ast vnicuique iusticiam et equitatem facere solemus. Super eo autem, quod contra ciuem nostrum monet, spectabilitatem vestram agnoscere cupimus, quod ipse et quidam Johannes Gronre, noster conburgensis, habebant alias inter se societatem mercimonialem, cuius occasione et de ipsius compoto facti fuerunt discordes, sic quod ipse Hinricus Bisschof dictum Johannem, nostrum conciuem, impetebat coram nobis, cui et Johannes respon-

1) Am Rande beigeschrieben: Anno LX nono. Vgl. № 672 676 fg.

Digitized by Google

debat, vnde sic audiebamus vtriusque partis queremonias et responsa. Super quibus vero dum postea requisito tempore sentencias nostras ferre debuissemus, ipse Hinricus Bisschof recesserat, jus et judicium nostrum refutans, in quo tamen quam plures ciuitates et alij boni homines, priuilegio et auctoritate imperiali illud querentes eoque nobiscum communicantes, bene contentantur. Ipsum eciam ius nostrum sepius sibi exhibuimus et adhuc parati sumus illud sibi impartiri, quocienscunque et quandocunque requisiti. Et preterea, quia ipse Hinricus Bisschof causam suam, quam Johanni Gronre, nostro conciui, mouet, intentauit coram nobis et nos illum sibi iuri statuimus, nec vnquam iusticiam ei negauimus, ymmo adhuc promisimus ipsum sibi ad iusticiam sistere ad faciendum sibi, quod ordo iuris nostri dictauerit, non possumus aliquos tales placitorum dies, de quibus scribitis, cum eo extra obseruare, vestram ingenuitatem attentissime deprecantes, quatinus sepedictum Hinricum Bisschof talem habere dignemini, vt vltra hoc et contra iusticiam et racionem nos vel nostrates non presumat infestare, sed quod in iure nostro contentetur, quomodo alij boni homines in eo bene contentantur, informando ac efficiendo apud illos, qui suo nomine nos diffidarunt, licet iniuste, ne per ipsos vel suos nobis aut nostratibus quid sinistri inferatur, dimittendo nos et nostros pacificos et quietos. Et vos precipue, qui nos et nostros semper promouere consueistis, dicti Hinrici Bisschof verba calumpniosa, que nobis minus vere sic obloquitur, minime aduertere velitis, ast magis dignemini nos et nostros, vbi et quantum poteritis, prosequi vestre gracie beneficio, promocione et fauore tamquam fautor noster efficax promotorque serenus, quemadmodum de vestre iusticie latitudine ac gracie vestre culmine plene confidimus fiducialiterque speramus, cupientes pro eo dominacioni vestre magnifice in singulis requisitis nobis possibilibus iugiter conplacere cum effectu. Omnipotens vos conseruet feliciter, incolumiter et longeue, nobis cum beningno et gracioso vestro responso super premissis reformando precipientes. Datum die sancti Sixti pape, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 51b sq.

Digitized by Google

DCXCVI.

Aufzeichnung über die in Schonen gemachten Gefangenen und deren Auslösung. O. J. (1368—69)[1]

Dit sint de vanghene, dey ghevanghen worden vor Lunden vnde vor Valsterboden. Jesse Peterson van den Beresholme, item Bughe van den Beresholme, item Jesse Gummessen, item Lasse Scutte van den Beresholme.

Item Langelowe hadde dach bette to sunte Mertens daghe, de nv was, so scolde he wedder inne komen hebben, dar moge gy ene vmme manen.

Item Lubbeke Kranevis, de mid her Eghgerd Bizer vanghen ward, de dingede vt vor LX mark edder wedder in to komende, de heft ok noch nicht geholden. Notum sit, quod Aga Aruisson pro sua captiuitate domino Brunoni Warendorp et domino Thome Murkerken X marcas puri II septimanas post festum Michaelis in Lubeke soluere tenetur expedite, pro quibus Olauus Undersson fideiussit et promisit. Item dominus Eghardus Bitzer tenetur pro captiuitate sua IIIIC marc. lub., de quibus dedit domino Brunoni vnum *(sic)* de IV marcis puri et vnam nauim X marc. puri. Ideo ipsum monere faciatis, et notandum, quod dominus Bruno concessit predicto domino Eghardo VII marc. lub. de propria pecunia sua.

In dorso: De captiuis in Scania.

Nach einer gleichzeitigen Aufzeichnung auf Papier, das unten abgeschnitten ist.

DCXCVII.

Magnus, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, bezeugt, dass er nicht im Interesse des Königs Waldemar von Dänemark, sondern aus anderen erheblichen Ursachen mit dem Herzoge von Meklenburg in Fehde begriffen sei O. J. (1369.) Sept. 17.[2]

We Mangnus, van der gnade Godes herteghe tû Brunswich unde tû Luneborch. ‖ Bekennen openbare in dessem breue unde dûn witlik den wisen mannen, ‖ den raatmannen der staat tû Lübeke, vnde alle den ghenen, de desse

1) Die Aufzeichnung kann nicht später, als 1369, Aug. 21, gemacht sein, scheint aber nach den genannten Terminen eher in den Herbst 1368 zu gehören Vgl. № 692.

2) Der kinderlose Herzog Wilhelm von Lüneburg starb am 23 November 1369. Sofort nach seinem Tode kam es zum Zusammenstosse zwischen dem von ihm zum Nachfolger ernannten Herzoge Magnus II von Braunschweig und Herz Albrecht von Meklenburg, dem Reichsexecutor Karl's IV., der Albrecht von Sachsen, den Sohn der Elisabeth, Wilhelm's Tochter, mit Lüneburg belehnt hatte. Vgl. Detmar I. S. 291 292 fg., 293 fg, welcher übrigens sämmtliche Ereignisse um ein Jahr zu spät ansetzt. Zur Datirung der obigen Urkunde vgl noch Sartorius II. S. 663 fg. und unten № 703.

Digitized by Google

scrift ‖ seen edder hören lesen, dat de krich, de is twischen deme herteghen van Mekelenborg vnde vns, dat de is dorch sunderker sake willen vnde schelinghe, de we dicke vnde vele kundeghet vnde claghet hebben heren, vrůnden, steden vnde gůden luden, dar vnsem veddern, herteghen Wilhelm, vnde vns ny lik eder recht vmme weder varen konde, vnde dat de sůlue krich nicht en is dorch koning Woldemares willen van Denemarcken. Tů eener bekantnisse hebbe we vnse ingeseghel gedrůcket laten an dessen bref, de gheuen is thů Luneborch, an deme hilghen daghe sůnte Lantbertes.

Nach dem Originale auf der Trese. Das unter die Urkunde gedrückte Siegel ist abgesprungen.

DCXCVIII.

Der Rath von Wismar bescheinigt dem Rathe von Lübeck den vor ihm geführten Zeugenbeweis über zwei Verkäufe von Wagen und Pferden. 1369. Sept. 19.

Honorabilibus et multum discretis viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lůbicensis, amicis nostris sincere dilectis, ‖ nos proconsules et consules Wismarienses dilectionis constanciam cum augmento omnis felicitatis. Noscat ‖ vestra commendanda discrecio, quod constituti coram nobis discreti viri Johannes Vunke, Hinricus ‖ Rentzow, Arnoldus Oldenborch, Jacobus Syphusen, Hermannus Poneyghel, conciues nostri dilecti proprias hereditates in Wismaria habentes et possidentes, suis elenatis digitis ad sancta Dei jurantes rite et racionabiliter protestabantur, quod quidam dictus Rodewoolt juste empcionis tytulo emit a Janeke Vormanne, conciue nostro, vnum currum cum sex equis pro XXXVI marcis lubicensium denariorum, ac quidam dictus Georrius emit ab eodem Janeke Vorman vnum alium currum cum quinque equis pro XXVIII marcis lubicensium denariorum minus IIII^{or} solidis. Datum et actum anno Domini M°CCC°LXIX°, feria IIII^{a} ante Matthei apostoli et ewangeliste, nostro sub secreto presentibus a tergo affixo in testimonium omnium et singulorum premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.

Digitized by Google

DCIC.

Eberhard Stenbek ersucht den Rath von Lübeck um Auszahlung des Restes des ihm und seinen Genossen für geleistete Kriegsdienste noch schuldigen Soldes. O. J. (1369. Vor Oct. 17.)[1]

Salutacione semper obsequiosa premissa. Nouerit vestra prouidencia, quod transmitto vobis meum famulum Hinricum dictum van Remen, exhibitorem presentis littere, cupiens et rogans instanter, quatenus eodem[2] predicto Hinrico talem pecuniam, quam michi tenemini de meo solte, — scilicet de XII armatis cum sagittario, sustuli a vobis pro me et meis sociis C et XXV florenos lubicenses, et dominus Thomas Morekerke presentauit H marcas puri — quapropter rogo obnixe, quatenus residuam pecuniam, quam michi et meis sociis tenemini, sepedicto Hinrico dicto van Remen dignemini presentare, cum qua pecunia meis sociis satisfacere oportet. Valete michi precipientes sicuti vestro seruitori semper beniuolo.

Per me Euerhardum Stenbeke.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Tresse, mit den Einschnitten für das durchgezogene Siegelband und den Resten des rückwärts aufgedrückt gewesenen Siegels von gleicher Grösse mit dem in der Anmerkung angegebenen.

DCC.

Der Rath von Lübeck beschwert sich bei dem Rathe von Cöln über den Cölner Bürger Heinrich Bischof, welcher das Lübische Recht verachtet und den Rath gröblich verleumdet habe. O. J. (1369.) Oct. 26.[3]

Den lobelichen, erlichen vnd bescheyden lúten, heren, richtern, scheffenen, burgirmeistern, dem rate vnd der gantzen gemeynheyt der stad tzu Collen, vnsern lí̈ben frunden, burgirmestere, radman vnd de gantze gemeynheyt

1) Am 22. März (fer 5 p. Judica) 1369 quitirt Eberhard Steubek über 125 ℔, die er auf seinen Sold empfangen. Am 17. Oct. (profesto Luce) 1369 erklären die Knappen Wedekind von Sloon, Diedrich und Herm. Gebrüder von Wredineh, Joh. Duker, Joh. Vosse, Heinr Printze, Diedrich de Ølde, Joh. Anxst und Heinr. Crul, für Kriegsdienst, den sie in der Gesellschaft (societas) Eberhard Stenbeke's geleistet, sammt Schaden und Kosten bezahlt zu sein. Beide Quitungen, die erstere mit einem, die letztere mit 9 in derselben Reihenfolge, wie in der Urkunde, anhangenden Siegeln, von welchen das des H. Printze und Joh. Anxst zerstört sind, befinden sich auf der Tresse Wappen führen im Siegel: Sloon, Duker, Printze, Ølde und Crul, die anderen Hausmarken. Diedrich und Herm. Wredineh siegeln beide mit dem Siegel des Letzteren.

Aus dem Jahre 1370 finden sich ebendaselbst 2 Quitungen eines Knappen Eberwin Stenbek mit anhangendem Siegel (demselben, welches Eberhard führt). In der ersten vom 22. März (fer. 6 a Letare) bescheinigt er, für sich und Gefolgschaft 7 ℔ Silber auf ihren Sold empfangen zu haben, in der zweiten vom 10. Mai (fer. 6. a. Cantate), für Alles entschädigt zu sein. 2) I. eidem. 3) Der Brief folgt im Copiarius auf № 677 und geht dem unter № 711 folgenden Schreiben voran

Digitized by Google

der stad tzu Lubeke beheglichkeyt ere fruntschaft vnd alliz gůt. Ir herren vnd lieben frunde. Vns hayt wol berichtet vnser lieber getruwe gesworn schriber Jacobus von Cynnendorp, den wir durch der vntsage breue willen, vns von vich vor diesen tziten gesant von Heynriches Bisschoffes weghen ůres burgers, tzu uich in ure stad tzu Collen in vnserm werbe gesant hatten, wie, alleine daz ir vff die vnware vnd vnrechte půnte, die der vurschriben Heynrich Bisschoff, uwer burger, vns ubir sprochen hat vnd ouch hat lazen ubir schriben, vnse vnschult vnd vnse antwerde wol gehort hat, wie daz die sache von artikel tzu artikel bette mit vnsern offenen briefen vnd vzwennichk mit worten vur vren obirsten rate, vur dem wijten rate und vur ure meynheit oft vnnd vi'le vertrecket, verantwert vnd gehandelt wart, vnd alleine daz her wol vire wochen myn tzwene taghe tzu Kolne lach ures antwerdes beytende vnd daz von vnser wegene vervolgete vfliz vsirzste, vnd ouch daz gehalden hat enz teilz nach vres selbers rate: daz ym doch anders keyn antwerde von uich widervaren en konde, wen alz hir nach geschriben wolget. Tzu dem irsten, daz ir die sache der schelunghe, de tzwischen uich von Heynrich Bisschoffes weghene, uwers burgers, vnd vns von Johan Grůners weghene, vnsers burgers, irstanden is, vffgeschotzen vnd vortzoghert hat bes tzu Aller Heylighen taghe negest tzu komende. Tzu dem andern male, daz ir vns vnd vnserm burgere daz gesprochen hat alz vor eyn recht in disser wijs: Nach dem male alz ir sait, daz Hans Gruner, vnser burgher, vffgebůrt hat dry hundert virtzik vnd eynen halben gulden von Heynriches Bisschoffes weghene in cumpanie vnd ouch vntfanghen hat in cumpanie von syner weghene die tzwo ballen zardocks vnd ouch ym vor vnthalt daz ubirgeld von den tzwen hundert und sechtzen sware guldene, die her vffgeburt hat von Hermanne von Alen von Heynriches weghene, vnd Heynrich Bisschoff ym der cumpanie nicht tzu en stet, zo duchte iuch daz recht wesen, daz wir daz by vnsern burgher also bestelleten und fugeten, daz daz vurschri'ben gut uren burghere wider tan worde, vnd daz iuch des eyn antwerde von uns wedder queme tzwischen dem vurschriben tage Allir Heyligen. Wie daz nicht en scheghe, als vurschri'ben is, zo munstet ir vren burghere gunnen, daz her sich nach der tzeit behulphe, bynnen Colne vnd dar vzzen an daz syn tzu komende nach lute der vurschriben vre vntsaghe briue, de ir uns letz gesant hat. Ouch hat der egenante Jacobus vns gesait, wie daz i'r dise vurschriben ure antwerde vnd ouch daz offen instrument ym geredet hattet vns nach der tzi'jt tzu sendende, vnd vns der en keyn doch noch gekomen en is. Vnd went wir der alliz gebeytet haben, zo

Digitized by Google

habe wir vnse antwerde biz thu derre tziit vertzogert, vnd alleyne daz sy vns nicht gekummen en syn, ydoch zo wider schribe wir uich vnse antwerde vff die vurschriben ure antwerde in diser wijs. Vff daz irste, daz ir die vurschriben sache durch frides willen biz tzu Allir Heilighen taghe vffgeschotzen vnd in guten verhaldet hat, daz ist vns wol tzu dancke, vnd hat vns vile me tzu dancke gewesen, daz ir sy' gantz nyder geslaghen hätten, als ir doch billich getan hattet, vnd als vns duncket, synt daz ir vnse redeliche antwerde gruntlichen vnd wol gehort hat. Vfl daz ander stucke, da ir vns vnd vnserm burghere daz recht gesprochen hat by der pyne vre vntsaghe brife vurschriben, antwerde wir alsus, daz wir des nicht volghaftig werden mugen vnd en volborten des rechtes nicht, went ir noch vnser noch vnser burgher richtere sijt, sunder wir saghen also, alz wir uich vile geboten haben. Wil uwir burgher vnsern burgher irgen vmme schuldeghen, her kome tzu vns adir ubirsende synen volmechtichen boten, wir willen ym lazen wyder varen alliz, waz vnsirs rechtis is, vnd bitten uich myt allem flize, daz ir uren burgher ernstlichen da tzu haldet, daz her sich an vnserm rechte genughen laze, alz vnse burghere sich musten genughen lazen an vrem rechte, wenne sy' die ure schuldigiten vor vch, vnd daz ir vns vnd die vnser dar ubir nicht en besweret vnd anders nicht by vns en tůt, wen als ir von vns nemen woldit. Vnd weres daz ir vns dar ubir beswereten, zo muste wir daz claghen vnserm herren, dem keysere, der vnd des vorvaren vns mit vnserm rechte bevriiget haben, vnd vortmer fursten, herren, ritteren, knechten, steten vnd allen guden luten, vnd besundern vnsern frunden, den gemeynen steten by der zee, die ouch des selben rechtes myt vns bruchen, daz ir wider recht vnd sunder redelicheyt vns von vnserm rechte trynghen wollet, dar vns herren vnd fursten, stete vnd alle gute lute wol by lazen vnd ny haben von getrunghen, vnd muzen daz lyden also langhe, went iz vns Got gebezzert. Vortmer, synt der vorgenante Heynrich Bisschoff, uwer burgher, vns ubir sait hat vnd hat lazen ubir schriben dise vnordeliche vnware punte, daz wir woldenere syn vnde vnrechte richtere in dem, als her vns hat lazen ubir schriben, daz wir ym gewold vnd vnrecht in vnser stat sullen getan haben, vnd daz vnser burger syner ballen standes vůzes vor vns geloinkent vnd gegeet sulle haben, vnd daz wir synen roub in vnser stad mite bewisten, vnd daz wir sine wyne getrunken haben vnd nicht betzalt, als wir alle dise vurschriben stucke bewijsen willen en teilz mit fursten vnd mit herren brifen vnd en teilz mit ures selbers brifen, daz her ere nicht geloinken en mag. Vnde abir vffiz nůe, als der vurbenumpte Jacobus

Digitized by Google

von Cynnendorff, vnser schriber, vns geoffenbaret hat, daz der vurschriben Hynrich, uwir burgher, vff vrem radhus vor den herren vz dem ubirstin rate, vz dem witen rate vnd vz der meynheyt vnd vor vilen guten luten des Donretages vor vnser Vrouwen taghe Natiuitatis sprach dyse wort, daz wir Hanse Grûner, synen diep vnd synen rouber vnd eynen man thu eyghen gegeben, verdegetinghen tzu vnrechte, vnd doch des Dingestages dar nach vor dieselben wort bot vnserm schriber eynen snoden vulen eyd vor hern Gherard von Bonezis, hern Constantin vonme Horne vnd onch vor eynen andern von uwern herren, die dar ubir waren, do sy' von ure weghene vnserm schriber die vurschriben ure antwerde gaben, jir heren, wie alle dise vurschriben artikele by vnsern boten vnd brifen verantwerd syn, daz habet ir wol gehort. Sunder wir bitten vch mit allem ernste, daz ir daz richtet vnd lazet vns dar vmb wideruaren also vil, alz lich vnde mogelich vnde redelich is, vnd tut da by, alz ir woldet, daz wir by uch tun sculden, ob iz vch von den vnsern geschen were. vnd begeren des vnd der vurschriben sache vnd ouch mit dem vurgerurten instrvmente, alz ir vnserm schribere geredet hat, vre endige fruntlich antwerde vns wider tzu en bitende und tzu sendende by disem gegenwartigen boten. Varet wol an Gote. Geschriben des negesten Vriitages vor sente Symonis vnd Jude taghe der heylighen apostelen, vnder vnserm secrete.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 77a. fg.

DCCI.

Der Rath von Lübeck schreibt an den Landmeister von Liefland, Wilhelm von Vriemersheim, in Betreff der von diesem gewünschten Beilegung einer Misshelligkeit der Stadt Lübeck mit dem Bischofe von Curland und in Betreff des den Lübeckischen Kaufleuten von dem Rathe auf Antrieb des Ordensmeisters verbotenen, dessenungeachtet von den Liefländischen Kaufleuten ungestört betriebenen Handels nach der Newa und mit den Russen. O. J. (1367—9.) Oct. 27.[1]

Insigni et sereno domino, domino Wilhelmo, magistro Lyuonie, fautori nostro gracioso, humiles proconsules et consules ciuitatis Lubicensis cum omni reuerencia voluntariam in quibuslibet beneplacitis obsequelam. Venerande

1) Das obige Schreiben folgt im Copiarius auf № 613 v. J. 1367 und geht dem unter dem 28. April 1370 abgedruckten Briefe des Lübecker Rathes an den Deutschordensmeister voraus. Wegen der Erwähnung der Händel mit dem Bischofe von Curland ist es aber wohl näher an 1367, als 1369, zu setzen.

Digitized by Google

Serenissimo et gloriosissimo principi ac domino, magnifico domino Edwardo, regi Francie et Anglie, fautori nostro graciosissimo, deuoti proconsules et consules ciuitatis Lubicensis cum recommendacione humillima paratissimam in desiderijs quorumlibet obsequiorum, reuerenciarum et beneplacitorum voluntatem. Princeps illustrissime. Benignas vestre dominacionis litteras, continentes nonnullos parcium nostrarum homines vestros, mercatores regni vestri, suis cum mercandisis anno nouissime lapso in Scania regni Dacie pro comparandis allecibus et excercendis mercaturis constitutos, quominus allec(i)a emere et barellis imponere potuerant, impediuisse, reuerencia qua decuit, gratanter suscepimus intelleximusque luculenter, serenitati vestre significantes pro responso, quod, cum negocium istud non solum nos, verum eciam alios ciuitatum maritimarum consules atque communem mercatorem respicit, soli non potuimus vobis inde ad presens responsum tam festinum et expeditum reformare, verum premissum negocium vestrum apud consules communium ciuitatum maritimarum in proximo congregandos, efficaciori qua poterimus diligencia, fidelissime dirigemus, qui demum nobilitati vestre precelse instanter ordinabunt responsum magis expeditum; affectantes vtique vestre regie maiestati complacencijs, obsequijs et reuerencijs in omnibus nobis possibilibus toto nisu non immerito iugiter obtemperare, dignissime vestre generositatis apicem cernuis precibus exorantes, quatenus Dei atque nostri perpetui seruiminis, licet exilis, intuitu, prout semper et hactenus esse consueuistis, noster et nostratum esse et persistere dignemini fautor benignissimus, promotor efficax dominusque graciosus; sperantes inhesitanter, quod inceptam graciam nobiscum et erga nostros in omnibus augere velitis. Personam vestram regalem, nostram preceptricem, conseruet, corroboret et confirmet incolumem, longeuam et felicem rex regum sempiternus. Datum Lubeke, in profesto beate Marie Magdalene, nostre vniuersitatis maiori sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius, Fol. 34b.

1) Folgt im Copiarius auf № 703. Vgl. № 690.

Digitized by Google

DCCXXXI.

Schöffen, Rath und Gemeine von Dortrecht schreiben an Lübeck über ihre in der Fehde mit Dänemark gehabten Auslagen und das in Schonen zu erhebende Pfundgeld, und empfehlen ihren Vogt und Boten. O. J. (1370.) Aug. 6.[1]

Humili recommendacione premissa. Reuerendi domini et amici predilecti. Constat vobis, qualiter in discensionibus contra regem Dacie prius ‖ gestis cum aliis dominis et ciuitatibus magnas et graues passi sumus expensas, et adhuc cum aliis quibuscumque nobis adherentibus ‖ semper sumus parati seruicijs et expensis facere, quod tenemur pro huiusmodi republica sub honoris iudicio complenda, numine diuino comprestante. ‖ Eciam inter cetera preordinata nobis extitit relatum, quod pecuniam libralem de nostris opidanis anno transgresso Scaniam visitantibus per sommas singulos contingentes in defalcacionem pecunie ibidem recepture susciperemus. Quod de quibusdam fecimus, qui coram nobis presentes comparuerunt, de quibusdam absentibus adhuc nichil habemus, quos tamen intendimus, sicut decet, primum cum poterimus, monicione firma prehabita, determinare, prout noster aduocatus Wilhelmus filius Eliwoldi, nauta, noster opidanus dilectus, sufficienter de singulis explanabit; rogantes intimo cordis affectu vestram discrecionem reuerendam, quatinus, opidano et aduocato nostro in premissis et hiis, que racionis ordine nobis succedere tenentur, vestram fauorabilem promocionem impendentes, in cunctis per eundem vobis dicendis fidem tamquam nobis credulam adhybere dignemini nostri perpetui seruicij ob respectum. Altissimus vos in omni bono conseruet. Datum feria tercia post Vincula Petri.

Scabini, consules et vniuersitas opidi Dordracensis.

In dorso: Honorabilibus ac multe discrecionis dominis, consulibus ciuitatis Lubicensis, ac aliis ipsis adherentibus, quorum interest, amicis nostris predilectis.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist grösstentheils abgesprungen.

1) Vgl. № 729.

Digitized by Google

DCCXXXII.

Rath und Gemeine zu Lübeck und der Bürger Hermann von Hagen, einerseits, und Gerhard, Rector der Kirche in Wesenberg und Gerhard Ottersbek, Schwerinischer Kleriker, andererseits, compromittiren auf den Bischof Bertram von Lübeck zur Entscheidung ihrer Streitigkeiten. 1370. Aug. 6.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimo, ‖ indictione octaua, mensis Augusti die sexta, hora nonarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo ‖ patris ac domini nostri, domini pape Vrbani quinti, anno octauo, in mei notarii publici subscripti et testium ‖ subscriptorum presencia constituti coram reuerendo in Christo patre et domino, domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, honorabiles et circumspecti viri, domini Jacobus Plescowe et Johannes Perseual, proconsules ciuitatis Lubicensis, nomine suo et consilii ac vniuerse ciuitatis eiusdem, ac Hermannus de Haghene, ciuis ibidem, pro se ipso, ex vna parte, et honestus vir, dominus Gherardus, rector ecclesie in Wesenberghe Lubicensis, ac Gherardus Ottersbeke, asserens se clericum Zwerinensis diocesis, parte ex altera, sponte, libere et concorditer compromiserunt in prefatum dominum episcopum Lubicensem de et super omnibus pretensis et motis ac mouendis causis, litibus, discordiis et controuersiis earundem parcium ortis[1] causa vel occasione presertim illa, quod dicti dominus Gherardus, rector ecclesie in Wesenberghe, et Gherardus Otterbeke violenter intrasse domum dicti ciuis[2] et dictus Gherardus Ottersbeke violenter enndem ciuem[3] in dicta[4] domo sua verberasse, et quod idem ciuis percussus et sui duxisse dictum Gherardum Ottersbeke, tunc in habitu et tonsura laicalibus deprehensum et vsque in presens permanentem,[5] tamquam effractorem pacis domestice seu tutissimi refugii ciuis ipsius ad judicium seculare et in custodia iudicii eiusdem fecisse custodiri diceba(n)tur, vel alia quacunque eciam futura quomodolibet inter easdem partes racione premissorum, tamquam in arbitratorem et in amicabilem compositorem ac amicum communem, dantes et concedentes eidem domino episcopo Lubicensi plenam et liberam potestatem simpliciter et de plano summarie se de premissis et eorum circumstanciis informandi ac pronunciandi, decernendi, ordinandi et componendi, quidquid et prout sibi videtur expedire. Promiseruntque sibi inuicem ambe partes, vna videlicet alt(e)ri, michique notario publico sollempniter stipulanti et recipienti

1) Fehlt in M 733. 2) Hermanni, ciuis Lubicensis. 3) Hermannum ciuem. 4) prefata. 5) et — permanentem fehlt in M 733.

Digitized by Google

nomine et vice dicti domini . . episcopi et omnium, quorum intererat et poterat interesse, semper firmiter obedire, stare et parere pronunciacioni, decreto, ordinacioni et composicioni eiusdem domini . . episcopi et nunquam contrauenire verbo vel facto, directe vel indirecte, sub pena viginti marcarum argenti puri, set statim prolatas emologare et approbare. Quam quidem penam pars non seruans huiusmodi compromissum aut pronunciacionem, ordinacionem, composicionem seu decretum huiusmodi in toto vel in parte teneatur in solidum soluere parti seruanti et tociens, quociens contrauenerit, et ea soluta vel non soluta presens compromissum et pronunciacio, ordinacio, composicio seu decretum dicti domini . . episcopi Lubicensis nichilominus in sua remaneat firmitate. Que omnia et singula promiserunt, vt prius, sub pena premissa et obligacione bonorum suorum firmiter obseruare. Acta sunt hec Lubeke in aula episcopali predicti domini episcopi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus venerabilibus viris, dominis Johanne, preposito, et Johanne Plescowe, thezaurario ecclesie Lubicensis, ac aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes Wytte, clericus Hauelbergensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam manu mea propria fideliter conscribendo redegi meisque nomine et signo solitis et consuetis signaui requisitus in testimonium omnium premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCCXXXIII.

Bischof Bertram von Lübeck verurtheilt als erwählter Schiedsrichter Gerhard, Rector der Kirche in Wesenberg und Gerhard Ottersbeke, wegen des von ihnen begangenen Friedensbruches Abbitte zu leisten, Letzteren auch, die Stadt ein Jahr lang zu meiden. 1370. Aug. 11.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimo, indictione octaua, mensis Augusti die vndecima, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini pape Vrbani quinti, anno octauo, in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia constitutis coram reuerendo in Christo patre,

Digitized by Google

domino Bertrammo, episcopo Lubicensi, honorabilibus et circumspectis viris, dominis Jacobo Plescow et Johanne Perseual, proconsulibus, ac Zeghebodone Crispyn, consule ciuitatis Lubicensis, nomine suo et consilii et vniuerse ciuitatis eiusdem, ac Hermanno de Haghene, ciue ibidem, pro se ipso, ex vna, et honestis viris, domino Gherardo, rectore ecclesie in Wesenberghe Lubicensis, ac Gherardo Ottersbeke, dicente se clericum Zwerinensis diocesis, parte ex altera, dictus dominus episcopus Lubicensis in omnibus causis, *(wie № 732)* dicebantur, inter easdem partes ortis, et racione quomodolibet premissorum, in quibus eciam in eundem dominum episcopum tamquam in arbitratorem et amicabilem compositorem ac amicum communem legitime per easdem partes extiterat compromissum, prout hec omnia et singula in quodam instrumento publico per me notarium infrascriptum super hoc specialiter confecto plenius continentur, diligenter et sufficienter informatus et vtriusque partis inuestigata et cognita voluntate, pro bono pacis et concordie, virtute dicti compromissi, pronunciauit et decreuit verbotenus, quod dictus dominus Gherardus, rector ecclesie sepedicte, deberet rogare prenarratum Hermannum de Haghene, vt propter Deum et honorem sancte Marie virginis et preces ipsius domini . . episcopi indulgeret sibi, si quid peccasset contra ipsum. Item pronunciauit similiter et decreuit, quod prefatus Gherardus Ottersbeke debebat rogare dictos proconsules et consulem ex parte tocius consilii predicti, quatenus sibi remitterent et indulgerent propter Deum et honorem sancte Marie virginis, quidquid in violacione pacis et iusticie dicte ciuitatis eorum commiserat, et dictum Hermannum, ciuem, vt indulgeret ipsi similiter, quidquid peccauerat in eundem. Et iniunxit eidem Gherardo Ottersbeken, quod pro satisfactione seu emenda dictis consilio, proconsulibus, consulibus et ciuitati facienda debebat post instans festum Natiuitatis sancte Marie exire dictam ciuitatem et per annum immediate sequentem continuum nunquam ipsam intrare, nisi aliud impetraret graciose a dominis proconsulibus et consulibus supradictis. Et quod per premissa debebat esse et manere semper finita et sopita ac composita omnis lis, causa, discordia et controuersia, quecunque mota fuit vel moueri potuisset siue posset occasione premissorum, cum omnibus eorum accessoriis dependentibus et connexis. Et statim prefati dominus Gherardus et Gherardus Ottersbeke emologauerunt et approbauerunt dictam pronunciacionem, ordinacionem et composicionem ac decretum dicti domini . . episcopi et rogauerunt predictos dominos proconsules, consulem et Hermannum de Haghene, ciuem Lubicensem, prout eis iniunxerat idem dominus episcopus, ac

Digitized by Google

porrectis, tactis et coniunctis hinc inde suis manibus concordiam et amiciciam mutuam seruare et tenere perpetuo promiserunt. Acta sunt hec Lubeke in aula episcopali supradicti domini . . episcopi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus venerabili viro, domino Johanne, preposito, et discreto viro, domino Johanne de Quernhamele, perpetuo vicario ecclesie Lubicensis, ac Hinrico Macken, clerico Zwerinensis dyocesis, nec non aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes Wytte, *(№ 732)* notarius, huiusmodi pronunciacioni, ordinacioni, composicioni omnibusque aliis et singulis supradictis, dum *(№ 732)* redegi, quam meis nomine *(№ 732)* premissorum.

Nach dem Originale auf der Trese.

DCCXXXIV.

Tideke Rosche berichtet den Bürgermeistern Jacob Plescow und Simon Swerting über seinen Mangel an Mundvorrath und über einen zu erwartenden Angriff der Dänen. O. J. (1368—70.) Sept. 28.[1]

Den erliken heren van Lubeke, hern Jacopo Plescouuen vnde hern Simon | Swertinghe, borghermesteren van Lubeke, ich Tidek Rossche minen willighen | denest vnde to allen tiden berede. Veten schole gi, dat ich night mer spise en hebbe, | vente to sunte Mertens daghe, van mele vnde van molte, dar ich mi mede berghen cone, vnde mi breght heringhes: des en hebbe ich night, ich en mot ene kopen alle daghe. Vere dat dat id iv ghot ducte, dat gi dar spise senden velden, dat gi mi de schighkeden, also gi erste kunden. Vort mer scholegi veten, dat dat lut also gheyt, dat de Denen vnde de Schoninghe dat hus bestallen villen. Vortmer scholegi veten, iwe denere, (de) dar ligghen van iwer veghene, de veten night, vo se ere dingh holden scholen, edder night, ver se bliuen scholen edder night. Des b(e)det mi en antuarde, vo se it holden scholen. Bedet mi iwen villen, des vil ich gherne

1) Das Schreiben kann, wegen des befürchteten Angriffs der Dänen, kaum später, als in d. J. 1369, fallen. Simon Swerting wird freilich, so weit bisher hat ermittelt werden können, erst 1377 als Bürgermeister genannt. Jedoch gehört er zu den Rathmännern, welche mit der Führung der Flotte und der Leitung der Verhandlungen während des Krieges mit Waldemar betraut waren. Vgl. Sartorius II. S. 657. 663. Lüb. Urk.-B. III., 729. 737. Mantels Pfundzoll. S. 31 Anl. 4. Der Schreiber des Briefes mag immerhin den bossen Rathmann Bürgermeister titulirt haben.

Digitized by Google

ramen, also ich alderbeste kan. Vortmer, dugtet iv ghot, dat gi dar kost wlden hebben, so haddeme also ghoden kop in Schone an vlesche vnde an bottern vnde an vissche. In Christo valete. Scriptum in vigilia Michelis.

In dorso: Honorabilibus viris et discretis, dominis proconsulibus ciuitatis Lubicensis, domino Jacobo Plescouuen et domino Simono Suertingh, littera presentetur.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Tresc, mit aufgedrücktem Siegel (Hausmarke).

DCCXXXV.

Der Rath der Stadt Kampen genehmigt den Friedensschluss der Städte mit dem Könige Waldemar von Dänemark und verspricht, die Bestimmungen desselben in Ausführung zu bringen. 1370. Sept. 29.[1]

In Ghodes namen amen. Wytlik sy alle den ghenen, die dessen bref seen vnde horen lezen, dat wy ratmanne der stat van Campen bekennen vnde betüghen in desser scrift, dat also dane deghedinghe vnde handelinghe ener gantzen soene vnde ewyghes vredes, also vns bezeghelt is vnde bestedighet van ‖ deme erluchteden vorsten vnde hocheborn heren, koningh Woldemar tho Denemarken, vnde sinen eddelen mannen vnde ratgheuen, alse hern Henninghe ‖ van Pudgbuske, houetmanne des rykes tho Denemarken, Nycholao, ertzebyschope tho Lunden, Erico, byschope tho Odenzee, Nycholao, byschope tho Roskilde, Johanne Tyrbach, houetmanne tho Wûrdingborch, Vicken Molteken, houetmanne tho Nebbe, Jacobe Olfsson, Benth Bugge[r], houetman tho Helbeke,[2] Otze van Budelsbach van Jungeshouede, Jacobe Nickelsson, houetman tho Zeborch vnde tho Gorgo, Ruyt, houetman tho Korsore, Hinrike Jonsson, Jentzeke Parys, riddere in Zelande, Jons Pele, houetmanne tho Kalue in Jutlande, Heynen Kabold, Hennynghe Kûtelsberter,[3] ridderen, houetluden tho Orkele, Hennynghe Molteken, houetmanne tho Nâborch, Jons Alschelsson,[4] ridderen, Hennynghe Meinerstorpe, riddere, houetmanne tho Traneker in Langhelande, Kersten Kulen, riddere, houetmanne tho Alholm in Balande,[5] Coerde Molteken, houetmanne tho Wardberghe in Hallande, Hinrike van der Osten, riddere, houetmanne tho Weseborch tho Sampse, Offe Basse, riddere,

1) Eine ähnliche Ratification von Staveren, abgedr. Sartorius II., 251, und gleichlautende von Deventer, Harderwyk und Zütphen befinden sich auf der Tresc. 2) l. Holbeke. 3) l. Kotelsbergh. 4) l. Askilsson. 5) l. Lalande.

Digitized by Google

Ricmanne van der Lancken, Petere Esschelsson, houetmanne tho Lagheholm, Tuke Poder, houetmanne tho Orsteen, Petere Nyckelsson, houetmanne thome Lyndholme, Torkel Nyckelsson, houetmanne tho Alzusen,[1] Petere Akselsson van Byrnsholme, Bossen Parys vnde Petere Valken, knapen, dat wy de holden willen by eren vnde by gůden trůwen tho ewyghen tyden. Ok wil wy, dat de vorbenomede koningh Woldemer tho Denemarken, her Hennyngh van Pudgbuske, houetman des rikes tho Denemarken, ertzebyschope, byschope, riddere vnde knapen vorbenomet vnde de ere, beyde ghestlik vnde werltlyk, vnde alle inwonre des rikes tho Denemarken scholen komen also vri myt erer kopenschap vnde mit ereme gude, vnde by rechte tho bliuende, in der vorbenomeden stat markeden, hauenen vnde landen, alse se tho vorn deden, eer dat orloghe anstunt, tho copende vnde tho vorkopende vnde ere werf tho weruende, alse se tho voren deden, do de vrede alderbest was. Vortmer scal nyman vor den anderen beteren, mer we so dar brekt, de scal vor sik suluen beteren, dar scal ok nement des anderen vntghelden. Vortmer schal myt dessen vorbenomeden stucken alle twydracht vnde schelinghe, de twysschen deme koninghe vnde syneme ryke tho Denemarken vnde allen den synen, vppe ene syden, vnde onser voernoemder stat vnde vnsen borgheren, vnde de in onseme rechte synt, vppe de ander siden, gheweset hebben, gheleghert vnde ghesoent wesen tho eewyghen tyden sunder wrake. Tho merer bewaringhe vnde tughinghe alle desser stucke vnde article, de vorscreuen stan, zo hebben wy ratmanne der stat tho Campen onse groet inghezeghel myt vnser witscap vor dessen bref ghehenghen laten. Ghegheuen vnde screuen na Ghodes boert drutteynhondert jare in deme seuentyghesten jare, vppe sunte Mychiels dach des hylighen ertzen engheles.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangendem theilweise erhaltenen Siegel.

DCCXXXVI.

Der Rath von Lübeck ertheilt den Rathmännern Jacob Plescow, Johann Schepenstede und Hermann von Osnabrück die gewünschte Auskunft über die bisherigen Kosten der Lübeckischen Schiffs-Ausrüstung. O. J. (1370.) Oct. 28.[2]

Sincerissima et omnis boni salutacione cordintime preaccepta. Carissimi. Discrecionibus vestris | transscribimus computum expensarum de naui-

1) l. Ahusen.

2) Die Aufgabe wird in Veranlassung des Scheibens „№ 729 gemacht sein.

Digitized by Google

bus defensorijs, qui est talis: Summa pecunie ‖ date stipendiarijs est V^c. et LXX marce et VIII solidi lubicensium denariorum. Summa pecunie date nau‖cleris et nautis CCCXLVIII marce et VII solidi. Summa victualium et aliorum correquisitorum VI^c. LXXX marce et XVIII denarij. Summa vniuersalis XVI^c. marce minus XVł solidis. Cetera lator. Bene valete perpetua cum salute. Datum die sanctorum Symonis et Jude, nostro sub secreto.

Consules Lubicenses.

In dorso: Laudedignis viris, dominis Jacobo Plescowe, Johanni Schepenstede et Hermanno de Osenbruggen, nostris conconsularibus quam dilectis, porrigatur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Resten des aufgedrückten Secrets.

DCCXXXVII.

Verzeichniss der Kosten einer Schiffs-Ausrüstung unter Führung der Rathmänner Simon Swerting und Danquard vom See. O. J. (1370.)[1]

Ista sunt exposita ad reisam specialem, vbi domini Symon Zwerting et Danquardus ‖ de Stagno tamquam capitanei ordinati sunt pro defensione et pacificacione maris: ‖

Primo XII mr. et XVIII den. pro carnibus, item XIX mr. et XVIII den. pro caseis, item XXII sol. ‖ pro vasibus et scutellis, item XVII mr. minus IIII sol. pro pultibus, item IIIł mr. et I sol. pro carnibus, item XII mr. et XII sol. pro carnibus bouinis, item X sol. pro feris et necessariis, item pro strumulis, ca(r)nibus[2] et dorsch XCIII mr., item XXXVI aurei et IIII sol. pro caseis, item XXVIII sol. pro carbonibus, item XXXVI mr. pro panno lineo ad vela, item I aur. ad apportandum II schutas, item VIł sol. pro duabus fistulis, item X anr. V ioculatoribus, item Wentelberne X mr. pro diuersis, item XXXł sol. pro sagittis, speciebus, saccis etc. Item XL mr. den. Schutemannes, item XIIł mr. pro allecibus et II sol., item V mr. pro vno panno Poperensi, item Nicolao Enghelschen, nauclero, IIII aur., item duobus nautis suis cuilibet

1) Diese bedeutende Ausrüstung kann kaum in eine andere Zeit, als den Waldemarischen Krieg, fallen. Die Aufmachung wird zu gleichem Zwecke, wie № 736, veranstaltet sein. Dass Simon Swerting damals Anführer zur See war, ergiebt sich auch aus andern Zeugnissen. Vgl. № 734 und № 729, wo er mit dem oben vorkommenden Wendelborn zusammen genannt wird. Der Name Stenbek kommt 1369/70 wiederholt vor. № 680 A. 1 sub 1 693. 699. Danquard vom See wird schon 1356 als Rathmann erwähnt. 2) Das Wort steht am Rande.

Digitized by Google

VIII sol., item IX sol. pro ballast, item L mr. domino Symoni Zwertingh in prompta pecunia, item XXVIII sol. pro expensis satellitum de Molne, qui transiuerunt cum aliis, item IIII sol. eisdem, item XXXVIIIℓ mr. LXXVII nautis snikkarum, videlicet cuilibet VIII sol., item tribus carpentariis cuilibet III aur., item Stenbeken X mr.,[1] item V mr. carpentariis pro edificacione snikke, item IIc. mr. IX mr. VII sol. et III den. pro diuersis, de quibus racione fecit computacionem. Item X mr. minus IIII sol. pro teer, item XLII mr., quas presentauimus Nicolao Kropelyn ad vsum Nicolai Votes, ciuis Wismariensis, qui eas domino Danquardo prompte concessit. Item XIII aur. et VI sol. pro vino, item XII mr. et Vℓ sol., quas consumpserunt in Trauenemunde, item Vℓ mr. Hinrico Sconeweder pro vno panno Poperensi, item I mr. illis, qui sequebantur eos cum vna cimba, item XXI mr. minus sex sol. pro anchoris, securibus etc. Item XII sol. latoribus, qui eduxerunt cogghonem, item V mr. pro ferramentis. Item VIII aur. III sol. pro delen, item XI mr. et VI sol. pro tribus pixidibus, item LXX mr. minus IIII sol.[2] remigatoribus schutarum, item XIIII mr. pro IIII schutis alienis, item Petro Brauusteden, nauclero, XIX mr. pro fructu sue nauis, item eidem IIℓ mr. et II sol. pro ceruisia, item nautis eisdem, septem in numero, X mr. minus IIII sol., item nautis Nicolai Zweders XVI mr, item eidem Nicolao Zweders, nauclero, XXXVI aur., et cum hiis ipse et naute sunt totaliter persoluti. Item tribus carpentarii(s) XXXVI sol. ad IX aur., quos prius receperunt, et cum hiis sunt totaliter persoluti; item III aur. archiductori, item nautis Johannis de Benthen XIIII mr. et IIII sol., item eidem Johanni de Benthen, nauclero, XXXVI aur., cum hiis persolutus est. Item Mathie Witten, nauclero, VI mr. et XII sol., per hoc persolutus est. Item nautis ipsius III mr. et XII sol., persoluti sunt. Item VI sol. eidem pro lignis, item nautis in naui Petri Bôken XII aur., persoluti sunt; item XV aur. pro ferramentis, item CC et XXVIIℓ mr. pro panibus, item XXVII mr. et VIIℓ sol. latoribus et pro diuersis, item V mr. et IIIℓ sol. pro pultibus, item XCIII mr. pro lardo et butiro, item CC mr. et II mr. VI sol. pro carnibus, strumulo, sale etc. Item VIc. mr. minus XX mr. pro ceruisia, item III aur. pro salmonibus et pane triticeo, item VIℓ mr. pro ferramentis, item Petro de Boken VII aur. pro hura vnius snikce. Item Vc. et LX mr. pro ceruisia, item IIc. et XXVIIℓ mr. pro panibus, item XXVIIℓ mr. pro mattis, latoribus, vngeldio et aliis diuersis. Item C et XXIIℓ mr. pro carnibus, sale, strumulo et butiro, item

1) Der Posten ist später durchstrichen.

2) Ursprünglich stand da: Item C mr. minus VI aur.

Digitized by Google

III mr. latoribus et laboratoribus, item V mr. VIII sol. pro vna naui perdita, item Dunckere VIII sol., item III mr. et X sol. pro botonibus, item V mr. pro speciebus, item IIII mr. et III sol. Gherardo Blyfhirnicht pro victualibus et panno lineo, item XVII sol. pro hardok et corrigiis, item XXVIII sol. pro cimbis, item ad mandatum domini Danquardi dedimus Godscalco Holtsten III aur., item XXIIII sol. Hinrico de Deuenter, naute, item V sol. ad vsus expedicionis illius, item aduocato IIII aur., item XXIII sol. pro fabrilibus, item XXVIII sol. pro lignis et remis, item XX sol. pro saccis carbonum, item XI sol. pro pileo ferreo.

[1]Omnia istius lateris III[M.] XIX mr. et III den., item XXVIII sol., item XX sol.

Domini Symon Zwerting et Danquardus de Zee reddiderunt nobis LXXXIII mr., quarum VIII mr. et VI sol. peruenerunt de duabus balistis et I pixide.

Nach einer gleichzeitigen Aufzeichnung auf Papier, auf der Trese.

DCCXXXVIII.

Der Rath von Stralsund ersucht den Rath von Lübeck, den zwischen dem Könige und den Städten abgeschlossenen Vertrag möglichst bald von diesen besiegeln zu lassen. O. J. (1370.) Oct. 31.[2]

Salutacione amicabili et obsequiosa subintellecta. Vt litteras reformacionis inter regem ‖ et ciuitates a ciuitatibus sigillandas, ciciori modo quo valetis, sigillari ordinetis, ‖ vobis instanter duximus supplicandum, vt debito tempore iuxta concepta transportentur, ‖ in quo, vt nobis narratur, communi mercatori vtilitas consistit grandis et profectus. Scriptum in profesto Omnium Sanctorum, nostro sub secreto.

Per consules Stralessundenses.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis consulibus in Lubeke, suis amicis dilectis, detur.

Nach dem Originale auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist grösstentheils abgesprungen.

---

1) Die Summirung obiger Posten ergiebt, den Goldfl. zu 10 ß berechnet (№ 146 A. 1.) und nach Abzug der durchstrichenen 10 ℔: 3162 ℔ 8$^{3}/_{4}$ ß. 2) Es war freilich beschlossen, dass jede Stadt ihre nach Stralsund zu sendende Ausfertigung des dänischen Friedensinstruments von Michaelis 1370 datiren solle (Sartorius II. p. 677), dieselben mögen aber zum Theil erst später in Lübeck eingetroffen sein. Da jedoch für die Ratification des Vertrags mit K. Hako eine ähnliche Massregel beliebt ward, so kann sich der obige Brief, in welchem der Name des Königs fehlt, auch auf die norwegischen Friedensurkunden beziehen. Vgl. № 735. 740. 742.

Digitized by Google

DCCXXXIX.

Der Knappe Nicolaus Alversdorf bekennt, von dem Lübeckischen Bürger Detlev Broge 400 Mark Lübisch angeliehen zu haben unter den näher angegebenen Bedingungen in Betreff der Verzinsung und Rückzahlung. 1370. Nov. 1.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Nicolaus Aluerstorp, armiger, cupio fore notum per presentes publice ‖ protestando, me et meos veros heredes teneri ex iusto debito prestita fide discreto viro Detleuo Brogen, ciui‖ Lubicensi, suisque veris heredibus in quadringentis marcis lubicensibus, quibus frui debeam a proximo festo beati Martini vltra ‖ ad tres annos inmediate sequentes sine monicione aliqua, tali condicione interposita, quod singulis annis infra istos ‖ tres annos in die beati Martini ego et mei heredes dicto Detleuo aut suis heredibus quadraginta marcas lubicenses pro debita pensione, scilicet pro centum marcis decem marcas lubicenses, intra muros Lubicenses sine dilacione longiori et absque vllo impedimento erogare teneamur expedite. Dictis tribus annis elapsis extunc quolibet festo beati Martini inmediate sequenti sine protractione longiori et absque vllo impedimento ego et mei heredes dicto Detleuo aut suis heredibus intra ciuitatem Lubicensem centum marcas lubicenses cum censu debito, vt premittitur, persoluere volumus et debemus expedite, quousque dicte quadringente marce lubicenses totaliter sunt persolute, ita condicionaliter, si dictas centum marcas exposuero ante festum beati Martini, extunc dictos redditus, scilicet decem marcas lubicenses, exponere non tenear, si autem dictas centum marcas non exposuero ante festum beati Martini, tunc semper decem marcas lubicenses cum dictis centum marcis lubicensibus simul et semel in die beati Martini ego et mei heredes dicto Detleuo et suis heredibus persoluere atque dare teneamur expedite, fraude et dolo necnon auxilio alicuius racionis preexclusis penitus in premissis. Super hijs sic firmiter seruandis nos Gotscalcus Wiltberch, Hinricus de Bückwolde, milites; Volradus Asscheberch et Volquinus Partzowe, famuli, recognoscimus per presentes, quod omnia et singula, que narrantur in premissis, vna cum dicto Nicolao Aluerstorp, nostro capitaneo, insolidum coniuncta manu dataque fide promisimus et presencialiter promittimus dicto Detleuo et suis heredibus, necnon Marquardo Jagheto et Marquardo Cruceuelt ad fideles manus antedicti Detleui Brogen suorumque heredum iustorum absque dolo cuius-

Digitized by Google

libet mali firmiter obseruare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CC̊LXX̊, in die Omnium Sanctorum.

Nach dem Originale auf der Trese, mit anhangenden fünf Siegeln.

DCCXL.

Der Rath von Kampen übersendet dem Rathe von Lübeck besiegelte Schreiben von Zütphen, Harderwyk und Kampen, berichtet hinsichtlich der Erhebung des Pfundgeldes und ersucht, Tag und Ort einer mit dem Könige von Norwegen zu haltenden Tagfahrt ihm rechtzeitig anzuzeigen. O. J. (1370.) Nov. 6. [1]

Omni sinceritate tocius honoris ac amicicie prelibata. Domini et amici reuerendissimi. Vestre laudabili honestati et mirifice prudencie litteras Zutphanienses, Harderwigenses et nostras sigillatas per latorem presencium destinamus, humiliter supplicantes, quatenus dirigi easdem, quo dirigende fuerint, prout scitis, voluerit ordinare, significantes eciam vobis, quod pecuniam libralem nullam de nostris ciuibus tollimus, sed tantummodo de mercatoribus Anglie, Flandrie et Brabancie, veluti vobiscum concordauimus, tollimus ita, vt prius fecimus, eandem. Preterea, sincerissimi domini et amici, si fuerit aliqua dies placiti statuta cum domino . . rege Norwegie obseruanda, ad illam nostros consulares, dummodo nobis satis mature vestris litteris significaueritis diem et locum, libenter dirigemus. Altissimus vos conseruet feliciter et longeue, nobis precipientes plena fide. Datum mensis Nouembris die sexta, nostro sub secreto.

Scabini et consules ciuitatis Campensis.

In dorso: Honorabilibus, prudentibus et discretis viris et dominis laudabilibus, . . proconsulibus et . . consulibus ciuitatis Lubicensis, nostris dominis et amicis presinceris.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Trese. Das rückwärts aufgedrückt gewesene Secret ist abgesprungen.

1) Die übersandten Briefe sind die Ratificationsurkunden des dänischen (№ 735) oder wegen des späten Datums vielleicht richtiger des norwegischen Friedens (№ 736. 742). Auch die Art der Erhebung des Pfundgeldes weist auf das Ende d. J. 1370, denn nach den vorhandenen Quitungen hat noch am 4. April 1370 Joh. von Unkelbach von Cöln in Kampen Pfundgeld bezahlt. Vgl. Sartorius II. S. 631 und Mantels Pfundzoll S. 24 fg.

Digitized by Google

DCCXLI.

Schöffen und Rath von Kampen bitten den Rath von Lübeck, durch den Ueberbringer ihnen Nachricht von der Lage der Dinge und dem Stande der Verhandlungen zu senden. O. J. (1370) Nov. 7.[1]

Omni decencia preconcepta. Domini et amici karissimi. ‖ Vestram benignitatem preclaram intime deprecamur, quatenus de ‖ statu et circumstancijs quorumcunque maris et terre, de ‖ quibus vobis constiterit, nos vel nostros quomodolibet tangentibus, per latorem presencium nobis dignemini vestris litteris enodare. Virginis filius vos conseruet, nobis precipientes tota fide. Datum mensis Nouembris die septima, nostro sub secreto.

Scabini et consules ciuitatis Campensis.

In dorso: Viris mire honestatis et magne prudencie, dominis . . procons(ulibus) et cons(ulibus) ciuitatis Lubicensis, nostris amicis predilectis.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Tresse, mit einem schwachen Reste des rückwärts aufgedrückten Secrets.

DCCXLII.

Verzeichniss der von den einzelnen Städten über den Vertrag mit König Hako von Norwegen ausgestellten, dem Stralsunder Rathe zur Beförderung übergegebenen Urkunden. O. J. (1370.)[2]

Has litteras dominus Hermannus de Ozenbrugge presentauit dominis consulibus Sundensibus vlterius ‖ domino Haqwino regi presentandas: Primo litteras dominorum consulum Lubicensium, Rostokcensium, ‖ Sundensium, Wismariensium, Gripeswoldensium, Stetynensium, Kolbergensium, Hamborgensium, Bremensium, ‖ Campensium, Herderwiikcensium, Dordracensium, Deuenterensium, Zůtphanensium, Amstelredamensium, Zyryxensium, Anghusensium.

XVII littere.

Nach einer gleichzeitigen Aufzeichnung auf der Tresse.

1) Scheint nach der Form des Schreibens mit № 740 gleichzeitig abgegangen zu sein. 2) Vgl. № 729. 738 A. 1 740 A. 1.

Digitized by Google

DCCXLIII.

Kaiser Karl IV. weiset dem König Waldemar von Dänemark anstatt der ihm früher zugewiesenen Einkünfte aus Lübeck andere Einkünfte aus dem Zoll zu Prag an. 1370. Nov. 24.

Wir Karl, von Gots gnaden Rômischer keyser, zû allen ziten merer des reichs vnd kunig zû ‖ Beheim. Bekennen vnd tûn kunt offenlichen mit disem briefe allen den, die in sehen oder hôren lesen, ‖ daz wir durch bruederlich liebe, die wir tragen zû dem durchleuchtigsten fursten, hern Woldemar, kuning ‖ zû Tennemarck, vnserm lieben brûder, ym sulche gulte, die wir im vormals benumet hatten vff vnser vnd des reichs stat zû Lubeck, mit wolbedachtem mûte vnd mit rechter wissen verschriben vnd bescheiden habn vff vnser vnd des kunigreichs zû Beheim czollen zû Prage, verschriben vnd bescheiden auch mit kraft ditz brieues vnd wollen, daz der vorgenante vnser lieber brûder sin amptlute oder redliche boten, den er des beuilhet, die vorgenante gulte vff den egenanten czôllen allerierliche vff vnser Frawen tag, den man nennet Assumpcio, vff hebn sullen on hindernusse, also bescheidenlich, daz sulches gelt, achthalbe vnd sibintzig schok grosser, daz wir im vff der stat zû dem Theutschen Brode bewiset haben, an sulcher gulte zu vor abgeslagen werden an geuerde. Do von empfelhen wir vnsern vnd des kunigreichs amptlewten zu Beheim, die die vorgenanten czôlle ynne haben oder yn zeiten ynne habn werden, daz sie die vorgenanten gulte dem vorgenanten vnserm lieben brûder, dem kunig zû Tennemark, sinen amptluten oder boten, den er daz beuelhen wirdet, vff der egenanten vnser Frawen tag jerlich geben sullen an hindernusse vnd widerrede, als lieb yn sey vnser swere vngenad zû vermeyden. Mit vrkund ditz brieues versigelt mit vnser keiserlichen maiestet insigel, der geben ist zû Prage, nach Cristus geburt drewzehenhundert iar vnd dornoch in dem sibintzigsten jare, an sant Katherin abnd, vnser reiche in dem funff vnd zweintzigsten vnd des keisertûms in dem sechtzehenden jare.

Nach einer auf der Trese befindlichen gleichzeitigen Abschrift, auf Papier.

Digitized by Google

DCCXLIV.

Der Ritter Johann Hummersbuttel und der Knappe Wulfhard Rixdorf erklären, die zwischen Lübeck und Hamburg und umgekehrt transitirenden Güter bis zum nächsten Johannistage geleiten und für jeden Schaden, den sie etwa nehmen möchten, Ersatz leisten zu wollen. 1370. Nov. 27.

Vobis honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, necnon omnibus et singulis alijs, quos infrascriptum ‖ respicit negocium, nos Johannes Hummersbûttel, miles, et Wulphardus Rixstorp, armiger, recognoscimus, ‖ nos velle bona conductualia de muris Hamburgensibus vsque ad muros vestros Lubicenses, necnon bona ‖ conductualia de muris vestris Lubicensibus vsque ad muros Hamburgenses infra hinc et festum beati Johannis Baptiste proxime venturum pertransitura conducere et vehere ducatu fideli et securo, volentes omne dampnum et noxium, si aliquod, quod Deus auertat, huiusmodi bonis incubuerit, restaurare et inde vobis satisfacere ac sufficienter respondere. Quod vobis et vestris ac vniuersis, quorum interest, per fidem et honorem nostrum sincere et sine dolo promittimus litteras per presentes, quas pro maiori euidencia nostrorum appensionibus sigillorum scienter et deliberate fecimus roborari. Datum anno Domini MCCCLXX, feria quarta ante festum Andree apostoli gloriosi.

Nach dem Originale auf der Treve, mit anhangenden beiden Siegeln.

DCCXLV.

Bussel berichtet an den Herzog Albrecht von Meklenburg über im Lande Boizenburg seit Beendigung der Fehde mit dem Herzoge Magnus von Lüneburg von den Sachsen-Lauenburgern und aus Mölln verübte Räubereien. O. J. (1370) Nov. 30.[1]

Acbare vorste, leue here, hertoghe Albrecht van Mekelenborch vnde greue to Zweryn. Also gi my to screuen ‖ hebben, also vmme den schaden, de dar schen were an iuweme lande to Boycenborch, des hebbe ik my be-

1) Vgl. № 697. — Im Lüneburgischen Erbfolgekriege wurden die Truppen der Herzöge Magnus II. von Lüneburg und Erich des Jüngern von Sachsen-Lauenburg am 29. Nov. 1369 bei Roggendorf unweit Gadebusch durch Herz. Albrecht von Meklenburg und Graf Heinrich den Eisernen von Holstein geschlagen. Auch das Gebiet Lübecks blieb nicht ungeschädigt, und nachdem mit dem Lüneburger Herzog am 19. Juni 1370 auf dem Kuhsande vor Boizenburg Friede geschlossen war, ward auch Lübeck eine Ersatzsumme von 1000 ℔ Silbers durch den Schiedsspruch des Bisch. Bertram zuerkannt. Vgl. № 726. Rudloff Mecklenb. Gesch. II. S. 478 ff. Havemann Gesch. d. L. Braunschw. u. Lüneburg I. S. 479 ff. v. Kobbe Gesch. d. Herz. Lauenburg II. S. 100 fg. — Da sich nun Herz.

Digitized by Google

vraghit, ‖ vnde, also hir na screuen is, dat to Molne to komen is vnde an des hertoghen lant van Molne. ‖

To deme ersten wart ghenomen langhe Echarde van deme Sterneberghe, also vor Boycenborch, ver doschen villare vnde Korghowe twe perde vnde sos mark: dat ene pert sprak he an to Molne vnde warf dat mit rechte. Vortmer wart ghenomen to Luttekemarke vee, perde koye vnde swyn, vnde allent dat dar was, vnde wart to dreuen to Sterlye vnde to Wackerbeke. Vortmer wart ghenomen to Zernekestorpe koye, perde, schap, swyn, vnde allent dat dar was, dar was Vos mede vnde Dallenberghe, vnde dreuen den rof dor des hertoghen lant van Molne af vnde to, vnde ok worden dar koye slaghen an deme kroghe to Sterlyghe van deme suluen roue. Vortmer worden nomen to Bruczyn koye, schape, swyn vnde perde, vnde allent dat dar was, mit ketlen vnde gropen, vnde leten dar altos nicht. Vortmer Detlef, vormanne mynes heren, borghere van der Wysmer, worden nomen bynnen verteynacht twelf perde: der lozede he en del to Molne vnde der perde eyn del to Wackerbeke, dat Vos vnde Dalberghe dan hebben mit eren hulperen vor des hertoghen lande van Molne vnde dar wedder yn. Ok worden to Gresse nomen souenteyn perde vor des hertoghen lande van Sassen, van Molne vnde dar wedder yn. Acbare vorste, leue here. Dit is gheschen an iuweme lande to Boycenborch, also ik Bussel berichtit bin van iuwen mannen, vnde is gheschen sedder der tit, dat gi iñ vrededen mit deme acbaren vorsten, hertoghen Magnus van Lunenborch. Ok hebbit my de ratmanne vorstan laten, dat Albrechte Stroten,[2] erme borghere to Boycenborch, worden veer perde nomen, vnde Lemmeke Herdes wart by deme waghene schynnet, vnde de knecht, de den waghen dref, wart ghewundet, vnde de perde vorde Vos vnde Dallebergh ouer to der olden Gamme vnde des hertoghen lude van Molne vorden se ouer.

Ok nam Vos vnde Dallebergh sosteyn perde to Gulcze vor des hertoghen lande vnde dar wedder yn.

Scriptum Boycenborch, sub sigillo domini Vickonis Molteken, quia proprio carui, ipso die Andree apostoli gloriosi tergotenus adimpresso.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Tresc, mit aufgedrücktem Siegel, demselben, welches an № 419 hängt.

Albrecht schon am 19. Jun. 1371 wieder mit Herz. Erich gegen den Mkgr. Otto von Brandenburg verband (Rudloff a. a. O. S. 481 fg. Vgl. № 703), so scheint die obige Aufmachung noch in d. J. 1370 zu gehören. — In die Jahre 1369–70 ist auch richtiger № 414 zu setzen, gemäss den Worten: *dat hest ghemakct de vnrecde tuschen den heren.* 2) Oder *Stroten.*

Digitized by Google

DCCXLVI.

Gerhard Haken, Vogt zu Plön, verspricht dem Rathe von Lübeck, sich wegen der auf Fehmarn eingehaltenen Renten Lübeckischer Bürger verwenden zu wollen. O. J. (1362—70.)[1]

Salutacione obsequiosa cum sinceritate premissa. Noueritis, litteram vestram sane (me) intel|lexisse super arrestacione redditumm vestrorum conciuium in Ymbria. Pro qua litteram | meam, ut primitus valeo, volo finaliter destinare. Quicquid ipsa vobis et vestris | conciuibus iuuari poterit, libenter adimplebo. Sed sigillum domini mei [2]me noueritis non habere. Scriptum meo sub sigillo.

Gherardus Haken, aduocatus in Plone.

In dorso: Discretis et honestis viris, dominis consulibus in Lubeke, detur.

Nach dem in der Deecklschen Lubecensiensammlung der Stadtbibliothek befindlichen Originale auf Papier, mit den Einschnitten für das Siegelband und den Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

DCCXLVII.

Der Ritter Ludeke Schinkel erklärt, dass er den Make Dovendek aus Rücksicht auf die Fürbitte des Ritters Detlev Stamp für 100 mk Pf. aus der Gefangenschaft entlassen habe. O. J. (1362—70.)[3]

Omnibus presens scriptum cernentibus Lydikinus Skinkel dictus Kunen, miles ca|pitaneusque castri Nyborgh, salutem in Domino sempiternam. Noue|rint vniuersi, latorem pre|sencium, Maken Dooendek, mecum racione captiuacionis sue pro centum marchis lybicensium | denariorum composuisse et conuenisse. Vnde dictum Maken pro captiuacione liberum dimitto, quittum ac acusatum *(sic)*, magis pro peticione domini Theetlauui Stampen, militis, ac sue amicicie[4] per multa tempora inter nos retenta, quam pro peconia(!), quia tam bene michi centum marchas puri argenti poterat antedictus Maken Douendek dedisse, quam centum marchas lybicenses: hoc bene sciui pro certo. Vnde regraciat (!) domino Thetlawo Stampen, militi, huiusmodi, et nullo alio (!).

1) Das Siegel ist dasselbe, welches an № 555 hängt. Gerhard Haken oder Höken kommt Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk. II., 198 221 von 1362—70 vor. 2) Davor ausgestrichen: *non habeo.* 3) Das Siegel weicht von den beiden in Siegel des M.-Alters II. 6 (Holst. u. Lauenb. Siegel II. 4) S. 142 fg. beschriebenen Siegeln des R. Ludeke Schinkel ab. Dennoch scheint die Urk. in d. J. 1363 zu № 455 zu gehören. Da aber Detlev Stamp 1370—78 genannt wird (Schl.-Holst.-Lauenb. Urk.-B. I. S. 252. II S. 316 fg. 320. 332), und erst 1370 ein andrer Schlosshauptmann auf Nyborg, Henneke Moltke (Vgl. ob. S. 788), vorkommt, so können die obige Urkunde und № 452 auch später fallen. Demgemäss ist die Datirung von № 452 zu erweitern und die dortige Anm. zu verbessern. 4) l. sua amicicia.

Digitized by Google

Scriptum Nyborgh, meo sub sigillo tergo affixo, dominica infra octauam Natiuitatis beate Marie virginis.

Nach dem Originale auf der Trese, mit rückwärts aufgedrücktem zur Hälfte erhaltenen runden Siegel, welches den Schild mit den Seeblättern zeigt. Umschr: . LVDOLFI . SHNKG . .

DCCXLVIII.

Der Ritter Burchard Lützow bezeugt dem Rathe von Lübeck sein Bedauern über die von seinen Vettern verübten Räubereien und erbietet sich, seine Unschuld daran zu beweisen. O. J.[1]

Honorabilibus viris ac discretis, dominis consulibus in Lubeke, Borchardus ‖ Lutzowe, miles, sernicium suum indefessum. Tho wetene is ‖ my worden, dat ghy my vordenken dar an, dat ‖ myne vedderen ju vnde jue rouet hebben. Dat is my leyt, so God dat wol weyt, vnde rades vnde dades des vnschuldych byn vnde wil des vnschuldych werden, wo ich tho rechte scal, wor[2] juer stat tho Lubeke edder bynnen der stat, edder wor ghy my dat tho scriuen, dar wil ich tho ju komen vnde wil des vnschuldych werden, wo ju suluen gud dunket. Wante ghy dat suluen wol weyten, dat wy scheden gut hebben, vnde vnse vadere hadden scheden gut. Responsum michi peto litteratorie reformari.

In dorso: Dominis consulibus in Lubeke detur.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Trese. Vom rückwärts aufgedrückten schildförmigen Siegel (einem andern, als dem an № 453 hangenden) ist nur ein Rest der Umschrift erhalten.

DCCXLIX.

Lambert von Buchwald schreibt an den Rath von Lübeck wegen von ihm angehaltener Pferde, und wegen eines ihm zur Verständigung mit zwei Lübecker Bürgern zu bewilligenden Geleites. O. J.[3]

Salutacione amicabili premissa. Weten scolen (gi) erlyken lude vnde ratmanne to Lubeke, ‖ dat ich ivgwen bref wol vorstan hebbe vmme de perde, de ich hadde hynderet an ‖ ivgweme reychte. De gaf ich wedder alzo, alze gy my to screuen. Men weten scole gy, ‖ dat ich hebbe nomen eyn deghe-

1) Bei den wiederholten Streitigkeiten der Stadt mit den Lützows fehlt für die genauere Bestimmung aller Anhalt, zumal das Siegel nicht erhalten ist. Der Handschrift nach gehört die Urkunde eher vor als nach 1350. Vgl. № 228. 311. 411. 419. 453. 2) = vor. 3) Das Siegel ist nach der Grösse das des Lambert Buchwald von Ruppersdorf gewesen, welches an № 277 und 512 hängt, beschr. Siegel d. M.-Alters H. 3 (Holst. Siegel H. 2) S. 10 sub 19. Das Schreiben gehört wohl in d. J. 1364—65. Vgl. № 512. 527.

Digitized by Google

din(g)es daych myt ivgwen borgheren, myt Cernyttyne vnde myt Broghemakere, na sunte Mertendaghe. Wo gi myr veleghen willen, zo wil ich ivg don, wes gy van myr hebben wylt, vnde watz redelych is. Per Lambertum dicti[1] de Bocwolde.

In dorso: Discretis et honestis dominis, consulibus Lubicensibus, cum reuerencia detur.

Nach dem in Uriefform gefaltenen Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das durchgezogene Siegelband. Das schildförmige Siegel ist gänzlich abgesprungen.

DCCL.

Johann Breyde, genannt Rike Breyde, ersucht den Rath von Lübeck, über die Rechtmässigkeit einer Forderung, die er an Heinrich Wend macht, zu entscheiden. O. J.[2]

Amicabili premissa salutacione. Weten scholgi, erlyken her[er]en van Lubeke, borghermester ‖ vnde radlyde. Eyn zake schyde an myneme gode vnde an myneme rechte, dat eyn ‖ pape slog dot eynen man: dat quam tho van vndêghet synes wywes, vnde dat ‖ wif dat lep weg myt deme papen. Vnde do letych en rech holden vnde eyn dingh vmme dat vorlopen god. Do gaf my dat eyn rech, des an deme lande en rech is: des mannes god scholden de vrynde vp neme(n) vnde des wyves gôd scholde ik vnde myne vpneme(n), id were an schylden, edder wore id ane were, vnde wore ik vnde myne wat bevraghen konden. Des is desse yeghenwardeghe bode Hinrik Went XIII sol. schyldech vnde seget, dat gy de hebben em myth rechte afghewnden tho Lubeke [myt rechte], de ik em vore myt dynghe vnde mit rechte hebbe afghewnden. Hyre vmme bidde ik gv degher, dat gy des willen en anwart my tho schryven an yuweme brefe by desseme yeghenwardegen boden, wes gy em tho stat erder nich. In Christo valete. Scriptum meo sub sigillo.

Per me Johannem Breyden alias dictus[1] rike Breyde.

In dorso: Honorabilibus viris et discretis, dominis proconsulibus et consulibus, littera hec detur.

Nach dem Originale auf Papier, auf der Trese. Von dem aufgedrückten Siegel ist nur ein Theil erhalten.

---

1) l. dictum. 2) Das Siegel gleicht dem an № 160 und 590 hangenden, weicht aber durch die Umschrift (BRΩYDΩ) und dadurch, dass die Buchstaben derselben weiter von einander stehen, von ihm ab. Es ist also zu den drei in Siegel des Mittelalters II. 5 (Holst. Siegel II. 3) S. 40 angeführten ein viertes des Joh. R. Breyde Es hängt auch an № 536.

Digitized by Google

DCCLI.

Richardis, Herzogin von Schleswig, beglaubigt bei dem Rathe von Lübeck ihren Capellan Bernhard Wittenborg. O. J.[1]

Discretis viris et honestis, dominis consulibus Lubicensibus, et domino Tydemanno ‖ Warendorp, amicis suis predilectis, Rykardis, Dei gracia ducissa Sleswicensis, ‖ veram amiciciam cum salute. Vestre discrecionis rogamus bonitatem, vt ‖ latori presencium, domino Bernardo Wittenborgh, nostro capellano, nomine nostro fidem adhibere velitis creditiuam tamquam nobis ista vice in dicend(is). Quod cupimus promereri. Valete in Christo. Scriptum Synderborgh, nostro sub sigillo.

In dorso: Discretis viris, dominis consulibus Lubicensibus, detur.

Nach dem Originale auf der Trese, mit Spuren des rückwärts aufgedrückt gewesenen Siegels, das den Brief schloss.

DCCLII.

Wilhelm, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, benachrichtigt unter dem Siegel des Küchenmeisters Christian von Langelege die Rathsherren von Lüneburg, dass er den Vogt Woldeke zu Lüneburg angewiesen habe, sogleich nach Empfang dieses Briefes dem Grafen Heinrich von Holstein und den Lübeckern oder ihren Amtleuten, wenn sie es fordern, Recht zu sprechen. O. J.[2]

Consulibus ciuitatis Luneborch.

Willehelmus, dux de Br(unswik) et Lu(neborch).

Her voghet. Gi scullet[3] weten, also lef also gi mi hebben, dat gi des nich en laten bi minen hulden, wan gi dessen bref sen, de beseghelet is mit mineme lutteken ingheseghele, dat gi den richten wan standen an[4] sunder

